PRIMA SECVNDAE PARTIS

Summæ Theologiæ

S. THOMAE DE AQVINO

DOCTORIS ANGELICI,

ORDINIS PRAEDICATORVM.

De { *Vltimo fine humanæ vitæ.*
Virtutibus, & Vitijs in genere.

CVM COMMENTARIIS R. D. D. THOMÆ DE VIO
CAIETANI, CARDINALIS S. XISTI.

Quæ verò tùm in textu, cùm in Commentarijs Quæstionum, & Articulorum continentur, Quatuor sequentes INDICES aptissimè dilucidant.

Theologorum autem disputantium citationes, sicut in frontispicio totius Summæ apparet, ad maiorem studiosorum commoditatem, nunc diligentissimè

IN LVCEM EDITÆ.

Eiusdem verò S. Tho. De Præscientia, & Prædestinatione Tractatu in fine posito.



VENETIIS, APVD IVNTAS
M D LXXXVIII.
Cum Licentia Superiorum, ac Priuilegijs.

IN PRIMA SECVNDÆ HABENTVR.

Commentaria Reuerendissimi Cardinalis S. Sisti D. Th. doctrinam explicantia,

Et Quæstio S. D. De Præscientia, & Prædestinatione.

AD REVERENDISSIMVM IN CHRISTO PATREM, ET D. D. NICOLAVM DE FLISCO, S.R. Ecclesiæ Episcopum Cardin. Sabinensem,

Thomæ De Vio Caietani, tunc Prædic. ordinis Generalis Magistri, nunc Sancti Xisti presbyteri Cardinalis, in Primæ Secundæ D. Thomæ Aquinatis Commentarios

PRÆFATIO.

QVI Orthodoxam Ecclesiam Reuerendissime in Christo Pater, pomarium esse cultissimum fœcundisque arboribus consitum dixerint, non modo eos non aberrare vspiam, sed rectissime etiam sentire contenderim; quippe quia principe illo vatum Moise, in ipsis prope historiæ suę foribus assertum hoc propalam fore, ac procul, ab ænigmatibus esse non ambigant. Neque enim aliud paradisus ille a Deo plantatus, aquis irriguus plãtis, pomiferis consitus, in quo & primus est homo positus, quàm Christi refert Ecclesiam, baptismi fonte vitæque arbore (quæ Christus est) cum diuorum hominum disciplinis, illustrium plantarijs exornatam. In hunc, cum multi ad eximendam famem, capiendaque pocula passim adcurrant, accessi & ego, & mea sponte cupidus, tum maxime ab Aquinate Salomone (ita enim appellare libet) accitus (quis enim tam mentis inops, ac stolidus, vt adubcantem ad conclusum hortum dilectos suos, vt comedant fructus pomorum suorum, non libenter audiat, non gradu concito sequatur?) accessi. Neque nuper solum, sed quàm primum mihi per ætatem licuit ac sub opacis procerę illius ac feracis arboris ramis, procul a sæculi curis, procul a passionum æstibus recreatus, ad radices diu admirans potius arboris celsitudinem, pomorumque copiam ac suauitatem, quam delibans admodum, sessitaui: vbi vero auctis viribus illam conscendi, pomaq; ad libitum colligens, degustaui, tantus me subito illorum amor incessit, vt non diebus, non noctibus, a legendis illis ac vorandis abstineam. Sed qui me volupeate hac affectum mœror inuaserit, nescio, dum exceptis paucis, reliquos vel in mandendis siliquis, vel estringendi glandibus occupatos, a nostræ procul arboris dulcedine video

constitisse. Quam ego rem nō aliunde puto, q̄ ex infirmis viribus, neq; ad censum commodis prouenire, cū simile veri nullo pacto fiat, vt vber tatem tantam negligerent. Hos itaque, Pater amplissime miseratus, cum nobis ipsis tantum nati non simus, curaui, collectis pomis ac prębitis, ne ieiuni ac famescentes interirent. Quod cum alias in lucubrationibus meis effecissem, idem nunc in Commentarijs in Secundę Primā, ea potissimum ratione feci, quod præter illius præstantiā, tum in Theologia, tum in ea Philosophię parte, quę de moribus agit, hic mihi Liber ita videbatur esse omnibus necessarius, vt absq; illo fieri, vel ingenti cum iactura, vel nullo modo posset. Complectitur enim prima illa rerum capita, sine quibus aut caliges in cæteris, opus est, aut cæcutias. Adde & utilitatem, quæ tāta in illo est, vt a cunctis simul ordinibus, ad hunc sit quasi ad perennem ac lympidum fontem adcurrendum. Quis etenim Doctorum, sine Thoma, non aridus videri poterit ac ieiunus? Quis sacerdotū non Baculo Aquinatis innixus, in expiandis peccatis populorum, non sæpe despitabit? Eneruati proculdubio erūt, ac sine uiribus absq; hoc de pulpitis declamātes, in tantaq; legum affluentia, periti Cæsarei, Pontificijq; Iuris inopes & egētes. Sicuti vero Aquinatis Thomæ inter Prędicatores principis, fructus decerpere nullus debuit, prius quā Caietan. Thomas in Prædicatorij gregis specula cōstitutus, ita profecto a nullo melius accipiendi sunt, atq; auidius comedendi, quam ab eo, qui Prædicatores tanta est charitate complexus, vt bonos in illis mores confirmans, nunc restituens collabentes, in fouendis protegendisq; illis, & omnibus præstet, & a nemine superetur. Accedit, quod nobilissimi viri, ac supra fidē doctissimi (qualis est Aquinas noster) nobilissimo in primis & inter eruditos quotidie uictitanti, Commentaria iure quodam debita uidentur. Quæ duo, q̄ pari nexu in te vnū coiuerint, nō hominibus iam, sed ipsis ēt (si licet) brutis ac lapidibus colliquescit. Possemq; ego stolidior aliquādo forsitam uideri, si amorem tuum ac studium in eruditos uiros, si ēt familiæ tuæ, tum Pontificibus summis, tum longo Senatorum agmine (quanto. s. nullā in toto Christiano orbe reperias) exornatæ, recēsere laudes parauero. Superest, Reuerendissime pater ac domine, vt qm̄ neq; aurum neq; argentum mihi est, ac si maxime adesset (ea tua est integritas, quæ ad collucentia solum ista & fluxa non inhiet) vt hæc mea munera, ea qua dantur fronte, recipias & calathi tenuitatem, ipsorum fructuum, quos tibi nunc damus, & ampliores in posterum pollicemur, dulcore ac pinguedine metiaris. Vale feliciter.

CANONIZATIO S. THOMAE DE AQVINO ORD. PRÆDICATORVM,

Per Dom. Joannem Papam XXII. MCCCXXIII. 18. Die Iulij.

IOANNES Episcopus seruus seruorũ Dei. Venerabilibus fratribus vniuersis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis ac dilectis filijs electis Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archid. Archipresbyteris alijsq; ecclesiarum prælatis, ad quos literę istę peruenerint salutem & Apostolicã benedictionem. Redemptionem misit vas populo suo, cũ Dei verbũ in virginalis vteri, thalamo sancti spiritus, cooperatione conceptũ caro factum est, & habitauit in nobis verbo suo nos instruens exemplo docens cęlestia reserans, occulta depromens miraculis roborans, ac sacri eloquij testimonijs futura eadem esse cõfirmans, tandẽ se Deo patri in ara crucis hostiam acceptabilem offerens peccata nostra pio cruore detersit descendensq; ad inferos ac die tertia resurgens a mortuis, & per quadraginta dies apparẽs Discipulis, & loquens de regno Dei, ipsis cernentibus est eleuatus in cœlum, & captiuã ducẽs captiuitatem dedit dona hominibus, quibus patefacere cœlum innotuit reserata dudum clausa in se credentibus, ianua paradisi. patet ergo cœlum credentibus, patet humilibus patet etiam his maxime qui honestatis paupertatis & obedientiæ votis se Deo a quo stulti per inobedientiam discesserunt voluntaria sponsione deuouent. Regnum enim cœlorum vim patitur & violenti rapiunt illud dum proprijs subactis affectibus uiolentia quędam ad superiora cõscendunt Hæc igitur B. Th. de Aquino ordinis fratrum prædicatorum, sacræ theologiæ doctor, nobilis quidem genere sed nobilior conuersatione, fama clarus, uita clarissimus, sedula meditatione reuoluens & attenta deliberatione discernens, dum adhuc infra pubertatis annos existeret ipsius ordinis prędicatorũ habitum suscepit in eo inuito et patre qui eius fęlicibus actibus inuidebat cõstantius mãsit ac in ipso tandẽ regularẽ professionẽ emisit ubi in breui adeo sciẽtia uita & moribus profecit, vt ætate adhuc iuuenis ad sacerdotium promoueretur & ad eiusdem Theologię magisterium Parisius loco vtiq; celeberrimo assumptus magno in ibi sui, suiq; ordinis ac Parisieñ. studij fauore per multorum annorũ curricula cathedram regeret magistralẽ. Quippe cum illi vita existentiã, conuersatio famã doctrina pareret opinionẽ, opera diuulgationẽ, eademq; tam breui confecta tpe admirationem merito exhiberent, vt illud psal. Rigans montes de superioribus suis de fructu operũ tuorum satiabitur terra in eo uerissime impleretur, quod utiq; thema idem sanctus dum esset in sacra pagina suscepturus assumpsit quodq; ut fertur reuelatione sibi prius suam orationem facta didicerat dum propter iuuentutem suam ipse se inabilem ad magisterium reputans quid proponeret in instanti principio hæsitaret. Nam & in primitiuis scientijs & diuersis philosophiæ partib , vt non esset ociosus, sed operaretur terram, necnon in sacrę scripturæ pagina: tam super nouũ quàm vetu. testamen' ñ scripta plurimaq; alia Dei opera in Dei laudem fideique dilatationem eruditionemque studentium, clara cum sciens esset famosa cum cognitus non absq; speciali Dei infusione perfecta. Doctrina quippe prudẽtiũ facilis, & oĩno scientis signum est posse docere. Profecit utiq; vir peritus a terrenorum ambitione semotus, & ad cęlestium assecutionem intentus ꝑfecto uacans studio intendebat Dei, pretermittebat terrena ut assequeretur ęterna, pretermittebat diuina ne roboraretur in schola, cum singulis diebus antequàm lecturus ascenderet, cathedram vel distraheretur ad alia missam unam celebraret, aliam audiret vel duas integras missas si non celebrasset audiret, in quibus & alias in oratione cum in illa foret assiduus lacbrymarum effusione mentis suę dulcedinem deuotionemq; Deo, cui nihil est absconditum reuelabat. Cumq; castitatis nitore canderet parsimonia deuota hanc custodiebat humilitatem. hanc eandem sobrietate medica nutriebat, adeo ut multi eum in carne uirginitate mansisse incorruptũ extimarent. Quod eiusdem sancti confessor ordinis memorati qui longo tempore ipsius confessionem audierat publice, vt ad nos testimonio fide digno peruenit coram omnibus die defunctionis eiusdem asseruit dicens. Ego confessionem generalem istius sancti uiri audiui de quo testificor, quia ita inueni eum purum sicut puerum quinque annorum, quia nunquam suę carnis sensit corruptelam. Qui præterea vis dei cibis religiosorum vestimentisq; communibus contentus cõuersatione mitis benignitate suauis, pietate misericors. humilitate subiectus ceteraque uirtutum uarietate redimitus, horum supercilium mulierumque cautius consortia spernebat, non elatus non pręeminens nec etiam disputans quod & interdum disputanti solet esse cõmercium iactator affectus, ut ampulosus etiam si sibi eadem inijcerentur ab alijs in illo palestrice silogizationis exercitio uteretur. Totus igitur Dei famulus diuinis operibus intentus aut eruditioni qua pręcellebat, aut prędicationi qua innotus erat aut orationi qua deuotus aut scripturę sacrę qua profundus sedulus uacabat adeo ut pręter naturalis necessitatis aut quietis horas nullum sibi aut uix temporis spatium relinquere ociosum. Appropinquante aũt die qua de hoc sęculo migraturus erat ad dominum, quaque deuicto triumphatoq; mundo in perpetuas ęternitates recipiendus erat in patria, nam bonorum laborum gloriosus est fructus cum a fęlicis recordationis Gregor. Pap. X. prædecessore nostro ad Lugdunense concilium diceretur esse uocatus de Neapoli ueniens ubi tunc temporis more solito famosè legebat ut doctor, & per maritimam transiens cum ad monasterium Fossæ Nouæ ordinis Cistercien. Terracinen sis dioces parumper disgressurus per dies aliquot antea ad ipsum ut illuc deferretur affectuose depostulans peruenisset, intrans monasterium plenus Dei spiritu hæc uerba protulisse refertur. Hæc requies mea in sęculum sęculi, hic habitabo quoniam

elegi

elegi eam. Quod verum esse euentus edocuit: & sacri corporis sui illic facta tumulatio manifestat. Cępit enim illic in infirmitate grauari eadem viribus paulatim destitui infirmitatem tamen ipsam, & si diutinam plurium non impatienter tolerans sed equanimiter totus vt erat humilis patientia supportans: qua sibimet leniret infirmitatem: Deo obedientia placeret: ministris de se quod non extendebat aggeneraret reuerentiam: imitandę quoque patientię exempla præberet: adeo ꝙ eiusdem monasterij fossę nouę fratres inibi Deo deuotius famulantes hæc in sancto viro religionis exempla contemplantes illius tunc infirmantis corpore prompti obseqꝫs mancipati: quem utique tanta refertum patientia fore cernebant: singuli ligna de silua: singuli queq; illi oportuna voluntariè proprijs humeris deferebant; non extimantes forè conueniens, vt brutorum animalium humeris importandis eidem rebus accommodis præstarēt obsequia: qui tantarum virtutū prærogatiua pollebat. Cūq; in eadem infirmitate de qua obijt sanctissimi Dei & domini nostri Iesu Christi corpus in cibum sumendū sibi & viaticum deferretur totus profusus in lachrymis, & dulci amore eiusdem anima assueta dulcedinē Dei liquefacta inter cætera multa, & decora quæ protulit hæc, vel similia fidei, & deuotionis verba toto illius monasterij Conuentu multisque dictorum prædicatorum, & minorum ordinum assistentibus fratribus eructasse refertur. Ego de isto sanctissimo corpore domini nostri Iesu Christi, & alijs sacramētis multa docui, multa scripsi in fide Iesu Christi & sanctę Romanæ Ecclesiæ cuius correctioni cuncta subijcio, cuncta suppono. Recepto deinde ab ipso eodem uiuifico sacramento cunctisq; alijs sacramentis ecclesiæ, debita ueneratione cum lachrymarum effusione susceptis tertio die obdormiuit in domino: cui credidit quem amauit & tota mentis affectione dilexit. Fidelis seruus, & prudens non pertinax non proprio sensui, aut prudentię innitēs, & nulla de se scientię suæ superbus. nam qui scrutator est maiestatis opprimetur a gloria, vnde sapiēter doctor idem atque humiliter, vt præfati sumus omnem suam verbo, uel scripto doctrinam ad eiusdem ecclesiæ fidei normam fidei deuotione reduxit: qui Petri ore diffusam stabilem nouerat: & nullis concussionum flatibus agitandā: cum prius veram diuinitatis Christi recognitionem: qua respondit: tu es Christus filius Dei uiui ab ipso audire meruit: tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam. Et alibi. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua dumque pro Petro Christus rogat pro eius ecclesia intercedit. Verum quia dignum erat, & consonum, vt quem Deus viuentem in hoc sęculo tantis suis donis gratijsque perfecerat; assumptum in cælis sanctificatum forę hominibus declararet: multis eundem virum dei prius ipsius de hac uita transitum: licet, & antea nō nulla fecisse memoretur; magnisque fecit clarere miraculis: multis elatisq; signis gloriosis coruscare, ot illud psal. merito de ipso dicamus Scitote quia mirificauit dominus sanctum suum: sicque uita eius attestaretur miraculis, & illius miracula uitæ testimonium perhiberent. De quibus pauca de multis in Dei laudem, & sancti huius commendationem, & ædificationem fidelium idoneis approbata testibus pręsentibus subnectemus.

Post septimum namque mensem, uel circa a die obitus ipsius sancti Thomæ de Aquino cum corpus eius qd. in Capella sancti Stephani dicti Monasterij, per idem tempus sepultum extiterat: ad sepulchrum eiusdem primū, (.iuxta altare maius ecclesię monasterij andicti, vū ad tps p monacos eiusdē Monasterij.; timoris cā sublatū fuerat, ne corpus ipsū nino de dicto Monasterio tolleret p translationē denuo exhumarū deferri exinde. decreuissēt, in apertura ipsius sepulchri eiusdē Capellæ sancti Stephani tāta fragrantis odoris suauitas emanauit, ꝙ totam ipsa Capellā claustrumq, ipsius Monasterij, qđ diffusū est, pnta eadē suauitate repleuit. quæ de ipsius corpore prout ex sollicita curiosaq; monachorum indagine est, repertum mirificę fundebatur. propter quod maiore per monacos concepta ad ipsum deuotione totus Conuentus processionaliter: Priore tamen dicti Monasterij, cum quibusdam ex Monacis paramentis induto corpus ipsum, ad præfatum primum eius sepulchrum honorificè detulerunt, cantantes in crastino propter illa, quæ viderant Missam veluti de vno Confessore solenniter: cum reputarent incongruum si Missa de requiem æternam, ac si pro defuncto, pro illo cantarent. Hanc similem fragrantiā post septem annorum spatium, quidam ex testibus. quidam verò post 14. annorum spatium sensisse se referunt. dum corpus ipsum diuersis ex causis, per temporum vices sedulo inspexissent. Quippe odor carnis eius mundiciam Deo acceptam exprimebat: orationum eius odoramenta repræsentabat: famam quoque eius claram diffusionem virtutum, & illatū aromata nō celabat. ¶ Quidā arte citurgicus: sed p decenniū infirmitate podagricus: ita ꝙ ire per se, vel ambulare nequaquam absq; baculorū sustētatione, aut aliorum suffragio poterat: se Deo & beato Thomæ deuouens iuxta eius tumulū incūbens orone facta sanus prosilijt, & currens: Deum laudans ꝙ meriti eius essent de tam longe infirmitatis langore curatus. ¶ Alter quidam ex horribili quadam uisione fantasmatis timiditate percussus pedibus manibusque contractus fuit: & ore ac facie distortus sensibus carens, & omni virtute destitutus ita ꝙ loqui non poterat sed mortuo similis videbatur: adeo, ut ignem eius membris admotum nullatenus sentiret portatus ad tumulum illius post morulam liber, & sanus omnino a dicto sepulchro surrexit. ¶ Alius dum non deuotè de sancto sentiret uirtutem Dei in sancto in se duplicem est expertus, infirmitatis dum contemnit: sanitatis dum a contemptus culpa discessit. Nā cū sibi deuotionis cā a quodā Capellano plures uenerandę reliquię mōstrarentur ipse quoq, ostēsor preciosiores adhuc se habere reliquias. videlicet manum fratris Thomæ de Aquino fateretur illico hūc derisoriè de his trupbantem, cum eas videre non curaret dicens sanctus non est: sed quidam ordinis Prædicatorū frater: tremor appręhendit, & caput eius ad modum magnę cistę grossum, & valde ponderosum sibi esse uidebatur. Sed infirmitate correptus, & pęnitens simileq; da sua incredulitate dictisque deplorans dum ueniam a sacerdote petitam obtinuit reuerenter manum eiusdē sancti deosculans confestim a tremore, & inflatione capitis liberatus euasit: sensitq; progredientē, vt retulit maximū ex dicta mano suauitatis odorē Qui odor cū ipsius curati caputio personęq, ex tactu manus eiusdē per magnū tps inhęreret multis eundē postmodum pcipiētibus sciscitantibusq; quid esset hoc signo narrare, quod acciderat, & si nolens miraculum cogebatur ¶ Notarius qdam dum ad mensam sanus accederet surgens ab illa graui squinantiæ infirmitate percussus est. Duobus diebus ppea linguam mouere non potuit, & loquelam amisit. Cumq; multa medicorum remedia ei adhibita quin eadem infirmitas in augmentum procederet non prodessent. immo de illo desperarent ad sanctum con-

ceptam

ceptam deuotionem, vt ad tumulū eius deferretur, quam lingua nō ualebat manus suæ scriptura depromsit. Verum cum illuc repugnante uxore sua, quia mulieribus intrare præfati mōnasterij ecclesiā nō liceret, nequaquam duceretur ipse hoc infirmus aduertēs infra seipsum eidē beato uiro sent eum liberaret affectuosius commendauit, cępit ex hinc linguam ducere meliorari & conualere, ac breui tpis interuallo perfecte curatus fuit. Dum alius quidā per septem hebdomadas, & ultra febrē quotidianā, malo epatis, & stomaci affligeretur quadam die veneris, cū preius haberet auditis quibusdam miraculis, quę per uirū dei facta esse dicebantur cum se ad ipsum deuotione sequenti die Sabbati de facto, vxoris suæ suasibus eaque præsente deuouisset, die Dñicæ proximo in mane se a præfatis infirmitatibus plenè repperit liberatū. ¶ Mulier quædam cū filium suum duorum mensiū decumbentem periclitari non immerito formidaret pro eo pñti ꝙ per menses quatuor, ex surditate adeo grauata esset, vt decies exclamata uagientem et puerum vix audiret viri sui inductione qui mestus una cum illa cōis filij periculo condolebat prædicto viro dei, vt eam ab eadem infirmitate eriperet, obnixius deuouit. Emissoq; voto cum nocte sequuta dormisset in crastino se liberatā sancti meritis repperit ut optabat. ¶ Puella gutturis sui fauces squinantiæ habens infirmitate constrictas in tm̄, ut nec quid sumere solidum aut liquidum ualeret & anhelitus sibi meatus, vt vix respirare posset includeretur, dū deuotè se beato viro a matre persuasa commendaret, ductaq; foret in crastinum ad dictum monasterium Fossę nouę superpositis gutturi suo dicti viri sancti & reliquijs, in quadam capsa delatis confestim melioratam se sensit, panem comedit perfecteq; sanata redijt. ¶ Quidam præfati monasterij Fossę Nouæ conuersus adeo grauem in brachio dextro & spatula dolorē patiebatur, ut ipsum brachium quod per trium mensiū, cum dimidio spatium detulerat suspensum ad collum ei esset inutili dolore pręsertim uehementer afflictum, qui cum requisitū medicorum remedium inhæreret & amplius dolore grauaretur, dum dicto sancto pro sua liberatione, se quodam emisso voto commendasset seq; supra eius tumulum posuisset, ibidem obdormiuit ac excitatus, deinde a quodam dicti monasterij monaco brachiū, quod in arbeo prius habebat, incumbens collo adhuc dependenti extractū ab eo, reperit excitatorumq; a somno more, dum ambas manus capiti suo, vt ipsum scalperet apposuisset se liberatū intellexit ac astantibus quod notū fuerat miraculum reuelauit. ¶ Infans quidā quatuor ann. tumorem & ruborem in costis, & exinde vsq; ad pedem patiebatur adeo afflictiuum, vt nec a matre sua uel alio tangi sine læsione, & clamore, suo aliquatenus potuisset mouere; se non poterat per mensem in tanto dolore & in anxietate fuit. a medicis spes curationis eius, sine incisione puerile non inueniebatur, illaq; si fieret perpetuo eum in persona futurum impeditum mestis amaritudine, mentibus nunciabat. deficiente natura artisq; suffragio non inuento recursum est ad Deum, qui gloriosus est in sanctis suis faciens prodigia. Nam mater infantuli quæ ipsum diligebat, vt mater eum B.T. deuotius cōmendauit, vt a dicta infirmitate sine incisione suis meritis liberaret, delatus est puer ad monasteriū, positus super tumulum sancti postq; aliquantulam morulā sanus idem surrexit. ¶ Hæc sunt igitur testimonia tua Deus, quæ de hoc viro iusto nobis credibilia facta sunt nimis. nam si testimonium hoīum accipimus, tęstimoniū Dei maius est quo aīam eius cęlum possidere iam credimus intercessorem ipsum expectamus, ac inter sanctorum agmina quasi stellam matutinam cū fidimus esse locatum vnde fidē tuam in nobis bone Iesu, nutris spem erigis dilectionis charitatem accendis. Lætetur itaq; mater ecclesia, exultet Italia, parens campania iocundetur, prædicatorū sacer ordo iam iubilet, religiosorum deuotio concrepet; doctorum tuba cōplaudat, aīent ut ad studia iuuenes, prouecti non torpeant, senes delectentur in illis, omnes in humilitate proficiāt, prouecti contemplationem non deserant, mandata Dei seduli exequantur. Nam dedit illi Deus cor ad præcepta & legem uitæ & disciplinæ, & sapientia humiliati exaltauit caput illius in medio ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum dñs spiritu sapientiæ & intellectus stollam glorię induit illum. nam veritas quæ est Christus ipsa veris non fictis doctoribus pollicetur qui elucidant me uitam æternam habebunt, quamuis ipse verus iustitiæ sol stellarū illustratione nō egeat nec illarum iradiatione cū illuminentur ab ipso clarescat. Habitat. n. lucem inaccessibilem qui est splendor glorię & figura substantiæ eius idcirco tenebris non obscuratur ut deficiat aut nebulis offuscatur, vt suæ claritatis radios nō diffundat. cæterum quia rōnis ordo depostulat, vt triumphantem in cęlis ecclesiam, deuota in terris militans subsequatur illū ueneratione præcipue percolat, quem in cęlestibus agminibus positum Deum glorificare cognoscitur, nos de sanctitate vitæ ac miraculorum veritate confessoris eiusdem non semel tm̄, sed primo & secundo, non festinè, sed maturè inquiri fecimus & per nos etiam & fratres nostros S. R. E. Cardinales inquisitionem huius exacta discussione examinauimus diligenter, vt tanto firmius quanto maturius tanto certius quanto disquisitius inquisitum & examinatū existeret, in sic arduo difficiliq; negocio procedere ualeremus. Difficile namq; extimamus q̄ in terra sunt & q̄ in prospectu sunt inuenimus cū labore q̄ aūt in cęlis sunt quis inuestigabit? Cumq; p huius nrām & eorundē fratrū nrōrum examinationē sollicitā & sollicitudinē exaīatā vitā eius sanctā & miracula uera eius meritis facta pbata esse cōstiterit & supplicantib. nobis idipsum humiliter & deuote multis, tūc platis apud sedē Apost. existētibus de dictorū fratrū nrōrū concilio & assensu auctoritate Dei oīpotentis, Pris & Filij Spūs sancti, & beatorū Petri & Pauli Apostolorū eius ac nra cū sanctorū cōfessorū cathalogo duximus ascribendū. Ideoq; uniuersitatē vestrā monemus & hortamur attente p apostolica uobis scripta pcipiendo mādantes quatenus 9. Martij festū cōfessoris eiusdē deuote ac solēniter celebretis & faciatis à vestris subditis ueneratione debita celebrari, vt pia eius intercessiōe & hic a noxijs pregi & in futuro sempiterna gaudia cōsequi valeatis. Vt aūt ad venerabile eius sepulchrū ardētius & affluētius Christiani populi cōfluat multitudo ac celebrius eiusdē cōfessoris colat̄ festiuitas oībus vere pęnitentib. & cōfessis qui eū reuerēter illuc in eodē festo annuatim accesserint ipsius suffragia petituri de oīpotentis Dei misericordia & eorūdē beatorū Petri & Pauli Apost. eius auctoritate cōfisi vnū annū & xl. dies accedentibus uero annis singulis ad prædictū sepulchrum, infra sepiē dies festū, ipsum immediate sequentes centum dies, de iniuncta sibi pœnitentia relaxamus. Datum Auinione xv. Calendas Augusti, Pontificatus nostri anno septimo.

Explicit Canonizatio B. Thomæ de Aquino ordinis Prædicatorum.

INDEX HVIVS
PRIMAE SECVNDAE PARTIS,
In quo loca communia Theologica explicantur.

F I N I S.

PRIMAE SECVNDAE PARTIS SVMMÆ DIVI THOMÆ AQVINATIS.

QVÆSTIONVM ET ARTICVLORVM INDEX.

Qualis sit hæc doctrina, & ad quæ se extendat.

QVÆSTIO PRIMA. ARTICVLI.

1 VTRVM homini conueniat agere propter finem.
2 Vtrum agere propter finẽ sit proprium rationalis naturæ.
3 Vtrum actus hominis recipiãt speciem ex fine.
4 Vtrum sit aliquis finis vltimus humanæ vitæ.
5 Vtrum vnius hominis possint esse plures vltimi fines.
6 Vtrum homo ordinet omnia in vltimum finem.
7 Vtrum idem sit vltimus finis omnium hominum.
8 Vtrum in illo vltimo fine aliæ creaturæ conueniant.

QVÆSTIO II.

De beatitudine hominis, in quibus consistat. Et primo, Vtrum beatitudo hominis consistat in diuitijs.
2 Vtrum consistat in honoribus.
3 Vtrum in fama, siue gloria.
4 Vtrum in potestate.
5 Vtrum in aliquo corporis bono.
6 Vtrum in voluptate.
7 Vtrum in aliquo bono animæ.
8 Vtrum in aliquo bono creato.

QVÆSTIO III.

De beatitudine, quid sit. Et primo, Vtrum beatitudo sit aliquid increatum.
2 Vtrum si est aliquid creatum, sit operatio.
3 Vtrum sit operatio sensitiuæ partis, aut intellectiuæ tãtum.
4 Vtrũ si est intellectiuæ, sit operatio ĩtellectus, an volũtatis.
5 Vtrum si est operatio intellectus, sit operatio intellectus speculatiui, aut practici.
6 Vtrum, si est operatio intellectus speculatiui, cõsistat in speculatione scientiarum speculatiuarum.
7 Vtrum sit in speculatione substantiarum separatarum, scilicet angelorum.
8 Vtrum sit in sola speculatione Dei, qua p essentiã videtur.

QVÆSTIO IIII.

De his quæ exiguntur ad beatitudinem. Et primo, Vtrum delectatio requiratur ad beatitudinem.
2 Vtrum in beatitudine sit principalis visio, quàm delectatio.
3 Vtrum ad beatitudinem requiratur comprehensio.
4 Vtrum requiratur rectitudo voluntatis.
5 Vtrum ad beatitudinem hominis requiratur corpus.
6 Vtrum requiratur ad eam perfectio corporis.
7 Vtrum requirantur ad eam aliqua exteriora bona.
8 Vtrum requiratur ad eam societas amicorum.

QVÆSTIO V.

De adeptione beatitudinis. Et primo, Vtrum homo possit cõsequi beatitudinem
2 Vtrum vnus homo possit esse beatior alio.
3 Vtrum aliquis possit esse in hac vita beatus.
4 Vtrum beatitudo habita possit amitti.
5 Vtrum hõ per sua naturalia possit acquirere beatitudinẽ.
6 Vtrum homo consequatur beatitudinem per actionem alicuius superioris creaturæ.
7 Vtrum requirantur aliqua opera hominis ad hoc q homo beatitudinem consequatur a Deo.
8 Vtrum omnis homo appetat beatitudinem.

QVÆSTIO VI.

De voluntario & inuoluntario. Et primo, Vtrum in humanis actibus inueniatur voluntarium.
2 Vtrum inueniatur in animalibus brutis.
3 Vtrum voluntarium possit esse absque omni actu.
4 Vtrum violentia voluntati possit inferri.
5 Vtrum violentia causet inuoluntarium.
6 Vtrum metus causet inuoluntarium simpliciter.
7 Vtrum concupiscentia causet inuoluntarium.
8 Vtrum ignorantia causet inuoluntarium.

QVÆSTIO VII.

De circunstantijs humanorũ actuum, in quib voluntarium & inuoluntarium inuenitur. Et primo, Vtrum circunstantia sit accidens actus humani vel quid sit.
2 Vtrum circunstantiæ humanorum actuũ sint cõsiderandæ à theologo.
3 Vtrũ cõuenienter enumerentũ circunstãtiæ in 3. Ethicorum.
4 Vtrum sint principales circunstantiæ propter quid, & ea in quib. est operatio, vt dicitur in 3 ethicorum.

QVÆSTIO VIII.

De voluntate quorum sit vt volitorum. Et primo, Vtrum voluntas sit tantum boni.
2 Vtrum voluntas sit tãtum finis, an eorum q̃ sunt ad finem.
3 Vtrum volũtas, si est eorum quæ sunt ad finem, vno actu moueatur in finem & in ea quæ sunt ad finem.

QVÆTSIO IX.

De motiuo voluntatis. Et primo, Vtrum voluntas moueatur ab intellectu.
2 Vtrum ab appetitu sensitiuo.
3 Vtrum moueat seipsam.
4 Vtrum moueatur ab aliquo exteriori principio.
5 Vtrum moueatur a corpore cælesti.
6 Vtrum moueatur a Deo solo, sicut ab exteriore principio.

QVÆSTIO X.

De modo quo voluntas mouetur. Et primo, Vtrum voluntas ad aliquid naturaliter moueatur.
2 Vtrum moueatur de necessitate a suo obiecto.
3 Vtrum moueatur de necessitate ab inferiori appetitu.
4 Vtrũ moueatũ de necessitate ab exteriori motiuo, q̃d est Deus

QVÆSTIO XI.

De fruitione, quæ est actus voluntatis. Et primo, Vtrum frui sit actus appetitiuæ potentiæ.
2 Vtrum frui conueniat tantum rationali creaturæ, an etiam animalibus brutis.
3 Vtrum fruitio sit tantum vltimi finis.
4 Vtrum sit solum finis habiti.

QVÆSTIO XII.

De intentione, quæ est actus voluntatis. Et primo, Vtrum intentio sit actus intellectus, vel voluntatis.
2 Vtrum sit tantum vltimi finis.
3 Vtrum aliquis possit simul duo intendere.

QVAE-

QVÆ-

FINIS.

PRINCIPALIVM SENTENTIARVM
PRIMÆ SECVNDÆ PARTIS
DIVI THOMAE AQVINATIS ANNOTATIO.

A

ABDICATIO. Expeditius homo perueniet ad beatitudiné, totaliter bona huiusmodi abdicando.q. 108.4.C

abdicatio uer. Diuitiæ.

abdicantur diuitiæ per paupertatem, delitiæ carnis per perpetuam castitatem, superbia vitæ per obedientiæ seruitutem.q.108 4.C

¶Abraham fuit primus qui se ab infidelibus separauit, ideo ipse primus circumcisionem accepit.q.102.5.1.

abraham cum per mandatum dei consensit occidere filium, nó consensit in homicidium.q 94.5.2.& q.100.8.3.

abraham in opere illo quod fecerat, cognoscere potuit experimentaliter se dei timorem habere, uel potest hoc etiam ad se relationem referri.q.112.5.

abraham uer. Circuncisio. Nasci. Christus.

abrahæ facta fuit promissio de Christo nó propter meritum ipsius, sed ex gratia dei.q.98 4.C

abrahæ verbum illud dictum, videlicet, Nunc cognoui quòd timeas dominum, potest referri ad notitiam experimentalé, quæ est per exhibitionem operis.q.112.5.5.

¶Absolutum. Id quod est per essentiam relatum, posterius est absoluto: sed id cui attribuuntur relationes, non oportet quod sit posterius.q.16.4.2.

¶Acceptio personarum locum habet in ijs quæ ex debito dantur, non autem in ijs quæ ex gratuita uoluntate conferuntur q.97.4.2.& q.98 4.2.&.q.106.3.1.

acceptio ver Dispensatio.

¶Accedere est prius in intentione, & posterius in executione. quam recedere.q.2 .2.3.

¶Accessus per se respicit id quod est conueniens naturæ, recessus autem id, quod est contrarium q.36.1.C

accessus, & recessus dupliciter considerantur, s. ex parte mobilis, & ex parte agentis: primo mó recessus præcedit accessum secundo est econuerso.q.113.8.1.

¶Acerbitas pœnæ respondet grauitati culpæ.q.87.4.3.

¶Accidens magis dicitur entis quam ens.quæst.53.4.1.& quæst. 110.2.3.

accidens habet dependentiam ad subiectum, & in abstracto diffinitur per subiectum loco differentiæ: sed in concreto loco generis.q.53.2.3.

accidens est dignius substantia secundum quid: sed substantia est simpliciter dignior accidente.q.66.4 C.& q.110.2.2.

accidens dicitur esse in alio accidéte sicut in subiecto, quia inhæret substantiæ mediante alio accidente.q.7.1.3.& q.50.2.2.q. 56.1.3.

accidens non agit effectiue in substantiam, sed formaliter.q 85.1.4.& 110.2.1.& q.111.1.1.& 2.1.

accidens dicitur alterius dupliciter, s. quia inest ei, & quia est simul cum eo in eodem subiecto.q.7.1.2.

accidens dicitur accidenti accidere dupliciter. Primo, quia duo accidentia comparantur ad unum subiectum absq; ordine: secundo cum aliquo ordine.q.7.1.3.

accidens neq; fit, neq; corrumpitur: sed dicitur fieri, uel corrumpi secundum quod subiectum incipit, uel desinit esse in actu secundum ipsum.q.110 2.3.

accidens uer. Proprium.

accidenti conueniens ex parte subiecti, & non ex ipsa ratione accidentis, non attribuitur accidenti in abstracto, sed in concreto.q 53.2.3

accidentia, & formæ non subsistentes, sicut dicuntur entia non quia habeant esse, sed quia eis aliquid est: ita dicuntur bona, vel una non alia bonitate, uel unitate, sed quia est eis aliquid bonum, uel vnum.q.55.4.1.

accidentia, & virtus non habent materiam ex qua, sed in qua, & circa quam.q.55.4.C

accidentia per se caduut sub arte, non autem accidentia omnino per accidens.q 7.2.2.& q.18.3.5.

accidentia, aliqua individualia pertinentia ad dispositioné naturæ, a parentibus propagantur in filios, non autem ea quæ sunt pure personalia.q.81.2.C

accidentia uer. Propria.

accidentalis forma secundum seipsam, & in abstracto non dicitur ut secundum magis & minus.q.52.1.2.0.2.3.

¶Accidia est species tristitiæ.q.35.8.0.

¶Accipiter significat eos qui ministrant potentibus ad deprædandum pauperes.q.102.6.1.

¶Actio, & operatio dei est sua substantia q.49 4.C.& q.53.2.3

actio, & quælibet motus creaturæ, est a deo. q.6.1.3.&.q.79.2.0. &.q 109 1 C

actio intellectus, & cuiuscunq; entis creati depédet a deo quantum ad formá, & inquantum mouetur ad agendú q.109.1.C

actio est manens in agente, factio vero est actus transiens in exteriorem materiam.q.57.4 C.&.5.1.

actio est duplex. s. manens in agente, & transiens in exteriorem materiam.q.3.2.3.q. 31.5.C.& q.74.1.C.

actio manens in agente est actus, & perfectio agentis, transiens uero patientis.q.3.2.3.& q.31.5.C

actio humana speciem à fine proximo sortitur.q.1.3.C.3.

actio dicitur uoluntaria dupliciter, scilicet quia imperatur, & quia elicitur a uoluntate.q.11.2.& q.6.4.C & q.71.6.C

actio naturæ est determinata ad unum.q.10.1.1.

actio sortitur speciem ab actu qui est principium agendi: passio uerò ab actu qui est terminus motus nostri.q.1.3.C

actio propriè non attribuitur instrumento, sed principali agenti.q.16.1.C

actio aliqua est finis vltimus, aliqua est propter finem. q.1.1 2.

actio inquantum habet aliquid de esse, intantum est bona: inquantum uero deficit ei aliquid de plenitudine essendi, intantum est mala.q.18.1.0.

actio hominis est bona, uel mala ex generatione, fine, & circumstantiis.q.18.0.& q.20.1.2.C

actionis moralis primum malum est quod est ex obiecto.q.18.2 C

actione sua aliquid tédit ad finem dupliciter, s. ut seipsum ad finem mouens, ut homo: & ut ab alio motum ad finem, ut sagitta, & quæ ratione carent, q.1.2.C

actiones illæ propriè dicuntur humanæ, quæ sunt hominis inquantum est homo, quæ a uoluntate deliberata procedunt, & quarum homo dominus est.q.1.1.0.art.3.c.3.

actiones quæ procedunt ab aliqua potentia, causantur ab ea secundum rationem obiecti.q.1.1.C

actiones hominis alijs intenti non sunt propriè humanæ, quia non procedunt ex deliberatione rationis, quæ est principiú humanorum actuum, ideo habent quasi finem imaginatú, & non per rationem præstitutum.q.1.2.3.

actiones vet Homo. Ludus.

¶Actus apostolorum non recipiút Montani, Priscillianistæ nec Manichæi.q.106 4.2.

actus est duplex, scilicet primus, & secundus.q.3. 2.C. &.q. 111. 2.C

actus in nobis duplex, interior, & exterior.q.18.6.c.&.q.111.2.C

actus primus est esse: actus secundus est operatio.q. 111.2.C

actus uoluntatis duplex, scilicet elicitus, & imperatus.q.6.4.c.& q.74.2 C

actus qui sunt idem secundum speciem naturæ possunt esse diuersi secundú speciem moris, & ecóuerso.q.1.3.3.& q.20.6 0

actus unus secundum genus naturæ potest esse plures secundú genus moris.q.20.6.0.

actus humani habent rationem meriti, uel demeriti per comparationem ad deum.q.21.4.C

actus moralis prima bonitas, uel malitia est ex obiecto, sicut in naturalibus ex forma.q.18.2 C

actus moraliter habet speciem ex obiecto, & fine.q.1.3.0. & q. 7.4.0.& q.18.2.3.0.&.q.72.1.3.0.

actus moralis est bonus, uel malus secundum speciem ex obiecto & fine, sed secundum circunstantias quasi secundum accidentia.q.18.2.3.4 0.&.6.C

actus denominatus a potentia, nominat simplicem actum illius potentiæ.q.2.C

actus specie diuersi sunt diuersorum obiectorum secúdum speciem, & diuersarum potentiarum.q.54.1.1.

actus idem non potest æqualiter, & eodem ordine pertinere ad diuersas potentias, sed secundum diuersas rationes, & diuerso ordine.q.56.2.1.

actus plures unius potentiæ nó possunt esse simul nisi vnus sub alio

&

B

Beatitudo

causæ

consilium

Doloris

Finis duplex, s. imaginatus, & ratione praestitutus, q. 1. 1. 3

Finis duplex, s. cuius, i. ipsa res in qua ratio boni inuenitur: & quo, id est usus, uel adeptio rei, q. 1. 8. c. & q. 2. 7. c. & q. 3. 1. c. 8. 2 & q. 11. 3. 3

Finis ultimus habetur dupliciter, s. perfecte, i. in intentione & in re: & imperfecte, i. in intentione tantum, q. 11. 4. c. & quaest. 16. 4. c

Finis ultimus hominis ut res est, non potest esse ipsa anima, uel aliquid eius, q. 2. 7. c

Finis ultimus dupliciter, s. ratio ultimi finis, & id in quo finis ultimi ideo inuenitur. Primo modo est unus omnium hominum, non autem secundo modo, q. 1. 5. c. 7. o

Finis accipitur dupliciter, s. quantum ad rem, & quantum ad consecutionem huius rei. Primo modo, idem est finis omnium rerum. Secundo modo, diuersus est finis superioris & inferioris naturae, & in hoc fine hominis non communicant creaturae irrationales, q. 1. 8. o. & q. 3. 8. 2

Finis ultimus, & ea quae ordinantur ad hunc finem, sine quibus finis haberi non potest, ex necessitate mouent uoluntatem, q. 3. 6. 2. & q. 10. 2. 3. & q. 13. 6. 2

Finis, ut est in intentione agentis, habet rationem causae, quaestio. 1. 1. 1.

Finis est principium totius ordinis in rebus agendis, q. 102. 1. c

Finis uirtutis moralis est attingere medium in propria materia: quod medium determinatur secundum rectam rationem prudentiae, q. 66. 3. 3

Finis est ex quo sumitur ratio eorum quae sunt ad finem. li. principio. & q. 1. 3. c. & q. 102. 1. c

Finis & ea quae sunt ad finem debent esse proportionata, q. 96. 1. c. & q. 102. 1. c

Finis comparatur ad ea quae sunt ad finem, sicut forma ad materiam, q. 4. 4. c. & q. 1. 7. c

Finis, & id quod est ad finem, uel est actio, uel res cum actione, q. 13. 4. c

Finis particularis ordinatur ad finem communem, q. 9. 1. c. & q. 19. 10. c. q. 21. 2. 2

Finis est secundum se uolitus, id autem quod est ad finem, inquantum huiusmodi, non est uolitum nisi propter finem, q. 8. 2. c. 3. 3. c

Qualis unusquisque est, talis finis uidetur ei, q. 9. 2. 2. 2. & q. 10. 3. c. 2

Finis a uoluntate respicitur tripliciter. s. absolute, & ut in eo quiescitur, & ut est terminus alicuius quod in ipsum ordinatur. Primo modo, uelle respicit finem. Secundo, fruitio. Tertio, intentio, q. 8. principio, & q. 12. 1. 4. 2. C. 3. 5. 2

Finis cognitio duplex, s. perfecta, & imperfecta. Prima, conuenit soli rationali naturae. Secunda, etiam brutis animalibus, q. 6. 2. c. & q. 11. 2. c.

Finis ultimi rationem habere non potest actus a uoluntate elicitus. q. 1. 1. 2. & q. 19. 1. 2

Finis intentio in electione pertinet ad uirtutem moralem: sed praeceptio eius quod est ad finem, pertinet ad prudentiam, q. 56. 4. 4.

Finem ultimum & supernaturalem consequi potest natura humana saltem auxilio gratiae, ad quem inferiores naturae pertingere non possunt, q. 5. 5. 2. & q. 91. 4. c. 3 & q. 109. 5. 3

Finem ultimum adipiscuntur creaturae, inquantum participant aliquam similitudinem Dei, secundum quod sunt, uel uiuunt, uel etiam cognoscunt, q. 1. 8. c. & q. 3. 8. 2

Ad unum finem ordinatur tantum unum medium, si sit sufficiens: si uero non sit sufficiens, oportet media multiplicari, q. 101. 3. 1

Fine adueniente, nō omne quod ordinatur ad finem cessat, sed id tantum quod se habet in ratione imperfectionis, q. 4. 4. 3

Fines morales accidunt rei naturali, & econuerso ratio naturalis finis accidit morali, q. 1. 3. 3

In finibus non itur in infinitum, q. 1. 4. 0

Finis. ver. Actio. Actus. Comprehensio. Homo. Idem. Intellectus Intentio. Via. Voluntas

Finitum. ver. Magnitudo

¶ Flamma ver. Ignis

¶ Fomes est inclinatio sensualitatis ad peccatum, q. 91. 6. 0

Fomes in animalibus simpliciter habet rationem legis, non autem in homine inquantum inclinat ad peccatum, sed solum inquantum est poena consequens diuinam iustitiam, q. 91. 6. c. & q. 93. 3. 1

¶ Forma actu existens in aliquo secundum esse perfectum, & naturale, potest esse principium actionis in alterum: non autem si existat secūdum esse imperfectum, & nō naturale, q. 5. 6. 2.

Forma secundum se dicitur corrumpi per contrarium suum, per accidens autem per corruptionem sui subiecti, q. 53. 1. c

Forma naturalis ex necessitate producit operationem sibi conuenientem: unde non potest esse simul cū forma naturali aliqua forma contraria, q. 71. 4. c

Forma, ut est recepta in materia, est posterior uia generationis, quàm materia, licet sit prior natura, sed ut est in causa agente, est omnibus modis prior, q. 20. 1. 3. & q. 62. 4. c

Et in formis dicimus aliquid magnum ex hoc, quod est pfectū q. 52. 1. c

Forma substantialis non participatur secundum magis, & minus, q. 52. 1. c

Forma determinata ad unam tantum operationem, non requirit dispositionem, q. 49. 4. c

Formae perfectio dupliciter consideratur, s. secundum seipsam, & secundum quod subiectum participat formam. Primo mō, non dicitur parua, uel magna. Secundo, dicitur magis, & minus, q. 52. 1. c

Formae distinguuntur abinuicem secundum diuersa principia actiua, q. 54. 2. c

Formas corporales aliqui posuerunt totaliter ab intrinseco, aliqui totaliter ab extrinseco, aliqui uero partim ab intrinseco, & partim ab extrinseco. q. 63. 1. a

Forma. ver. Appetitus. Argumentum. Cęlum Materia. Operari.

¶ Fornicatio consistit in hoc, quod homo accedit ad non suam, q. 73. 7. c

Fornicatio ab apostolis specialiter prohibetur tanquàm per se malum, & quia Gentiles non reputabant eam peccatum, q. 103. 4. 3

¶ Fortis est patiens, sed non conuertitur, q. 66. 4. 2

Fortis ver. Audacia

Fortitudo est uirtus specialis, secundum quod est circa pericula mortis: sed est conditio generalis omnis uirtutis, ut est animi firmitas ne a contrario moueatur, q. 61. 3. 4. 0

Fortitudo ordinatur circa timores, & audacias, q. 60. 4. c

Fortitudo sustinet molestias absque perturbatione, & ingerit se eis, cum opus fuerit, q. 66. 4. 2

Fortitudo est in irascibili, q. 61. 2. c. & q. 66. 1. c. & q. 85. 3. c

¶ Frequentia, assiduitas, et diuturnitas non sunt circunstantiae trahentes in aliam speciem nisi per accidens ex aliquo superueniente, q. 88. 3. 1

¶ Fricare. ver. Actiones

¶ Fructus nomen a corporalibus ad spiritualia est translatum, q. 11. 1. c. et q. 70. 1. c

Fructus sensibilis est id quod ultimum ex arbore expectatur, et cum quadam suauitate percipitur, q. 11. 1. c. et q. 70. 1. c

Fructus proprie dicitur, quod est simpliciter ultimū, in quo aliquis delectatur, et eo proprie aliquis dicitur frui. Quod autē in seipso non est delectabile, sed tantum appetitur in ordine ad aliud, fructus dici non potest: quod autem in se habet quandam delectationem, ad quam quaedam praecedentia referuntur, potest dici fructus, sed non proprie et secundum completam rationem fructus eo dicimur frui, q. 11. 3. c

Fructus ad arborem producentem comparatur, ut effectus ad causam: ad hominem uero fruentem ut ultimum expectatum, et delectans, q. 11. 3. 2

Fructus in spiritualibus dicitur dupliciter. s. id quod ab homine producitur, ut operatio et ultimum delectationem habēs, quod homo adipiscitur, q. 70. 1. c

Fructus uitae aeternae est simpliciter ultimus et perfectus, non autem fructus uitae praesentis, q. 70. 1. 2

Fructus, et fruitio ad idem pertinere uidentur, et unum ab alio deriuari, q. 11. 1. c

Fructus non diuersificantur secundum diuersas species uirtuosorum actuum, sed secundum diuersos perfectionis gradus, etiam unius uirtutis, q. 70. 3. 2

Fructus duodecim conuenientes enumerantur ab Apostolo, q. 70. 3. 0

Fructus spiritus dicuntur ea quae enumerat Apostolus ad Galatas 5. quia sunt effectus Spiritussancti in nobis, non quod eis fruamur tanquàm ultimo fine. q. 11. 3. 2

Fructus dicuntur opera uirtutum, non autem opera uitiosorum, q. 70. 4. 1

Fructus Spiritussancti quos Apostolus nominat ad Galatas. 5. sunt actus, q. 70. 1. 0

Fructus Spiritussancti in communi contrariantur operibus carnis: unum autem singuli fructus singulis operibus carnis secūdum proprias rationes, nisi secundum adaptationem, quaest. 70. 2. 0

Fructus differunt a beatitudinibus: omnes enim beatitudines possent dici fructus, sed non conuertitur, q. 70. 2

Fructus ver. Operatio. Virtus

¶ Frui non est actus potentiae exequentis, sed potentiae imperantis executionem, q. 11. 2. c

Frui est actus appetitiuae potentiae, q. 11. 1. 0

Frui

I

Secundo

Legi

Mira-

peccatum

pœna

præceptum

Sacer-

X

Z

FINIS.

COMMENTARIORVM PRIMAE SECVNDAE D. THO. AQVINATIS
COPIOSISSIMVS INDEX.

A

Amoris

Duobus

quia

fer ens est a seipso, potest multiplicari, & non multiplicari, q. 113. artic 6. ad 2. fol. 162. columna tertia, F

Idem realiter & conuertibiliter, impossibile est separari, sed quæ sunt idem realiter, & non conuertibiliter, possunt separari ex parte qua non est conuertibilitas. Ibidem.

¶Ignis cessante motu cœli non posset comburere stipulam, quia secundus motor a primo dependet. quæstio. 109 art. 1. fol. 245 col. 3. F

¶Ignorantia duplex. Vna priuans usu rationis, altera priuans sola scientia eius quod scire tenetur. Et hæc est duplex, scilicet, iuris, & facti, quæstione 76. articul. 4 fol. 167. col. 3 G

Ignorantia ex parte rei scitæ, est secundum triplicem scientiam triplex. quæst. 67. articul. 4. ad 1. fol. 168. colum. 2. E

Sufficienter enumerantur duæ tantum ignorantiæ eius quod quis scire tenetur, scilicet, affectata ut liberius peccet, & per negligentiam. q. 76. art. 2. fol. 166. col. 2. A

Ignorantia ex parte rei ignoratæ tantum, idest, non ex parte ignorantis, idest, non culpabilis, excusat totaliter ab inuoluntario id quod est effectus proprius ignorantiæ, sine det operam rei licitæ, siue illicitæ, fol. 167 col. 1. B

Ignorantia causans per accidens actum ut remotio prohibentis, de se, idest, de sua propria ratione, sibi uendicat quòd actus ille sit inuoluntarius. Ignorantia siquidem ut remotio prohibentis, est causa non per se, sed per accidens inuoluntarij: ignorantia autem ut absentia scientiæ, est causa per se inuoluntarij, q. 76. ar. 3 1. fol. 166. col. 3. I

Ignorantia est causa per accidens peccati. Non ens enim non est causa per se entis, & ponitur causa ut remouens prohibens, seu remotio prohibentis, quæstione 76. articul. primo, fol. 165. columna 3. K

Quomodo intelligenda sint hæc literæ uerba, Inquantum remanet in ignorante de uoluntario, intantū remanet de intensione peccati, & secundum hoc non erit per accidens peccatum, q. 76. art. 3. fo. 167. col. 2. B

Ignorantia tollentem totaliter usum rationis excusare a toto, est uerum per se loquendo, sed per accidens contingit non excusari: cum enim ignorantiæ tali coniungitur quòd est uoluntaria culpabiliter, tunc ratione istius accidentis non excusat a toto, q. 76. art 4 f 168. col. 1. I

Ignorantia semper excusat a toto inuoluntario ut sit. Et quando dicitur, quòd aliquando excusat a tanto, sed non a toto, intelligitur de ipso inquantum habet rationem uoluntarij, quæst. 76 art. 3 fol. 167. colum. 1. D

Ignorantia concomitans, seu quæ nō est causa actus peccati, quia non causat inuoluntarium actum, ideo non excusat a per se spectantibus ad actum illum. Cum quo tamen stat, quod excusat ab omnino per accidens, quia nullus fit ex illa ignorantia in eo actus nolendi illa. Ibidem. fol. 166. columna. 4 K

Ignorantia non est secundum se peccatum, quia omne secundum se uitium morale opponitur secundū se alicui uirtuti morali, ignorantia autem non opponitur alicui uirtuti morali, sed scientiæ. Et quia non est secundum se peccatum, oportuit respondendo dicere secundum quid est peccatum, & dictum est secundum negligentiam, q. 76. arti. 2. fol. eodem col. 1. B

Cum inter ignorantiam malæ electionis, & ignorantiam iuris differentia sit, quòd ignorantia electionis consistit in ipsa uoluntaria actuali in consideratione: ignorantia uero iuris in uolūtaria habituali priuatione scientiæ, quandocumque aliquis ex actuali obliuione eius quod scit, & habitualiter meminit, operatur, neutram ignorātiam incurrit: quoniam omnium reminisci supra hominis est facultatem, quæst. 6. ar. 8. fol. 20. col. 1. C. uer. Excommunicatus.

Peccata quæ sunt secundum se mala, & fiunt ex ignorantia iuris, sunt eiusdem speciei, cuius essent si fierent a sciente, quia sunt uoluntarij in seipsis per se, & directe, non solum materialiter, sed formaliter secundum conuersionem ad obiectum: quamuis secundum contrarietatem ad uirtutem indirecte & per accidens sint uoluntarij, quæst. 76. artic. 4. fol. 167. col. 3. H

Peccata quæ fiunt ex culpabili propter negligentiam ignorantia facti, non sunt eiusdem speciei cuius essent facta a sciente, sed spectant ad species peccatorum directe uolitorum: quia plus requiritur ad rationem speciei propriæ quàm ratio uoluntarij, oportet enim esse per se intentum id unde species sumitur, q. 76. arti 4. fol. 168. col. 1. B

Peccata quæ fiunt ex ignorantia iuris positiui, quæ nō sunt secundum se mala, sed solum quia prohibita, quia obiectum formale uelatur, non sunt eiusdem speciei facta ab ignorante ius, & a sciente. Ibidem.

Peccata facta ex ignorantia facti culpabiliter, siue sint secundum se mala, siue non, redeunt ad naturam suæ speciei: quoniam culpa impedit uelamen ignorantiæ a locando actum extra intentum. Ibidem. E

Ignorantia adiuncta sequenti peccato non auget, sed diminuit illud, quia plus adimit de grauitate illius quàm apponat de grauitate propria. Ibidem. col. 3. I

¶ Ad hoc dicit, ꝙ de homine dupliciter possumus loqui. Primo secundum id qđ ex natura sua natus est acquirere. Et sic procul dubio dicẽdũ esset, ꝙ sufficit nos esse beatos ut homines, non simpliciter, ut dicitur 1. Eth. ꝙ cõsistit in cognitione dei, quã hic: & illa, quã in aĩa separata naturaliter habere possum*. Alio modo secũdũ id ad qđ hõ est diuinitus institut*: & sic qa factus est ut summũ bonũ intelligeret &c. ordinatus ẽ ad beatitudinẽ perfectã simpliciter. Et qa sic cõsiderat hominẽ theologus, quia in ordine ad deũ reuelatũ cõsiderat oĩa: ideò nulla digressio est in litera & ratio efficax est, ꝙ per aliud, reducendum est ad per se, etiam respectu hominis: quia homo est infra latitudinem capacium beatitudinis per se & perfectè. *ar. præc.

¶ In eodem sexto articulo nota, ꝙ tanta est differentia, inter obiectũ per se, & per aliud, ꝙ licet Deus & substantiæ separatæ p sensibilia sic a nobis intelligantur, ut in huiusmodi cõtemplatione felicitas ab Aristotele fuerit posita: qa tamen non sunt obiecta, nec intellecta a nobis hic, nisi per aliud, scilicet p species sensibilium, ideo duo in litera cõcluduntur, & ꝙ cognitio nostra nõ transcẽdit metas sensibilium: & ꝙ non põt esse felicitas, quæ consistit in cõtemplatione alicuius superioris. scilicet ut p se obiecti: & hoc manifeste sequit ad primũ. Quod ideo uerum est: quia quicquid cognoscimus de superioribus, cognoscimus inquantum per sensibilia præsentantur, per uiam dependentiæ, uel similitudinis, uel negationis, & huiusmodi: quod nihil aliud est quàm perfecte cognoscere sensibilia perfectiua nostri intellectus. Sũt enim huiusmodi cognoscibilia in nostris obiectis, uelut effectus in causis in cognoscendo apud nos: propter quod sapienter censent, qui dicunt nos per studium nũquàm cognoscere de superioribus, nisi quia est. Cognitio nanque ab effectu, & remotorum est.

*tex. 4. t. 9

D. 461.

*p. p. q. 1. ar. 4. & q. 61. art. 1. concl. in D. 274.

*p. p. q. 90. ar. 3.

Ad 2m dicendũ, ꝙ naturaliter desideratur nõ solũ pfecta beatitudo, sed ẽt qualiscunq; similitudo, uel participatio ipsius.

Ad 3m dicendũ, ꝙ per considerationem scientiarũ speculatiuarũ reducitur intellectus nr̃ aliquo modo in actum: non aũt in ultimum & completum.

Articvlvs VII.

Vtrum beatitudo consistat in cognitione substantiarum separatarum, scilicet angelorum.

Ad septimvm sic procedit. Videtur quòd beatitudo hominis consistat in cognitione substantiarum separatarum, id est angelorum. Dicit enim Gregorius in quadam homilia.* Nihil prodest interesse festis hominum, si non contingat interesse festis angelorum. per quod finalem beatitudinem designat: sed festis angelorum interesse possumus per eorum contemplationem. h ergo uidetur, quòd in contemplatione angelorũ ultima hominis beatitudo cõsistat.

¶ 2 Præt. Vltima pfectio uniuscuiusq; rei est, ut coniungatur suo h principio. Vnde & circulus dicitur esse figura perfecta, quia habet idem principiũ & finem: sed principium cognitionis humanæ est ab ipsis angelis, per quos homines illuminant, ut dicit † Dionys. 4. cap. de cœlesti hierarch. ergo perfectio humani intellectus est in contemplatione angelorum.

¶ 3 Præt. Vnaquæque natura pfecta est, quando coniungitur superiori h naturæ: sicut ultima perfectio corporis est, ut coniungatur naturæ spirituali: sed supra intellectum humanum ordine naturæ sunt angeli. ergo ultima perfectio humani intellectus est, ut coniungatur per cõtemplationem ipsis angelis.

Sed contra est, qđ dr̃ Hier. 9. In hoc glorietur, qui gloriat, scire & nosse me. ergo ultima hoĩs gloria, uel beatitudo, non consistit nisi in cognitione Dei.

Respondeo, Dicendũ, ꝙ sicut * dictũ est, perfecta hominis beatitudo nõ consistit in eo, qđ est perfectio intellectus, sm alicuius participationẽ, sed in eo quod est per essentiã tale. Manifestum est aũt ꝙ unũquodq; intantum est perfectio alicuius potentiæ, inquantum ad ipsum pertinet ratio proprij obiecti illius potentiæ: proprium autẽ obiectum intellectus est uerũ. Quicquid ergo habet ueritatẽ participatam, contemplatũ nõ facit intellectum perfectum ultima perfectione. Cum autem eadem sit dispositio rerũ in esse, sicut in ueritate, ut dr̃ in 2.* Metaphys. quæcunq; sunt entia p participationem, sunt uera per participationẽ. Angeli aũt habẽt esse participatũ, quia solius d Dei suũ esse est sua essentia, ut in primo * ostensum est: unde m relinquitur, ꝙ solus Deus sit ueritas per essentiam, & quòd eius contemplatio faciat d perfectè beatum. Aliqualem autem beatitudinem imperfectã nihil prohibet attendi in contemplatione angelorum, & etiam altiorẽ quàm in consideratione scientiarum speculatiuarum n.

Ad primvm dicendum, quòd festis angelorũ intererimus nõ solum contemplantes angelos, sed simul cum ipsis, Deum.

Ad 2m dicendum, ꝙ secundũ illos, qui ponunt animas humanas esse ab angelis creatas, satis conueniens uĩ, quòd beatitudo hominis sit in contemplatione angelorum, quasi in cõiunctione ad suũ principiũ: sed hoc est erroneum, ut in primo * dictum

SVPER QVÆST. III. ART. VII.

Ferr. 3. cont. cap. 44.
Medina art. 7.

In hoc articu. septima nota duo.

¶ Primo titulum, ꝙ appellatione cognitionis substantiarum separa-

est. Vnde vltima perfectio intellectus humani est per côiunctionẽ ad Deum, qui est principium & creationis animæ, & illuminationis eius. Angelus aũt illuminat tanquàm minister, ut in primo* habitũ est: vnde suo ministerio adiuuat hoĩem vt ad beatitudinẽ perueniat, non aũt est humanæ beatitudinis obiectum.

AD 3m dicendum, ꝙ attingi superiorẽ naturam ab inferiori contingit dupliciter. Vno mõ, ẜm gradũ potentię participãtis: & sic ultima pfectio hoĩs erit in hoc, ꝙ homo attinget ad cõtemplandũ, sicut angeli contẽplantur. Alio mõ, sicut obiectũ attingitur a potẽtia: & hoc modo vltima perfectio cuiuslibet potentiæ est, ut attingat ad id, in quo plene inuenit ratio sui obiecti.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum beatitudo hominis sit in uisione diuinæ essentiæ.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur ꝙ beatitudo hoĩs non sit in uisione ipsius diuinæ essentiæ. Dicit enim *Dionys. in 1. cap. mysticæ theologiæ. Quòd per id quod est supremum intellectus, h homo Deo côiungitur sicut omnino ignoto: sed id qđ videtur per essentiã non est omnino ignotum; ergo ultima intellectus perfectio seu beatitudo, non consistit in hoc, quòd Deus per essentiam uidetur.

¶2 Præt. Altioris naturæ perfectio, h altior est: sed hæc pfectio diuini intellectus ꝓpria, ut suã essentiam uideat; ergo ultima p fectio it llectus humani ad hoc nõ pertingit, sed infra subsistit.

SED CONTRA est, quod dicitur j. Iohannis 3. Cum apparuerit, similes ei erimus, & uidebimus cum, sicuti est ipse. !

RESPON. Dicendum, ꝙ ultima & perfecta beatitudo nõ potest esse, nisi in uisione diuinæ essentiæ.* Ad cuius euidentiã duo consideranda sunt. Primo qdẽ, ꝙ homo non est pfecte beatus, quamdiu restat sibi aliquid desiderandũ, & quærendũ. Secundũ est, ꝙ vniuscuiusque * potentiæ perfectio attendit secundũ ra-

A tionẽ sui obiecti. Obiectum aũt intellectus est quod quid est, id est, essentia rei, ut *dr in 3. de anima: unde intantũ procedit perfectio intellectus, inquantum cognoscit essentiam alicuius rei. Si ergo intellectus aliquis cognoscat essentiã alicuius effectus, p quã nõ possit cognosci essentia causæ, ut scilicet sciatur de cã, quid est, non dr intellectus attingere ad cãm simpliciter, quãuis

B per effectũ cognoscere possit de cã, an sit. Et ideo remanet naturaliter homini desideriũ, cũ cognoscit effectũ, & scit eũ habere cãm, ut ẽtsciat de cã, quid est: & illud desideriũ est admirationis, & causat inquisitionẽ, ut dr in principio * Metaphysicæ. puta, si aliquis cognoscẽs eclipsim solis considerat, ꝙ ex aliqua cã procedit, de qua, quia nescit quid sit, admiratur, & admirãdo

C inquirit: nec ista inquisitio quiescit, quousq; perueniat ad cognoscendũ essentiam causæ. Si igitur intellectus humanus cognoscẽs essentiam alicuius effectus creati, non cognoscat de Deo nisi, an est: nondũ pfectio eius attingit simpliciter ad cãm primã, sed remanet ei adhuc naturale desideriũ inquirẽdi cãm: unde nondum est perfecte beatus. Ad perfectã igit beatitudi-

D nẽ requirit, ꝙ intellectus pertingat ad ipsam essentiã primę causę. & sic pfectionẽ suã habebit per unionẽ ad Deũ sicut ad obiectũ, in quo solo beatitudo hominis cõsistit, ut supra dictũ ẽ.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Dionys. loquitur de cognitione eorum qui sunt in uia, tendentes ad beatitudinem.

E AD 2m dicendũ, ꝙ sicut * supra dictũ est, finis potest accipi dupliciter. Vno modo, quantum ad rẽ ipsam q̃ desideratꝰ: & hoc mõ idẽ est finis & superioris & inferioris naturæ, imò omnium rerũ, ut * supra dictum est. Alio mõ, quantũ ad consecutionẽ huius rei: & sic diuersus est finis superio is & inferioris naturæ ẜm diuersam habitudinẽ ad rẽ talẽ. Sic igit altior est beatitudo Dei suã essentiã intellectu cõprehendentis, q̃ hoĩs, uel angeli uidentis, & non comprehendentis.

separatarum, cointelligitur & cognitio quæ hr de deo, cognoscendo substantias separatas. Sicut.n. in pcedenti art. in cognitione sensibiliũ cointelligebatur cognitio dei, & substanciarũ separatarũ p sensibilia: ita porportional ter hic intelligẽdũ est. Secundo, ꝙ simile accidere põt dubium, de pfectione ultima intellectus dubio præcedenti de beatitudine. Nã licet perfectio vltima itellectus oĩ sic, oportet ꝙ sit verũ per essentiam i perfectio eñ vltima intellectus talis, puta hoĩs sufficit ꝙ sit uerũ tale. Et simili solutione dicẽdum est, ꝙ si esset sermo de vltima perfectione, ad quã naturę studio ueniri põt, nõ oportet ad uerum per essentiã puenire, nisi participatum in tali per se perfectiuo proprio intellectus talis, qd est verum tale. Sed quia est sermo de ultima perfectione, ad quã intellectus noster iustitutus supponit, ideo oportet capacitatem eius puerum p essentiã perfici, non per aliud mediũ obiectũ. Sic.n. intelligere debes perfectionẽ intellectus per ipsum uerũ per essentiam in hoc loco, relinquẽdo discussioni sequentis articuli, & alibi, An talis perfectio sit uisio diuinæ essentiæ, & p speciẽ, aut sine specie.

Margin notes: *p. p. q. 111. — 24 Perrolla per totum. — *supra ar. 4. Et 1. q. 12. ar. 4. q. 16. ar. 2. & 3. & 1. d. 3. q. 1. art. 5. Et 2. d. 4. ar. 1. Et 4. d. 49. q. 1. ar. 2. q. 5. Et q. 4. q. 1. ar. 5. Et 3. cont. c. 51 & 57. Et opu. 3. c. 104. 106. 107. 108. 151. 166. 167. 168. 175. 162. & 164. — *cap. 1. in fine illiꝰ.

SVPER QVAES. III. AR. VI. VII. & VIII.

Fer. 3. cont. cap. 25. 57. cap. 5. d. 1. q. 1. con. 6. Medina. art. 8.

CIrca articulos eosdem, videlicet 6. 7. & 8. vide textũ contra Gent. vbi de felicitate diffuse per multa capitula disputat: & aduerte in octauo art. ꝙ illa uerba literæ, ꝙ intellectus humanus non cognita prima cã nisi, an est, hẽt naturale desiderium ad cognoscendã primã causam, quid est &c. multa [illegible] ambiguitate, propterea, quia naturale desiderium nõ excedit uim naturæ, nec est ad supernaturalem operationem non solũ ipsius, sed oĩs intellectus creati. Sed hæc citius soluũtur, si desiderium naturale distinguitur iuxta prædicta in 5. lib. *io prin. Desideriũ nanq; põt dici naturale a natura, ut subiecto tñ. & sic naturaliter desideramus uisionem dei: & a natura ut subiecto & mõ & sic procedunt obiectiones. Nec ppea aliquid adimitꝰ efficaciæ huius rõnis: qĩa perfecta beatitudo neutrũ hmõi desiderium imperfectũ relinquit. Posset quoq; dici, ꝙ author tractat de hoĩe vt theologus, cuius (vt in secundo contra Gent. c. 4. dr) est considerare creaturas non secundum proprias naturas, sed vt ad Deum sunt relatæ. Et sic, licet homini absolute non insit naturale hmõi desideriũ, est tñ naturale homini ordinato a diuina prouidẽtia in illam patriam &c. Et hæ duæ responsiones sunt generales ad omnem hmõi materiã. Specialiter tñ ad hanc huius articuli materiam descendendo, dici põt, ꝙ intellectus humanus sciens, an est, de Deo, & rõa, desiderat naturaliter scire de deo, quid est, inquãtum sub numero causatum comprehenditur, & non absolute nisi per quandam cõsequentiam. Et hoc est uerũ: quia inditum est naturaliter, ut uiso effectu, desideremus nosse qd est cã, & quid sit illa.

¶ Aduerte hic Nouitie duo. Primo, quòd idem est cognoscere quod quid est dei, & uidere Deum per essentiam: hoc enim manifeste in p o arti e ultimi huius articuli habes. Secundo, quòd perfecta beatitudo cõstituitur ex quidditatiua cognitione dei. Ita quòd differentia constitutiua cognitionis in hoc quòd sit cognitio qdditatiua dei, est consist tota in hoc, quòd est dei uisio: & est constitutiua beatitudinis ultimæ in hoc, quòd sit perfecta. & consequenter sicut datur latitudo in uisione Dei: ita in beatitudine perfecta.

Margin notes: *tex. 26. to. 2. — *c. 2. circ med. t. 3. — *ar. 1. huiꝰ quæst. — *ar. 1. huiꝰ quæst. — *q. 2. a. 8.

QVÆSTIO IIII.

De his, quæ ad beatitudinem exiguntur in octo articulos diuisa:

DEINDE considerandum est de his, quæ exiguntur ad beatitudinem.

ET Circa hoc quæruntur octo.

¶Primo. Vtrũ delectatio requiratur ad beatitudinem.
¶Secũdo. Quid sit principalius in beatitudine, vtrũ delectatio, uel uisio.
¶Tertio. Vtrum requiratur cõprehensio.
¶Quarto. Vtrum requiratur rectitudo voluntatis.
¶Quinto. Vtrum ad beatitudinem hois requiratur corpus.
¶Sexto. Vtrum perfectio corporis.
¶Septimo. Vtrum aliqua exteriora bona.
¶Octauo. Vtrum requiratur societas amicorum.

ARTICVLVS I.

Vtrum delectatio requiratur ad beatitudinem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ delectatio non requiratur ad beatitudinẽ. Dicit.n. Augustinus in 1. de Trinitat.* ꝙ uisio est tota [b] merces fidei: sed id quod est præmium, uel merces uirtutis, est beatitudo, ut patet ꝑ Philosophũ in 1.* Eth. ergo nihil aliud requirit̃ ad beatitudinem, nisi sola uisio.

¶2 Præ. [b] Beatitudo est [h] p se sufficientissimum bonũ ut Philosophus dicit 1.* Ethic. Quod autẽ eget aliquo alio, non est ꝑfecte sufficiens. cum igit̃ essentia beatitudinis in uisione Dei consistat ut* ostensum est: vr̃ ꝙ ad beatitudinẽ non requirat̃ delectatio.

¶3 Pret. Operationẽ fœlicitatis, seu beatudinis oportet esse nõ K ipeditã, ut dr̃ in 10.* Eth. sed [h] delectatio impedit actionẽ intellectus: corrumpit.n. æstimationem prudentię, ut dr̃ in 6.* Ethi. ergo delectatio non requiritur ad beatitudinem.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit 10.* confess. ꝙ beatitudo est gaudium de ueritate.

RESPON. Dicẽdum, ꝙ quadrupliciter aliqd requirit̃ ad aliud Vno modo, sicut præambulum uel ꝑparatoriũ ad ipsum: sicut disciplina requirit̃ ad sciẽtiã. Alio mõ, sicut ꝑficiẽs aliqd sicut aĩa requirit̃ ad uitã corporis. Tertio mõ, sicut coadiuuans extrinsecus, sicut Amicus requirit̃ ad aliqd agendũ. Quarto mõ, sicut aliqd cõcomitãs: ut si dicamus ꝙ calor requirit̃ ad ignẽ: & hoc mõ delectatio requirit̃ ad beatitudinẽ. Delectatio.n. causat̃ ex hoc, ꝙ appetitus requiescit in G bono adepto: vñ cũ beatitudo nihil aliud sit, q̃ adeptio summi boni, [m] non põt esse beatitudo sine delectatione cõcomitãte.*

AD PRIMVM ergo dicendum ꝙ ex hoc ipso ꝙ merces alicui redditur, voluntas meretis qe scit, quod est delectari: unde in ipsa ratione mercedis redditæ delectatio includitur.

AD 2[m] dicendum, ꝙ ex ipsa uisione Dei causatur delectatio H vnde ille, qui Deum uidet, delectatione indigere non potest.

AD 3[m] dicendum, ꝙ delectatio cõcomitans operationem intellectus, non impedit ipsam, sed magis eam confortat, ut dr̃ in 10.* Ethic. Ea.n. quæ delectabiliter facimus, attentius & ꝑseuerãtius operamur. Delectatio ãt extranea impedit operationem quandoq; quidem ex intentionis distractione, quia sicut * dictum est, ad ea quibus delectamur, magis intenti sumus: & dũ uni uehementer intendimus ne cesse est, ꝙ ab alio intentio retrahatur quandoq; autem etiã ex contrarietate: sicut delectatio sensus contraria rationi, impedit æstimationem prudentiæ magis quàm æstimationẽ speculatiui intellectus.

ARTICVLVS II.

Vtrum in beatitudine sit principalius uisio, quàm delectatio.

26 *Porrecta per totum.* Supra ar. 1. & locis ibi notatis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ delectatio sit principalius in beatitudine q̃ uisio. Delectatio enim, ut dicitur in 10.* Ethi. est perfectio operis: sed [h] ꝑfectio est potior ꝑfectibili. ergo delectatio est potior oꝑatione ĩtellectus, q̃ ẽ uisio.

¶2 Præt. Illud propter quod aliquid est appetibile, est potius: sed operationes [h] appetuntur propter delectationẽ ipsarũ: vñ & natura in operationibus necessarius ad conseruationem indiuidui & speciei delectationẽ apposuit, ut hmõi operatiões ab aĩalibus non negligantur. ergo delectatio est potior in beatitudine, q̃ operatio intellectus, q̃ est uisio.

¶3 Præterea. Visio respondet fidei, [h] delectatio

* cap. 4. a medio. 10. 5.

SVPER QV. IIII. ART. I.

Cap. 1. d. 1. q. 1. cont. 3. Medina ar. 1.

IN hoc art. 1. 4. q̃o nis Nouitiorũ dubium occurrit, quõ litera saluetur, dicẽs, ꝙ delectatio causatur ex hoc, ꝙ appetitus requiescit in bono adepto, cum apud authorẽ delectatio sit quies appetitus, ut hic etiã in responsione ad primũ expresse dicitur.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ cũ constet de certa conclusione, uerba quę apparent aliq; dissona pie interpretanda sunt. Et sic est sensus litę huius, ꝙ delectatio causatur ex hoc, ꝙ appetitus requiescit in bono adepto, i. delectatio, quæ est ipse actualis quies, causatur ex hoc, ꝙ appetitus se hẽt ad bonũ adeptũ, ut quiescens ad id in quo est quies. Ex hoc namq; ꝙ appetitus ꝑuenit ad talem statũ, ꝙ bonum adeptũ sit, sequitur quies q̃ est delectatio: litera eñt circumloquitur, ly esse in tali statu, noie requiescentis, ea rõne quia quies significat esse in termino. & ex hoc ꝙ appetitus est vt in termino sui motus adepto bono constat sequi delectationem

25 *Porrecta per totum.* Supra q. 3. a. 4. cor. & 2. d. 38. ar. 2. cor. & 4. d. 49. q. 3. ar. 4. q̃õ. 1. Et opu. 3. c. 107. 166. * cap. 8. a medio. * ca. 9. 10. 9. *ca. 7. & 8 10. 5. * q. 3. ar. 8 * ca. 6. * li. 6. c. 5. tom. 5. * cap. 21. ante medium, 10. 1.

SVPER QV. IIII. ART. II.

Cap. 2. d. 1. q. 1. ar. cõ. 6. Medina ar. 2.

IN 2. ar. circa rationem ad secundum dubia occurrunt, & de rõne reddita diræ inter ordinem appetitus sensitiui & intellectiui. & de consonantia dictorum. Superius.n. in quæstione secunda, articulo sexto, ad primum, dixit, ꝙ delectatio pp se & non pp aliud appetitur, si ly pp, dicat cãm finalẽ: hic vero & alibi ex proposito, ut 10 3. contra Gent. ca. 26. vult ꝙ delectationes sint pp operationes. Non consonat quoq; ꝙ naturalis ordo appetibilium ab appetitu sensitiuo sit contrarius ordini statuto ab institutore naturæ: nã absq; errore res naturales diriguntur.

¶Si ergo institutor naturæ delectationes sensibiles istituit pp operationes ut finẽ: ergo ab appetitu sensitiuo naturaliter appetẽda est. & consequenter appetitur delectatio sensibilis pp operationem, & non econuerso: difficile quoq; est uidere. quõ ex hoc. ꝙ apprehensio sensitiua non attingit ad rõnem boni sed particularis boni, quod est delectabile, sequitur sicut effectus, ex cã ꝙ appetitus sensitiuus feratur in operationẽ pp delectationẽ. & qe falsum vt assumptũ: qm̃ cognitio sensitiua extendit se ad bonũ non delectabile sed.m sensum, ut patet enim hirundo colligit paleas & lutum pro nido: non quia delectet eã tactus, aut uisus paleæ aut luti, sed pp utilitatem: & quia nõ solum causalitas, sed cõnexio medii cũ conclusione nõ apparet. *concl.*

¶ Ad euidentiã harũ quatuor dubitationũ sciendum est primo, ꝙ delectatio & operatio, seu bonũ coniunctum causans delectationem, de quo est delectatio, dupliciter ꝑñt considerari, primo scdm se absolute, secũdo in respectu ad inuicem: & hoc dupliciter, uel ut unũ appetibile formaliter: uel ut multa appetibilie formaliter. Si absolute considerentur, utrumq; eorum est ꝑpter se appetibilia: ita ꝙ neutrũ pp alterum ut finẽ & 10 est. quia utrumq; habet in se vñ finiat simpliciter appetitũ motũ absq; ordine ad alterum, ut finem. Diuisio.n. boni necessariã, in honestum, delectabile, & utile: solũ ut le scdm se est pp aliud, ut finem: & hoc

* ca. 4. 10 5. * In ista solutione.

ãt, siue fruitio charitati: sed charitas est maior fide, ut d't Apost. i. ad Corin. 13. Ergo delectatio, siue fruitio est potior uisione.

Sed contra Causa est potior effectu: sed uisio est cã delectationis ergo uisio est potior quàm delectatio.

B Respon. Dicendum, ꝙ istam qõnem mouet Philosophus in 10 * Ethic. & eã insolutã dimittit. Sed si qs diligenter cõsideret ex necessitate oportet ꝙ operatio intellectus, q̃ est uisio, sit potior delectatione. Delectio. n. cõsistit in quadam quietatione uoluntatis: ꝙ aũt volũtas in aliquo quietet, nõ est nisi pp bonitatẽ eius in quo quietat. Si ergo voluntas quietat in aliqua operatione ex bonitate operationis ꝓcedit quietatio voluntatis nec volũtas quærit bonũ ꝓpter qetationem: sic. n. ipse actus voluntatis esset finis, qđ est ɔ̃ p̃missa:* sed iõ q̃rit qđ qetet in operatione, qa operatio est bonũ eius. Vñ' manifestũ est, ꝙ principalius bonum est ipsa operatio, in qua quietat uoluntas, q̃ quietatio uoluntatis in ipso.*

D Ad primvm ergo dicendum, ꝙ sicut philophus ibidem *dicit Delectatio perficit operationẽ sicut decor iuuẽtutẽ, qui est ad iuuentutem consequens: vñ delectatio est quædam perfectio concomitans visionem, non sicut perfectio faciens uisionem sua specie perfectam esse.

Ad 2m dicendũ, ꝙ apprehensio sensitiua nõ attigit ad cõem rõnem boni, sed ad aliquod bonum particulare, quod est delectabile. & ideo ẽm appetitũ sensitiuum, qui est in animalibus, operationes quæruntur pp delectationem: sed intellectus apprehendit uniuersalem rõnem boni, ad cuius consecutionẽ sequitur delectatio: vñ principalius intendit bonũ, q̃ delectationẽ. Et inde est, ꝙ diuinus intellectus, q est institutor naturæ, delectationes apposuit pp operationes. nõ est ẽt aliqd æstimandum C simpliciter ẽm ordinẽ sensitiui appetitus: sed magis secundũ ordinem appetitus intellectiui.

Ad 3m dicendum, ꝙ charitas nõ quærit bonum dilectum pp delectationẽ: sed hoc est ei cõsequens, ut delectet in bono adepto quod amat. & sic delectatio non respõdet ei ut finis, sed magis uisio, per quam primo finis sit ei præsens.

Articvlvs III.

Vtrum ad beatitudinem requiratur comprehensio.

Ad tertivm sic proceditur. Videtur quòd ad beatitudi

---

hoc intendebat author in q. 2. superius, ubi dixit delectationem appeti non propter aliud, ut finem. Et Ari. in 10. Et hic deridẽt quærentem, pp quid quis delectatur. Si autem sumuntur hæc duo, ut unum appetibile formaliter, sic non est quæstio, an hoc propter illud, aut ecõuerso: sed totum eppetitur sub ratione illius quod formale est & hoc, ut patebit, accidit in appetitu sensitiuo. Si uero comparẽtur adinuicem, aut ex parte appetibilis, & tunc delectatio est ꝓpter operationẽ: quia maius bonum est honestum, q̃ delectabile & ut diffuse probatur in prædicto loco contra Gent. & hic aliqua liter tangitur. natura apposuit delectationes propter operationes vt finẽ. Et hoc intendit hic author, & in prędicto libro. Aut ex parte appetẽtis, & sic si appetens est inordinatus, non est solicitũdum de ordine: si autem est ordinatus, tunc uidetur secundum literã, ꝙ appetitus sensitiuus tendit in operationes ꝓpter delectationes: intellectiuus autem ecõuerso, appetit delectationes propter operationes. Sed quid de hoc sentiendum sit, in hac disputatione dicetur. Et ea bis patet solutio primi dubij. Scito secundo, ꝙ de appetitu sensitiuo duplex est dicẽdi modus. Potest enim dici, quòd appetitus sensitiuus appetit bonũ sensibile, ut unum appetibile, & delectationem consequentem ut aliud appetibile: & potest dici, quòd appetitus sensitiuus appetit quidem utrumq; horum, sed sub ratione unius appetibilis, scilicet boni delectabilis. Et si hæc secũda uia sustineatur, facile est soluere secundum dubium dicendo, quòd appetitus sensitiuus non appetit operationes propter delectationes, ut unum appetibile propter aliud finale: sed operationes propter delectationes formaliter, ita quòd delectatio est ratio formalis, quòd operatio sit finis eppetitus sensitiui: sicut accidit cum aliquis secundum appetitum intellectiuum recte desiderat aliquid solum ut delectabile, quærens delectationem, ut medicinam: & secundum hoc appetitus sensitiuus nõ E tendit in appetibilia ordine contrario naturali ordini: quoniã etsi naturalis ordo diligat delectationes propter operationes finaliter, non prohibet tamen quin operationes appeti possint sub ratione delectabilis, ut unum eppetibile ab eo qui nullum natum est appetere finem, nisi bonum delectabile. Si uero sustineatur prima uia, tunc nulla eppatet uia euadendi, nisi dicẽdo quòd licet secundum se hæc sint sic ordinata: tamen in ordine ad appetitum sensitiuum præpostere se habent, sicut licet substantia sit secundum se prius cognita accidente: tamen in ordine ad cognitionem nostram ꝑpostere se habent. sed tunc oportet reddere causam huius præposteri ordinis in appetitu sensitiuo, sicut patet causa in exemplo dato de cognitione nostra: & non apparet causa, nisi dicatur, quòd delectabile est magis conueniens appetitui sensitiuo, quàm coniunctum bonum de quo est delectatio: sed hoc nihil est. Hoc. n. est quod quæritur, quare delectabila tenet primũ locum respectu appetitus sensitiui, & secundum naturæ ordinem non debetur ei primus locus. Et A quàmuis litera hanc primam uiam sonet: dũ aliũ ordinem inter operationem & delectationem dicit respectu appetitus sensitiui & simpliciter: mihi tamen uidetur, quòd secunda uia sola sit intenta in litera. Et moueor ad hoc ex assignata ratione in litera, quia scilicet sensitiua cognitio non se extendit ad communem boni rationẽ sed delectabilis tantũ ita quod licet sensitiua pars appetat appetitu naturali operationem, ut unum appetibile, & delectationem, ut aliud appetibile, quia ambo sunt secundum se bona illi conuenientia, & nihilominus etiã appetat delectationẽ propter operationem, sicut graue quietem deorsum ꝓpter esse deorsum: appetitu tamẽ animali qui est actus elicitus, & non fertur nisi in apprehensum sensitiue ut sic, nõ appetit operationes, & delectationes, ut duo appetibilia, sed ut unum formaliter, scilicet operationes, ut delectabiles: quia sensitiua cognitio etsi extendat se ad operationes, ut patet in secundo de anima, non tamen extendit se ad eas sub ratione boni nisi delectabilis. & sic appetere operationes propter delectationes formaliter vocat in litera appetitus operationum, propter delectationes finaliter. nõ quia operatio ordinatur in delectionem: sed quia non appetitur nisi sub ratione illius, quod est appetit propter illam finaliter, & negatiue quia non propter alium finem: & positiue tanquàm materia finis, non tanquam ordinata materialiter ad finem Et ex his patet solutio secundi dubij. Scito tertio, quòd cum bonum diuiduatur in bonum per se, & propter aliud: & propter se distinguatur in delectabile, & honestum, cognoscere bonum secundum communem rationẽ boni, est apprehendere bonum secundum omnes sui differentias. Sensitiua autem cognitio ut sic, quia non propter se, sed propter salutem data est, ut patet in da sensu & sensa. solum ad bonum propter aliud, idest, utile, & propter se, ut delectabila se extendit. Non enim appetunt animalia animali appetitu uidere E propter hoc bonum, quòd est uisio, aut odorare propter bonum, quod est odorare: sed inquantum utilia, aut delectabilia sunt. In cuius signum non pugnant animalia, nisi propter delectabilia, irascibili testimonium reddente de fine cõcupiscibilis: & ex his patet solutio ultimorum dubiorum. Iam enim patet, & quòd sensus cognitio non se extendit nisi ad delectabile ut finem: ead utile enim tendit propter delectabile: & qũo ex hoc ipso manifeste sequitur, quòd operationes appetit ut delectabiles & propter quid hoc est, quia scilicet sensitiuæ cognitionis gradus primus existens delectabile nõ transcendit bonum, ut bonũ cognitum, quòd est obiectum appetitus animalis.

Marginal notes: *cap 6. 7. & 8 to. 5. — *q. 1. ar. 1. ad 2. — oncl. m — * Eodẽ li. Et hic ca. 4. post medium to. 5. — 27 Porrecta per totum. 1. dist. 1. q. 1. ar. 1. cor. 4. dist. 49. q. 4. art. 5. q. 1. cor.

SVPER QVÆST. IIII. ART. III.

Medina art. 3.

In hoc artic. 3. aduerte Nouitie, primo in corpore articuli, ꝙ per realem habitudinem amantis ad amatũ, non intelligit

habitudo realis, vt distinguitur contra habitudinem rationis: quoniam cum sit impossibile haberi quandoque, ut in litera dicitur, & ad futurum, nō pōt esse realis relatio: sed sumitur realis, ut distinguitur contra affectionalem. Est nanque ematiū in emante p amantem ipsum secundum affectum, & desideratur ut sit iunctum eidem secundum rem. vnde habitudo, de qua est sermo, dicitur realis determinata a termino ita q habitudo realis nihil aliud sonat in proposito, quam habitudinem ad coniunctionem secundum rem. Secundo, q ex responsione ad ultimū non habes, q cōprehensio spectat ad intellectū: sed q nullam operationē addit supra uisionem: sed solam relationē resultantē in uoluntate ex uisione, quæ est in intellectu. Visio enim ponens Deum in esse præsentiali, facit per hoc alterum extremum huius relationis: est. n. uisio uelut unio rei tenendæ cum eo qd tenebit.

*epi.112. c.9.10.2.

*q.79.& per 4.q6. sequētes.

SVPER QVÆS. IIII. ART. IIII.
Medina.art.4.

IN articu. quarto pro quanto probatur in corpore quòd ad beatudinē concomitanter, necesse exigitur rectitudo uolūtatis, quæ uidetur ipsa essentia bonitatis &c. Aduerte tria. Primo rationem ipsam: secundo eius efficaciam: tertio aliorum defectum. quo ad primum ratio consistit in hoc. Ipsa essentia bonitatis ita se habet ad uidentem Deum, sicut ratio boni ad creaturam rationalem: sed creatura rationalis nō potest diuertere a ratione boni. ergo uidens Deū non potest diuertere ab essentia bonitatis: sed hoc est habere uoluntatem rectam. ergo Prima propositio fundatur super hoc, quòd ipsa bonitatis essentia in se quidem cōt. net omnem boni rationem longe excellentius, quàm ratio

*Augustinus ad Paulinam, de videndo Deū. Attingere mentem Deū, magna est beatitudo: cōprehendere aūt est impossibile. ergo sine cōprehensione ē beatitudo.

¶ 2 Præt. Beatitudo est pfectio hoīs s̄m intellectiuam partē, in qua non sunt aliæ potentiæ, q̄ intellectus & voluntas, vt in primo * dictum est: sed intellectus sufficienter perficitur per uisionem Dei: voluntas aūt per h delectationem in ipso. ergo non requiritur comprehensio tanquā aliquod tartium.

¶ 3 Præt. Beatitudo in h operatione consistit. Operationes autem determinanī s̄m obiecta: obiecta aūt gn̄alia sunt duo, verū, & bonum: uerū correspondet uisioni, & bonum correspōdet dilectioni. ergo non requirit cōprehensio quasi aliquod tertium.

SED CONTRA est, q Apost. dicit 1. ad Cor. 9. Sic currite, vt cōprehendatis: sed spūalis cursus terminatur ad beatitudinē. unde ipse dicit 2. ad Ti. vlt. Bonū certamen certaui, cursum cōsūmaui, fidē seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. ergo cōprehēsio reqrit ad beatitudinē.

RESPON. dicendū, q cū beatitudo consistat in consecutione ultimi finis, ea quæ requirunt ad beatitudinē sunt cōsideranda ex ipso ordine hoīs ad finem. Ad finem aūt intelligibilem ordinat homo, partim quidem per intellectū: partim aūt per uoluntatē. Per intellectū quidem, inquantū in intellectu præexistit aliqua cognitio finis imperfecta. Per uolūtatem aūt, primo quidē per amorē, qui est primus motus uoluntatis in aliquid: secundo aūt per realē habitudinē amantis ad amatum, q̄ quidē pōt esse triplex. Qn̄q; enim amatum est præsens amanti, & tunc iā non quæritur: qn̄q; aūt non est præsens, sed impossibile est ipsum adipisci, & tunc ēt non quæritur: qn̄q; autē possibile est ipsum adipisci, sed est eleuatū supra facultatē adipiscentis, ita ut statim haberi nō possit: & hæc est habitudo sperātis ad speratū, quæ sola habitudo facit finis inquisitionem. Et istis tribus respondent aliqua in ipsa beatitudine. Nā perfecta cognitio finis respondet imperfectæ: pñtia vero ipsius finis respondet habitudini spei: sed delectatio in præsentia consequitur dilectionē, vt* supra dictum est. Et ideo * necesse est ad beatitudinē ista tria concurrere, scilicet visionē, quæ est cognitio pfecta intelligibilis finis: cōprehensionē, q̄ importat pñtiā finis: delectationē uel fruitionē, q̄ importat quietationem rei amātis in amato. *

G AD 1m ergo dicendum, q cōprehensio dr̄ dupliciter. Vno modo inclusio comprehensi in cōprehendente: & sic omne qd̄ comprehenditur a finito, est finitū vnde hoc modo Deus cōprehendi non d pōt ab aliquo intellectu creato. Alio modo cōprehensio nihil aliud nominat, quā tentionem alicuius rei, quæ iam præsentialiter hr̄: sicut aliquis pn̄s aliquem, dicitur eum comprehendere, quando tenet eum.

H & hoc modo comprehensio requiritur ad beatitudinem.

AD 2m dicendum, q sicut ad uolūtatē pertinet spes & amor, quia eiusdem est amare aliquid, & tendere in illud non habitum: ita etiam ad uolūtatem pertinet comprehensio & delectatio, qa eiusdem est habere aliquid, & quiescere in illo.

I AD 3m dicendum, q comprehensio non est aliqua operatio præter uisionem: sed quædā habitudo ad finem iam habitum. Vnde etiam ipsa uisio, uel res uisa, quæ præsentialiter adest, obiectum comprehensionis est.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ad beatitudinem requiratur rectitudo uoluntatis.

K AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q rectitudo uolūtatis non requiratur ad beatitudinem. Beatitudo enim consistit in operatione intellectus, vt dictū est: sed ad perfectam intellectus operationē non requirit rectitudo uoluntatis, per quā homines mundi dn̄r. dicit enim Aug. in lib. retractationum: Non approbo quod in oratione dixi, Deus qui non nisi mundos verum scire voluisti. Responderi enim potest, multos etiam non mundos multa scire h uera. ergo rectitudo uoluntatis non requirit ad beatitudinē.

¶ 2 Præt. Prius non dependet a posteriori: sed n operatio intellectus est prior, q̄ operatio uolūtatis.

boni. Ex quo ponitur eleete ectualiter que uisa, &c. oportet ut non minoris sit efficaciæ in continendo ac circundando omnē uoluntatis motum, quā ratio boni. Secunda uero petet indirectiue, quia cum actus uolūtatis sit uelle, et nolle: & nolle aliquid includat uelle sui oppositi, & uelle nō possit esse nisi respectu boni in re, uel in apparētia, ut experimur in nobis, consequens est, q uoluntas non possit aliquo peccato resilire a boni ratione. Quoad efficaciā autem rationis scito, quòd sat est huic rationi ad propositum, quòd uolūtas necessitetur ab essentia bonitatis uisa, quo ad communem specificationem actus, quæ tamen cōstituit rectitudinem in actibus uoluntatis. Intendit nemque litera, quòd sicut uoluntas omnis a boni ratione necessitatur quoad specificationē cōem actus, quia omnis uoluntas tendit in bonum in re, uel in appatentia si aliquid vult: ità uoluntas uidēns Deum si quid vult, oportet quod uelit ratione essentiæ bonitatis uisę, quoniam est ei ratio omnia uolendi & nolendi. Et sicut uoluntas omnis libere pōt uelle quodcūque obiectum in specie, sub boni tamen in communi ratione: ita uoluntas uidēns Deum, sub ratione tamē bonitatis diuinę. In hoc autem est differentia quòd communis ratio boni ex hoc q est ratio uoluntatis, non rectificat eam, quia potest uoluntas sub illa etiam apparens bonum appetere: ipsa uero bonitatis essentia ex hoc ipso, quòd est ratio uoluntatis, est rectificatio eius. Recte. n. uelle nihil aliud est, quàm secundum

*art.1. huius quæst.

Concl.m.

D. 366.

28

Porrecta per totum. Infra q.5. ar.4. & 7. cor. Et opu.3. cap. 173.

*q.3. ar.4.

*lib.1. retractat. c. 4. uō longe a principio. to. 1. & li. 1. solil. lo. c.1.

dum deũ velle: & sic patet vis rõnis. Ex qua tertio habetur, & sufficienter, q̃ beatus nõ põt peccare non solũ in sensu cõposito, & pp cãm extrinsecam, id est, Deum ppetuo rectificaturum voluntatem beati: sed pp intrinsecam cãm ipsam s. voluntatis naturam approximato sibi sic, i. per actualem visionem, tali obiecto, s. bonitate per essentiam. Vnde vitanda est hic Scoti phantasia in 4. dist. 49. q. 6. tenẽtis q̃ ab extrinseco tm̃ beatus est impeccabilis. Nec tñ rñdet huic rõni, nec arguit sed remittit se ad primũ sensum, cuius argumenta in 1. lib. q. 82. art. 2. soluta sunt. Et sic ex verbis eius rñderetur huic rõni, q̃ quantũcunque videatur bonitas dei, adhuc uolũtas remanet libera: ut iã patet, q̃ concessio huius cõsequentis nihil obstat propositioni: qm̃, vt iam dictum est, sat est impeccabilitati, q̃ uoluntas si vult (uelit aũt quicquid vult) oporteat q̃ velit rõne bonitatis diuinę: sicut modo si vult, oportet q̃ uelit rõne boni. Huiusmodi enim necessitates nihil obstant libertati, quàmuis prima auferat libertatẽ peccandi, quæ tamen non est libertas, nec libertatis pars, sed libertas peccandi.

Conil. m.

*q.4.ar.8.

SVP. QVÆST. IIII. ART. V.

Ferr. 4. cont. c 47. Medina ar. 5.

IN ar. 5. in responsione ad quintum occurrit dubium ad hoĩem, & simpliciter. Ad hoĩem quidẽ, quia S. Thom. in 4. sent. distinct. 49. q. 1. ar. 4. q. 1. expresse beatitudinẽ animæ augeri et intẽsiue resumpto corpore sustinet. Cuius oppositum hic docet. Simpliciter aũt, quia rõ ad illud ducit, scilicet, Anima resumpto corpore erit perfectior in sa secũdum naturam. ergo operatio eius erit pfectior. ergo & beatitudo erit in se perfectior. ergo non solum extensiue. Et augetur ex hac rõne dubium, quia in

ergo beatitudo q̃ est perfecta operatio intellectus, non depẽdet a rectitudine voluntatis. F

¶3 Prę. Quod ordinatur ad aliqđ tãquam ad finẽ, nõ est necessariũ adepto iam fine, sicut nauis postquam peruenit ad portũ: sed rectitudo voluntatis q̃ est per virtutem, ordinatur ad beatitudinem tanquã ad finem. ergo adepta beatitudine non est necessaria rectitudo voluntatis.

Sed contra est, qđ dr̃ Mat. 5. Beati mundo corde: qm̃ ipsi Deum videbunt. & Heb. vltim. Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. G

Resp. Dicendũ, q̃ rectitudo uoluntatis requiritur ad beatitudinẽ & antecedenter, & concomitãter. Antecedenter qđẽ: q̃a rectitudo volũtatis ẽ pp debitum ordinẽ ad finẽ ultimum: finis aũt cõparatur ad id quod ordinat̃ ad finẽ, sicut forma ad materiã. Vnde sicut materia nõ põt cõsequi formam, nisi sit debito mõ disposita ad ipsã: ita nihil consequit̃ finem, nisi sit debito mõ ordinatum ad ipsum. & iõ nullus potest ad beatitudinẽ puenirẽ, nisi habeat rectitudinẽ uoluntatis. Concomitãter aũt, q̃a sicut dictũ est, beatitudo ultima consistit in uisione diuinæ essentiæ, q̃ ẽ ipsa essentia bonitatis. & ita uolũtas uidẽtis Dei essentiã, ex necessitate amat q̃cquid amat sub ordine ad Deũ: sicut uolutas nõ uidẽtis dei essentiã, ex necessitate amat q̃cquid amat sub cõi rõne boni q̃ nouit & hoc ipsum est quod facit uoluntatem rectam. Vnde manifestum est, quòd beatitudo non potest esse sine recta uoluntate.

AD PRIMUM ergo dicendũ, q̃ Augustinus loquitur de cognitione veri, quod non est ipsa essentia bonitatis. K

AD 2m dicẽdum, q̃ oĩs actus uoluntatis procedit ab aliquo actu ĩtellectus: aliqs tñ actus uoluntatis est prior, quàm aliquis actus intellectus. Volũtas.n. tendit in finaĩ ẽ actũ intellectus, q̃ est beatitudo: & iõ recta inclinatio uolũtatis præexigit̃ ad beatitudinem: sicut rectus motus sagittæ ad percussionem signi.

AD 3m dicendũ, q̃ non omne quod ordinatur ad finẽ, cessat adueniente fine: sed id tm̃ quod se habet ĩ rõne imperfectionis, ut motus. unde instrumẽta motus nõ sunt necessaria, postquã peruenitur ad finẽ: sed debitus ordo ad finem est necessarius.

ARTICVLVS V.

Vtrum ad beatitudinem hominis requiratur corpus.

AD QVINTUM sic proceditur. Vr̃ q̃ ad beatitudinẽ requiratur corpus. Perfectio enim uirtutis & gratiæ præsupponit perfectionem naturæ: sed beatitudo ẽ pfectio uirtutis & grẽ. Anima aũt sine corpore nõ habet perfectionem naturę, cũ sit pars naturaliter humanæ naturæ: oĩs aũt pars est imperfecta a suo toto separata. ergo aĩa sine corpore non potest esse beata. 29 *Porrect. per totum.*

¶2 Prę̃t. Beatitudo ẽ operatio q̃ dã perfecta, ut* supra dictũ est: sed operatio pfecta sequit̃ esse perfectum, quia nihil operatur nisi s̃m quod est ens in actu. cũ ergo anima non habeat esse perfectum qñ est a corpore separata, sicut nec pars separata a toto: uidetur q̃ anima sine corpore non possit esse beata. H

*3.q.7.ar. 4. ad 2. & q.15.ar.10 cor. & ad 2. Et 4. 49 q.4.ar. 5.q.2. cor. & ad 1. & 4. cõtra. c. 47. & po. q.5.ar.10. cor. Et opusc. 3. ca. 153. Et Iob 19. fin.

*q.3.ar.2.

¶3 Prę̃t. Beatitudo est perfectio hoĩs: sed aĩa sine corpore non est homo. ergo beatitudo non põt esse in anima sine corpore.

¶4 Præt. Secundũ Philosophum in 10.* Ethi. Operatio fęlicitatis in qua cõsistit beatitudo, ẽ nõ impedita: sed operatio aĩæ separatæ ẽ ipedita, q̃a ut dicit* Augustin. 12. super Genes. ad lrã, inest ei naturalis qđã appetitus corpus administrãdi, quo appetitu retardat̃ quodammõ ne tota intentione pergat in illud summum cęlũ, id est, in uisionem essentiæ diuinæ. ergo anima sine corpore non potest esse beata.

*C.6.to.5.

*C.35.cir. med.to.3.

5 ¶ Præt. Beatitudo est sufficiens bonum, & quietat desideriũ: sed hoc non conuenit aĩæ separatæ, quia adhuc appetit corporis unionem, ut* August. dicit. ergo anima separata a corpore non est beata.

¶6 Præt. Homo in beatitudine est angelis æqualis: sed anima sine corpore non æquatur angelis, ut* Augustin. dicit. ergo non est beata.

*Li. 12. super Gen. ad lit. c. 35 ad me. t. 3

*Eo. lib. sup. Gen. c.1. & to.3.

SED CONTA est, quod dicitur Apocal. 14. Beati mortui, qui in domino moriuntur.

RESPONDEO. Dicendum, quòd duplex est beatitudo. Vna imperfecta, quæ habetur in hac uita: & alia perfecta, quæ in Dei uisione

corpore huius articuli assumitur hæc ratio: & concludit operatio, in qua consistit beatitudo perfectior. ¶ Ad hoc simul dicendum est simpliciter, & secundum hominem. Sciendum est igitur ex præsenti articulo, q̃ tripliciter intelligi potest, animã separatam impediri ex appetitu corporis a perfecta beatitudine. Primo per modũ contrarietatis, ita q̃ sicut videmus corporaliter impeditur propter dolorem pedis: ita anima separata propter affectum corporis distrahatur aliqualiter a perfecta uisione Dei: & hoc in litera reprobatur. Secũdo per modum defectus intensiui, ita q̃ ex hoc, q̃ anima separata deficit in perfectione suæ naturæ, deficiat etiam in attẽtione suæ operationis, defectu in essendo causãte defectum in operando. Et quoniam cæteris paribus operatio attentior est magis intensa, & minus habens intensionis, est remissior, ut patet in uisu, & auditu: ex hoc sequitur, q̃ anima beata resumpto corpore est beatior intensiue non ex parte obiecti, aut luminis gloriæ: sed ex parte attentionis uisionis consequentis perfectionem animæ in essendo. Et hanc viam tanquàm probabilem sustineri posse dixit author in 4. sent. vnde ibi inchoãs huiusmodi intentionem, dicit: Potest etiã dici, quòd etiam beatitudo intensiue &c.

Verum

Gaiet. in Verum hanc opinionē in hoc loco vt falſam negauit, ipſaque negatione ex ſua officina illam haberi minime voluit, & merito, vt patebit. Tertio ꝑ modū defectus extēſiui: ita ꝙ ex hoc, ꝙ aīa ſeparata deficit in pfectione extēſiua ſuę *p.p.q.84 art.7. naturæ; dū non ſe extendit ad corpus, & integritatē humanę naturæ ad q̄ nata eſt ſe extēdere, & ptinet hoc ad pfectionē eius: qm̄ hæc ipſius natura reqrit: deficiat quoq; in pfectione extenſiua ſuæ operationis qua beatur: ptinet. n. ad pfectionem operatiōis beantis, aīam, qđ ex ipſa redundet beatitudo in corpus, vt Auguſt. dicit in epiſtola ad Dioſcorū, Tā potēti natura Deus fecit aīam &c. vt habes in art. ſequenti, & hæc ē doctrina tradita ī hoc art. & rōnabiliter, qm̄ defectus pfectionis in aīa ſeparata; non eſt defectus pfectionis intenſiue, qm̄ hæc aīa ñ ſuſcipit magis, & minus ſecundū ſubſtantiam: ſed eſt defectus pfectionis extenſiuæ. Conſentaneum autē eſt, vt defectus animæ defectum operationis, & extenſiuus extēſiuū cauſet, & nō intenſiuū. Ad rōnem ergo in oppoſitū dř, ꝙ eſt ibi ſophiſma cōſequētis, a magis pfecta operatione ad magis intenſā deſcendēdo. Perfectum enim communius eſt quàm intēſum, qm̄, ut patet ī 5. Metaphy. eſt id cui nihil deeſt de requiſitis *q.84 ar. 7. ad ipſum: & cōſequēter penes acceſſum cuiuſcunq; reqſiti, opatio ſeu res pfectior ē, intenſior aūt nō niſi *p.p.q.12. penes augmētū intrinſecum &c. & per hæc oīa clara remanent. ¶ In reliquis autē huius quæſtionis tribus art. nihil ſcribendū occurrit, niſi ꝙ in vltimo art. ad primū, Gloria eſſentialis beatitudinis nō eſt intelligēda intrinſece, tāquàm de eſſentia beatitudinis, ſed tanquàm cū eſſentialis illius: qm̄ ex hoc ꝙ deus cōmēdat hūc tali dignū gradu, beatus ſit & eſt: ſcię̄tia nāque dei cū laude, cā eſt perfectiua rerum.

cōſiſtit. Manifeſtū eſt autem, ꝙ F m ad beatitudinē huius vitæ, de neceſſitate requirit corpus. ⁿEſt n. beatitudo huiᵘ vitæ operatio itellectᵘ vel ſpeculatiui, vel practici. Operatio aūt intellectᵘ in hac uita nō pōt eſſe ſine phātaſmate, qđ nō ē niſi ī organo corporeo, vt ī 1.ᵒ habitū ē: & ſic beatitudo q̄ in hac vita haberi pōt, depēdet quodāmō ex corpore. Sed circa beatitud. nē pfectā, q̄ in dei viſione cōſiſtit, aliq̄ po- G ſuerunt, ꝙ non pōt aiæ aduenire ſine corpore exiſtēti, dicētes ꝙ aiæ Sāctorū a corporib. ſeparatæ, ad illā beatitudinem nō ꝑueniunt vſq; ad diē iudicij, qn corpora reſument: qđ quidē apparet eē falſū & authoritate, & rōne. Authoritate qdē: qa Apoſtolus dicit. 2. ad Corin. 5. Quādiu ſumus in corpore, pegrinamur a Dño. & q̄ ſit rō peregrinatiōis, oſtēdit ſubdēs; Per fidē H n. ambulamus, & nō per ſpēm. Ex quo apparet, ꝙ q̄diu aliquis ambulat ꝑ fidē, & nō ꝑ ſpēm, carens uiſione diuinæ eſſentiæ, nōdū eſt deo pſens. Aiæ aūt ſanctorū a corporib. ſeparatæ, ſunt deo pſentes. vñ ſubdit: Audemᵘ aūt, & voluntatē habemᵘ bonā peregrinari a corpore, & pſentes eſſe ad Deū. Vnde manifeſtū eſt, ꝙ aiæ ſanctorum ſeparatæ a corporib. ambulant ꝑ ſpēm, dei I eſſentiā uidentes, in quo eſt uera beatitudo. Hoc ēt ꝑ rōnē apparet: nā intellectus ad ſuā operationē nō indiget corpoř niſi ꝑp phātaſmata, in qb. ueritatē intelligibilē cōtuet, ut in 1.ᵉ dictū eſt. Manifeſtū eſt aūt, ꝙ diuina eſſentia ꝑ phātaſmata uideri nō pōt, ut ī 1.ᵒ oſtēſū eſt. Vñ cū in viſione diuinę eſsēnę pfecta hoīs beatitudo cōſiſtat, ⁿ depēdet beatitudo pfecta hoīs a cor- K pore: vñ ſine corpoř pōt aīa eſſe beata. ¶Sed ſciēdū, ꝙ ad pfectionē alicuius rei dupliciter aliquid ptinet. Vno mō, ad ꝯſtituēdā eſſentia rei: ſicut aīa reqrit ad pfectionem hoīs. Aliomodo requirit ad pfectionē rei, quod ptinet ad bene eſſe eius: ſicut pulchritudo corporis, vel uelocitas ingenij ptinet ad pfectionē hoīs. Quāuis ergo corpus primo mō ad pfectionē beatitudinis humanæ nō ptineat, ptinet tñ ſcđo mō. Cū n. operatio depēdet ex natura rei, q̄to aīa pfectior erit ī ſua natura, tāto pfectius habebit ſuā ꝑpriā operationē, in qua fęlicitas ꝯſiſtit. vñᵉ Aug. in c.35.to.3. 12. ſuper Gene. ad lřam, cū q̄ſiuiſſet, vtrū ſpiritibus defunctorū ſine corporib. poſſit ſumma illa beatitudo ꝑberi, rñdit, ꝙ non ſic poſſunt uidere incommutabilē ſubſtantiam, ut ſancti angeli uident, ſiue alia latentiore cauſa: ſiue ideo quia eſt in eis naturalis quidam appetitus corpus adminiſtrandi.

AD 1ᵐ ergo dcđm, ꝙ beatitudo eſt pfectio aiæ ex parte intellectus, ſm̄ quē aīa tranſcendit corporis organa, non aūt ſm̄ quod eſt forma naturalis corporis. Et iō illa naturalis pfectio manet, ſm̄ q̄ ei beatitudo debetur, licet non maneat illa naturę perfectio, ſecundum quam eſt corporis forma.

AD 2ᵐ dicendum, ꝙ aīa aliter ſe habet ad eē, q̄ aliæ partes. Nā eſſe totius, nō ē alicuius ſuarū partiū: vñ uel pars oīno deſinit eſſe deſtructo toto, ſicut partes aīalis deſtructo aīali, vel ſi remanent, habēt aliud eē in actu, ſicut pars lineę habet aliud eē quàm tota linea: ſed aiæ humanæ remanet eſſe cōpoſiti poſt corporis deſtructionē. & hoc iō, qa idē D.173. eſt eſſeᵉ formæ & materiæ: & hoc idē eſt eſſe cōpoſiti. Aīa aūt ſubſiſtit in ſuo eſſe, vt in 1.ᵉ oſtenſum ē. *p.p.q.75 art.2. vnde relinquit ꝙ poſt ſeparationem a corpore pfectum eſſe habeat, unde pfectā operationem habere poteſt, licet nonᵈ habeat perfectam naturam. D.174.

AD 3ᵐ dicendū, ꝙ beatitudo eſt hoīs ſm̄ intellectum: & iō remanente intellectu pōt in eſſe ei beatitudo: ſicut dentes Aethiopis pñt eſſe albi, ēt poſt euulſionem; ſm̄ quos Aethiops dicitur albus.

AD 4ᵐ dicendū, ꝙ dupliciter aliqđ impedit ab alio. Vno mō, ꝑ modū ꝯrietatis, ſicut frigus ipedit actionē caloris: & tale impedimentū operationis repugnat fęlicitati. Alio mō, ꝑ modū cuiuſdā defectus: qa. ſ. res impedita non habet quicqđ ad omnimodā eius pfectionē requirit: & tale impedimentū operationis nō repugnat fęlicitati, ſed oīmodæ pfectiōi ipſius. & ſic ſeparatio aīę a corpore dř aiam retardare, ne tota intentione tendat in uiſionē diuinæ eſſentiæ. Appetit enim aīa ſic frui deo, ꝙ ēt ipſa fruitio deriuet ad corpus ꝑ redūdantiā ſicut ē poſſibile: & iō q̄diu ipſa fruit Deo ſine corpore, appetitus eius ſic quieſcit in eo, ꝙ tñ adhuc ad participationem eius uellet ſuum corpus pertingere.

AD 5ᵐ dicendū, ꝙ deſideriū animæ ſeparatę totaliter q̄eſcit ex parte appetibilis, qa habet id qđ ſuo appetitui ſufficit: ſed ñ totaliter reqeſcit ex parte appetentis, quia illud bonum non poſſidet ſm̄ oēm modū quo poſsidere uellet. & iō corpe reſūpto beatitudo creſcit, nōᵈ intenſiue, ſed extenſiue. D.171.

AD 6ᵐ dicendum, ꝙ id qđ ibidem dř, ꝙ ſpiritus defunctorum non ſic vident Deū ſicut angeli, non eſt intelligendū ſm̄ inæqualitatem quantitatis, qa ēt modo aliquę aiæ beatorum ſunt aſſumptæ ad ſuperiores ordines angelorum, clarius uidentes Deū q̄ inferiores angeli: ſed intelligitur ſm̄ inæqualitatem proportionis: quia angeli etiā infimi habent omnem perfectionem beatitudinis, quam ſunt habituri: non autem animæ ſeparatæ ſanctorum.

ARTICVLVS VI.

10 *Porrecta per totum.*

Vtrum ad beatitudinem requiratur aliqua perfectio corporis.
Medina art. 6.

AD SEXTVM sic ꝓcedit. Vr ꝙ pfectio corporis nõ requirat̃ ad beatitudinẽ hõis pfectã. Perfectio.n. corporis est quoddã corporale bonũ: sed * ſ oſtenſum eſt, ꝙ beatitudo nõ cõſiſtit h in corporalibus bonis. ergo ad beatitudinẽ hoĩs non requiritur aliqua perfecta diſpoſitio corporis. *Supra ar. 5. & locis ibi inductis. q.2. p.totum.*

¶ 2 Præt. Beatitudo hoĩs cõſiſtit in h viſione diuinæ eſſẽtiæ, ut* oſtẽſum eſt: ſed ad hanc operationem nihil exhibet corpus, vt* dictũ eſt. ergo nulla diſpoſitio corporis requiritur ad beatitudinem. *q.1. ar 8. art. 1. præcedent.*

¶ 3 Præt. Quãto itellectus eſt magis abſtractus a corpore, tãto pfectius itelligit: ſed beatitudo cõſiſtit in pfectiſſima operatione itellectus. ergo oportet oĩbus modis aĩam eẽ abſtractã a corpore. nullo ergo mõ reqritur aliqua diſpoſitio corporis ad beatitudinẽ.

SED CONTRA Præmium uirtutis eſt beatitudo. unde dr̃ Ioã. 13. Beati eritis, ſi feceritis ea: ſed ſanctis repromittit̃ ꝓ præmio nõ ſolũ uiſio Dei, & delectatio, ſed ẽt corporis bona diſpoſitio. dicit.n. Iſa. ult. Videbitis, & gaudebit cor veſtrũ, & oſſa ueſtra quaſi herba germinabũt. ergo bona diſpoſitio corporis requiritur ad beatitudinem.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ ſi loquamur de beatitudine hoĩs, qualis in hac uita põt haberi, manifeſtum eſt, ꝙ m ad eã ex neceſſitate reqrit̃ bona diſpoſitio corporis.* Cõſiſtit.n. hæc beatitudo ſm philoſophũ, in operatione uirtutis pfectæ. Manifeſtũ eſt aũt ꝙ per inualitudinẽ corporis, in omni operatione virtutis hõ impediri põt. Sed ſi loquamur de beatitudine pfecta, ſic qdã poſuerunt, ꝙ non reqritur ad beatitudinẽ aliqua corporis diſpoſitio: immo requirit ad eã, vt omnino aĩa ſit a corpore ſeparata. vnde Aug.* 12. de ciui. Dei introducit uerba Porphyrii dicẽtis: Quòd ad hoc ꝙ ſit beata aĩa, omne corpus fugiendũ eſt. Sed hoc eſt inconueniẽs: cũ.n. naturale ſit animæ corpori uniri, nõ põt eſſe ꝙ perfectio aĩæ naturalẽ eius pfectionẽ excludat. Et ideo dicendũ eſt, ꝙ p ad beatitudinẽ oĩbus modis perfectã requirit pfecta diſpoſitio corporis & antecedẽter, & cõſequenter.¶ Antecedẽter quidem, quia vt Aug.* dicit 12 ſuper Gen. ad literã, Si tale ſit corpus, cuius ſit difficilis & grauis adminiſtratio, ſicut caro quæ corrũpit̃, & aggrauat aĩam auertit̃ mens ab illa uiſione ſummi cæli. unde cõcludit, ꝙ cũ hoc corpus iã nõ erit aĩale, ſed ſpirituale; tunc angelis adæquabit̃, & erit ei ad gloriã qd̃ ſarcinæ fuit. Cõſequẽter uero, qa ex beatitudine aiæ fiet redundãtia ad corpus, ut & ipſum ſua pfectione potiat̃. vnde Aug.* dicit in epiſt. ad Dioſcorũ. Tã potẽti natura Deus fecit aĩam, ut ex eius pleniſſima beatitudine redũdet in inferiorẽ naturã incorruptionis uigor.

concl. m

**Cap. 26. in princi. & lib. 22. cap. 26. in princi. tomo 5.*

concl. p

**Cap. 15. tomo 3.*

**Aliquantulũ ante mediũ & eſt epiſt. 56. tom. 2.*

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ in corporali bono non conſiſtit beatitudo, ſicut in obiecto beatitudinis: ſed corporale bonum poreſt facere ad aliquẽ beatitudinis decorem, uel perfectionem.

AD 2m dicendũ, ꝙ etſi corpus nihil conferat ad illã operationem intellectus, qua Dei eſſentia vr̃: tñ poſſet ab hac impedire & ideo requirit̃ pfectio

A corporis, ut non impediat eleuationem mentis.

AD 3m dicendũ, ꝙ ad perfectã operationẽ intellectus requiritur quidẽ abſtractio ab hoc corruptibili corpore, quod aggrauat animam: nõ aũt a ſpirituali corpore, quod erit toraliter ſpiritui ſubiectũ, de quo in tertia parte huius operis dicetur.

ARTICVLVS VII.

Vtrum ad beatitudinẽ requirantur aliqua exteriora bona. 11
Medina art. 7.

Porrecta per totum. 2.2. q. 18. ar. 3. ad 4.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ ad beatitudinem requirantur etiam exteriora bona. Qđ enim in præmiũ ſanctis h ꝓmittit̃, ad beatitudinẽ
B ptinet: ſed ſanctis repꝛomittunt̃ exteriora bona, ſicut cibus & potus, diuitiæ & regnũ. dr̃.n. Luc. 22. Vt edatis, & bibatis ſup mẽſam meã in regno meo & Mat. 6. Theſaurizate uobis theſaurũ in cæ'o. & Mat. 25. Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum. ergo ad beatitudinẽ requiruntur exteriora bona.

¶ 2 Præt. Secundũ Boet. in 3. de cõſol. Beatitudo eſt ſtatus oium bonorũ h aggregatione pfectus: ſed exteriora ſũt aliqua hoĩs bona, licet minima, * ut Aug. dicit. ergo ipſa ẽt requirunt̃ur ad beatitudinem.

Proſa 2. circa principium. Lib. 2. de lib. arbit. c. 19. & 1. retract. c. 9. tom. 1.

¶ 3 Præt. Dñs Mat. 5 dicit. Merces ueſtra multa eſt h in cælis: ſed eſſe in cœlis, ſignificat eſſe in loco. er-
C go ſaltẽ locus exterior requiritur ad beatitudinẽ.

SED CONTRA eſt, quod dicitur in Pſal. 72. Quid enim mihi eſt in cœlo? & a te quid uolui ſuper terram? quaſi dicat, nihil uolo niſi hoc quod ſequitur, Mihi adhærere Deo bonum eſt. ergo nihil aliud extra Deum ad beatitudinem requiritur.

RESPON. Dicendũ, ꝙ m ad beatitudinẽ imperfectã, qualis in hac uita põt haberi, requirunt̃ exteriora bona, nõ quaſi de eſſentia beatitudinis exiſtentia, ſed quaſi inſtrũtaliter deſeruientia beatitudini,* quæ cõſiſtit i operatione uirtutis, ut dr̃ in 1.* Ethic. Indiget.n. hõ in hac uita neceſſariis corporis tã ad
D operationẽ uirtutis cõtẽplatiuæ, q̃ ẽt ad operationẽ uirtutis actiuæ, ad quam ẽt plura alia requirunt̃, quibus exerceat opera actiuæ uirtutis. Sed p ad beatitudinem perfectam, quæ in uiſione Dei conſiſtit, nullo modo huiuſmodi bona requiruntur.¶ Cuius ratio eſt, quia omnia huiuſmodi bona exteriora, uel requiruntur ad ſuſtentationem animalis corporis, uel requirunrur ad aliquas operationes, quas ꝑ animale corpus exercemus, quæ humanæ uitæ conueniunt. Illa autem perfecta beatitudo, quæ in uiſione Dei conſiſtit, uel erit in anima ſine corpore, uel erit in anima corpori iuncta, non iam animali, ſed ſpirituali; & ideo nullo modo huiuſmodi exte-
E riora bona requirũtur ad illã beatitudinẽ, cũ ordinẽtur ad uitã animalẽ. Et quia in hac uita magis accedit ad ſimilitudinẽ illius perfectæ beatitudinis fælicitas cõtemplatiua, quàm actiua, utpote et Deo ſimilior, ut ex dictis patet: ideo minus indiget huiuſmodi bonis corporis, ut dicitur in 10.* Ethic.

concl. m

Cap. 7.

concl. p.

**q. 3. ar. 5 *Cap. 8.*

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ oẽs illæ corporales ꝓmiſſiones quæ in ſacra ſcriptura continentur, ſunt metaphorice intelligendæ ſm quod in ſcripturis ſolẽt ſpiritualia per corporalia deſignari, ut ex his quæ nouimus, ad deſiderandũ incognita cõſurgamus, ſicut Gre. dicit in quadam* Hom. Sicut per

cibum

cibũ,& potũ intelligiẽ delectatio beatitudinis:p diuitias, sufficiẽtia q̃a homini sufficiet Deus:p regnũ, exaltatio hominis usque ad coniunctionẽ cũ Deo. F

AD 2^m dicẽdũ, ꝙ bona ista deseruiẽtia aiali uitæ nõ cõpetunt uitæ spirituali, in qua beatitudo pfecta consistit. Et tamen erit in illa beatitudine oĩum bonorũ cõgregatio, quia quicquid bonũ inuenitur i istis, totũ habebitur in summo fonte bonorũ.

Lib. 1. c. 9. nõ remote a fi. to. 4. AD 3^m dicendum, ꝙ secundum* Aug. in lib. de ser. Do. in monte: Merces sanctorum nõ dicitur esse in corporeis cælis: sed per cælos intelligitur altitudo spiritualium bonorũ. Nihilominus tamẽ locus corporeus. s. cælum empyreũ a derit beatis, non propter necessitatem beatitudinis: sed secundum quandam congruentiam & decorem. G

ARTICVLVS VIII.

12 Porrecta per totum. *Vtrum ad beatitudinem requiratur societas amicorum.* Medina art. 8.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur ꝙ amici sint necessarii ad beatitudinẽ. Futura. n. beatitudo in scripturis frequenter nomine gloriæ designatur: sed gloria cõsistit in hoc, ꝙ bonũ hominis ad^h notitiam multorũ deducitur. ergo ad beatitudinem requiritur societas amicorum. H

¶ 2 Præt. Boetius dicit, ꝙ nullius^h boni sine cõsortio iucũda est possessio: sed ad beatitudinẽ requiriẽ delectatio. ergo etiam requiritur societas amicorũ.

¶ 3 Præt. Charitas in beatitudine perficitur: sed charitas extẽdit se ad dilectionẽ Dei, & ^h pximi. ergo vr, ꝙ ad beatitudinẽ requiratẽ societas amicorũ.

SED CONTRA est, quod dicitẽ Sapien. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, scilicet, cũ diuina sapienti:, quæ consistit in contemplatione Dei: & sic ad beatitudinem nihil aliud requiritur.

coucl. Cap 9. & 11. RESPON. Dicendũ, ꝙ^m si loquamur de fœlicitate præsentis vitæ, sicut Philosophus dicit in 10.* Eth. Fœlix indiget amicis, nõ q̃dẽ pp utilitatẽ, cũ sit sibi sufficiens: nec pp delectationẽ, quia habet in seipso delectationẽ perfectã in operatione uirtutis: sed pp bona operationẽ, ut. s. eis benefaciat, & ut eos inspiciens benefacere delectẽ, & ut ab eis in bene faciẽdo iuueẽ.* Indiget. n. hõ ad bene operandum auxilio amicorũ tam in operibus uitæ actiuæ, q̃ in in operibus uitę cõtẽplatiuæ. Sed si p loquamur de perfecta beatitudine quæ erit in patria, nõ reqriẽ societas amicorũ de necessitate ad beatitudinẽ. ¶ q̃ hõ hẽt totã plenitudinẽ suæ pfectionis in Deo: sed ad bene esse beatitudinis facit societas amicorũ. I

coucl. p

Cap. 25. post medium to. 3. Vnde Aug.* dicit 8 super Gen. ad literã, ꝙ creatura spũalis, ad hoc ꝙ sit beata, nõ nisi intrinsecus adiuuatẽ æternitate, veritate, charitate creatoris: extrinsecus vero, si adiuuari dicenda est fortasse hoc solo adiuuatur, quòd se inuicem uident, & de sua societate gaudent.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ gloria, quæ est essentialis beatitudini, est quam habet homo non apud hominem, sed apud Deum.

AD 2^m dicendum, ꝙ uerbũ illud intelligitur, q̃ñ in eo bono quod habetur, non est plena sufficiẽtia. quod in proposito dici non potest: quia omnis boni sufficientiam habet homo in Deo.

AD 3^m dicendum, quòd perfectio charitatis est essentialis beatitudini quantum ad dilectionem Dei, non quantum ad dilectionem proximi. Vnde si esset una sola anima fruens Deo, beata esset nõ habẽs proximũ quem diligeret: sed supposito proximo, sequiẽ dilectio eius ex perfecta dilectione Dei. vnde quasi concomitãter se habet amicitia ad perfectam beatitudinem.

QVAEST. V.

De adeptione beatitudinis, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de ipsa adeptione beatitudinis.

ET Circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrũ homo possit cõsequi beatitudinem.

¶ Secundo, Vtrum unus hõ possit esse alio beatior.

¶ Tertio. Vtrum aliquis possit esse in hac uita beatus.

¶ Quarto. Vtrum beatitudo habita possit amitti:

¶ Quinto utrum homo per sua naturalia possit acquirere beatitudinem.

¶ Sexto, Vtrum homo cõsequatur beatitudinẽ per actionẽ alicuius inferioris creaturæ.

¶ Septimo, Vtrum requirantur opera hominis aliqua ad hoc ꝙ homo beatitudinem consequatur a Deo.

¶ Octauo, Vtrum omnis homo appetat beatitudinem.

ARTICVLVS I.

Vtrum homo possit consequi beatitudinem.

AD PRIMVM sic pcediẽ. Vr ꝙ hõ beatitudinẽ adipisci nõ possit. Sicut. n. natura rõnalis est supra sensibilẽ,^h ita natura intellectualis est supra rõnalem, ut patet p* Dion. in lib. de di. no. in multis locis: sed bruta aĩalia quę habẽt naturã sensibilẽ tm̃, nõ possunt puenire ad finẽ rõnalis naturæ: ergo nec hõ qui est rõnalis naturæ, põt peruenire ad finẽ intellectualis naturæ, qui est beatitudo. K Cap. 5.

¶ 2 Præt. Beatitudo uera cõsistit, in uisione Dei, q̃ est ueritas pura:^h sed homini est connaturale ut ueritatẽ intueaẽ in ^rebus materialibus, unde species intelligibiles in phãtasmatib. intelligit, ut dr in* 3. de aĩa. ergo nõ põt ad beatitudinem peruenire. Tex. 3 fi

¶ 3 Præt. Beatitudo consistit in adeptione summi boni

SVPER QV. V.

IN quæst. 5. aduertẽdum est, ꝙ licet visio Dei per essentiã, & beatitudo formalis intellectualis creaturæ coincidant realiter, vt ex supradictis patet: quia tamen distinguuntur formaliter, ideo diuersa sũt quæsita ista formaliter a quæsitis in prima parte, q. 12. Decuit enim tam perfectum doctorem complere omnia formaliter. Nihil igitur est superfluum.

SVPER QV. V. ART. I.

Medina art. 1.

IN hoc art. 1. q. 5. nota, ꝙ author ex duobus capacitatem hoĩs respectu perfecti boni ostendens, alterũ naturale, quod hic experimur, scilicet cognitionem ipsius Dei vniuersalis & summi boni, quam ex studio acquirimus, dũ cognoscimus Deũ esse eum, qui si videretur, beatret. & appetitum qualẽcunque in ipso Deo quiescendi: alterum quodammodo naturale, quod pbamus, s. ꝙ oĩs intellectus est capax (quãuis remote) diuinæ visionis ex hoc ipso quod intellectus est. In secundo ait & tertio nihil occurrit. 33 Porrecta per totum

boni: sed aliquis non pôt puenire ad summum, nisi A
trãscendat media; cũ igitur inter Deũ & naturã hu
manã media sit natura angelica, q̃ hõ h trascẽdere
non pôt, videtur ꝙ non possit beatitudinẽ adipisci.

Sed cont. est, quod dicitur in Psalm. 93. Beatus
homo, quem tu erudieris Domine.

Resp. Dicendũ, ꝙ beatitudo noĩat adeptionẽ p-
fecti boni. Quicũq; ergo ẽ capax pfecti boni, pôt
ad beatitudinẽ puenire. Quòd ãt hõ boni pfecti sit
capax, ex hoc apparet, ꝙ eius intellectus pôt ↄprẽ
hendere uniuersale & pfectũ bonũ, & eius uoluntas
Concl. m appetere illud: & iõ m hõ pôt beatitudinẽ adipisci. n
Apparet ẽt idẽ ex hoc, ꝙ hõ est capax uisionis diui B
q. 12. a. 1 næ essẽtiæ, sicut in 1. habitũ est: in qua qdẽ uisione
perfectam hoĩs beatitudinem consistere diximus.

Ad 1m ergo dicendũ, ꝙ aliter excedit natura rõ
nalis sensitiuã, & aliter intellectualis rõnalẽ. Natu-
ra. n. rõnalis excedit sẽsitiua quantũ ad cognitionis
obiectũ, qa sẽsus nullo mõ pôt cognoscere uniuer
D. 752. sale, cuius d rõ ẽ cognoscitiua: sed intellectualis natu
ra excedit rõnalẽ quantũ ad modũ cognoscẽdi in-
telligibilẽ ueritatẽ. Nã intellectualis natura statim
apprehẽdit ueritatem, ad quã rõnalis natura p inq
q. 79. a. 8 sitionẽ rõnis ptingit, vt patet ex his quæ in 1. dicta
sunt: & iõ ad id qđ intellectus apprehendit, ratio p C
quendã motũ ptingit: unde rõnalis natura cõsequi
pôt beatitudinẽ, quæ est pfectio intellectualis na-
turæ: tñ alio mõ q̃ angeli. Nam angeli cõsecuti sunt
D. 160 eam statim d post principiũ suæ cognitionis: hoĩes
autem per tempus ad ipsam perueniunt. sed natura
sensitiua ad hũc finem nullo modo pertingere pôt.

Ad 2m dicendum, quòd hoĩ sm statũ pñtis uitæ,
ẽ cõnaturalis modus cognoscẽdi ueritatẽ intelligi
D. 290 bilẽ p d phãtasmata: sed post huius uitæ statum hẽt
q. 74. a. 7 alium modum connaturalem, ut in 1. dictum est.
& q. 89. Ad 3m dicẽdum, ꝙ hõ nõ pôt trãscẽdere angelos
ar. 2. gradu naturæ, ut. s. naturaliter sit eis superior: pôt D
tñ eos trãscẽdere p operationem intellectus, dũ in-
telligit aliquid sup angelos esse, quod hoĩes beatifi
cat, qđ cũ perfectè cõsequetur, pfectè beatus erit.

34
Porrecta
per totum,

Articvlvs II.

Vtrum unus homo possit esse beatior altero.

Medina art. 2.

Ad secvndvm sic procedit. Vr̃ ꝙ unus hõ alio
* 4. d. 49. nõ possit eẽ beatior. Beatitudo. n. ẽ pmiũ uirtu-
q. 1. ar. 4. tis, ut philosophus dicit in 1.* Eth. sed p operib. uir-
q. 2. tutum oĩbus h æqualis merces redditur. dr̃. n. Matt.
Ca. 9. to. 5 20. ꝙ oẽs qui operati sunt in uinea, acceperũt singu E
*Ho. 19. I los denarios: qa ut dicit Gre. æqualẽ æternæ uitæ re
euãg. pa- tributionẽ sortiti sũt. ergo vni' nõ erit beatior alio.
rum ante ¶ 2 Præt. Beatitudo est summũ bonum: sed h summo
med. non pôt esse aliquid maius. ergo beatitudine unius
hominis non potest esse alia maior beatitudo.
¶ 3 Præt. Beatitudo cũ sit pfectũ & sufficiẽs h bonũ,
desideriũ hoĩs quietat: sed nõ quietatur desideriũ,
si aliqđ bonũ deest, qđ suppleri possit. si aũt nihil
deest ꝙ suppleri possit, non poterit esse aliqd aliud
maius bonũ. ergo vel hõ non est beatus: uel si ẽ bea
tus, non potest alia maior beatitudo esse.

Sed contra est, quod dicitur Io. 14. In domo pa
A tris mei mansiones multæ sunt: per quas, ut Aug. di
cit, * diuersæ meritorũ dignitates intelligũtur in ui De S. vir-
ta æterna. Dignitas aũt uitæ æternæ, q̃ pro merito g ne c. 26
datur, ẽ ipsa beatitudo. ergo sũt diuersi gradus bea tra. 67. in
titudinis, & non omnium est æqualis beatitudo. Io. an. me
diũ to. 9.

Resp. Dicendũ, ꝙ sicut * supra dictũ est in rõne
*q. 1. ar. 8. beatitudinis duo includũtur. s. ipse finis ultimus, q
& q. 2. a. 7 est summũ bonũ, & adeptio, uel fruitio ipsi' boni.
m Quantũ igitur ad ipsũ bonũ, qđ est beatitudinis concl. m
obiectũ, & cã, non pôt esse una beatitudo alia ma-
ior, n quia nõ est nisi unũ sũmũ bonũ. s. Deus, cuius
fruitione hoĩes sunt beati: sed p quantũ ad adeptio concl. p.
B nẽ hmõi boni, uel fruitionẽ, pôt aliquis alio eẽ bea
tior: q quia quãto magis hoc bono fruitur, tãto bea
tior ẽ. Cõtingit ãt aliquẽ perfectius frui Deo, q̃ a-
liũ ex eo, ꝙ ẽ melius dispositus, uel ordinat' ad eius
fruitionẽ, & sm hoc pôt aliquis alio beatior esse.

Ad primvm ergo dicẽdũ, quod unitas denarii si
gnificat unitatẽ beatitudinis ex parte obiecti: sed di
uersitas mansionũ significat diuersitatem beatitudi
nis secundum diuersum gradum fruitionis.

Ad 2m dicendũ, ꝙ beatitudo dicitur esse sũmũ
bonum, inquantum est summi boni perfecta posses
sio, siue fruitio.

C Ad 3m dicẽdum, ꝙ nulli beato deest aliqđ bonũ
desiderandũ, cũ habeat ipsũ bonũ infinitũ, ꝙ est bo
nũ oĩs boni, ut * Augu. dicit: sed dr̃ aliquis alio bea- * ep. 56.
tior ex diuersa eiusdẽ boni participatione. Additio parũ an-
aũt aliorum bonorum non auget beatitudinem: vñ te med. t.
Aug. dicit in 5. † confes. Qui te, & alia nouit, non p 2. & 13. d
pter illa beatior: sed propter te solum beatus. tri. c. 7. t. 3
† Li. 5. cõ-
fes. cap. 4.
cir. princ.
to. 1

Articvlvs III.

35
Porrecta
per totum

Vtrum aliquis in hac uita possit esse beatus.

Medina art. 3.

*Inf. ar. 5
D Ad tertivm sic proceditur. Videt̃ ꝙ beatitudo cor. & q.
possit in hac uita haberi. Dicitur. n. in Psa. 118. 62. art. 1.
h Beati immaculati in uia, qui ambulãt in lege Do cor. & 3.
mini: hoc autem in hac uita contingit. ergo aliquis d. 17. q. 2.
in hac uita potest esse beatus. a. 2. ro. &
4. dist. 49.
¶ 2 Præt. Impfecta h participatio sũmi boni nõ adi q. 1. a. 2. q.
mit rõnem beatitudinis, alioquin unus nõ eẽt bea- 2. ad 5. Et
tior alio: sed in hac uita hoĩes pñt participare sum- uer q. 14.
mum bonũ cognoscendo, & amando Deum, licet a. 12. cor. &
imperfectè. ergo hõ in hac uita pôt esse beatus. 1. Eth. lec.
16. fin.
¶ 3 Præt. Quod ab oĩb. dr̃, non pôt totaliter falsum
esse. Vr̃. n. naturale, ꝙ in pluribus est, natura autem
E non totaliter deficit: sed plures ponunt h beatitudi-
nẽ in hac uita, ut patet per illud Ps. 143. Beatũ dixe-
runt populum cui hæc sunt. s. præsentis uitæ bona.
ergo aliquis in hac uita potest esse beatus.

Sed cont. est, quod dr̃ Iob 14. Homo natus de
muliere, breui uiuens tempore, repletur multis mi
serijs: sed beatitudo excludit miseriam. ergo homo
in hac uita non potest esse beatus.

Respon. Dicẽdũ, quod aliqualis beatitudinis par
ticipatio in hac uita m haberi pôt: perfecta ãt & ue
ra beatitudo non pôt haberi in hac uita. n & hoc concl. m.
quidem considerari pôt dupliciter. Primo quidẽ ex
ipsa cõmuni beatitudinis rõne. Nam beatitudo, cũ

sit

fit pfectũ & sufficiens bonũ oẽ malum excludit, & oẽ desideriũ implet: in hac aũt uita non pōt oẽ malũ excludi: multis.n.malis pñs uita subiacet, quæ uitari non pñt, & ignorantiæ ex parte intellectus, & inordinatæ affõni ex parte appetitus, & multiplicibus pęnalitatib. ex parte corporis, ut* Aug. diligẽter ꝓsequitur 19. de ciuit. Dei. Similiter ẽt boni desideriũ in hac uita satiari non pōt: naturaliter.n. hõ desiderat G ꝑmanentiã eius boni, qđ habet. Bona ãt pñtis uitę trãsitoria sũt, cũ & ipsa uita trãseat, q̃ naturaliter desideramus, & eã ꝑpetuo permanere uellemus: qa naturaliter hõ refugit mortẽ: vñ impossibile ẽ, ꝙ in hac uita uera beatitudo habeaẽ. Scđo, si considereẽ id, in quo spãliter beatitudo cõsistit. s. uisio diuinæ essẽtiæ, q̃ non pōt hoi ꝓuenire[d] i hac uita, ut i 11.* oñsũ ẽ. Ex qb* manifeste appa H ret, ꝙ nõ pt aliqs ĩ hac vita verã, & perfectã beatitudinẽ adipisci.

Ad 1m ergo dicendum, ꝙ beati dicũtur aliqui in hac uita, uel ꝑꝑ spem beatitudinis adipiscẽdæ in futura uita, scđm illud Ro. 8. Spe salui facti sumus: uel propter aliquam participationẽ beatitudinis, secundũ aliqualem summi boni fruitionem.

Ad 2m dicendum, ꝙ participatio beatitudinis pōt eẽ imper I fecta dupliciter. Vno modo, ex parte ipsius obiecti beatitudinis qđ quidem secundum sui essentiam non vĩ: & talis imperfectio tollit rõnem ueræ beatitudinis. Alio modo pōt eẽ imperfecta ex parte ipsius participantis, q qui dẽ ad ipsum obiectum beatitudinis scđm seipsũ attingit. s. Deũ: sed imperfecte per respectũ ad modũ quo Deus seipso fruitur. & talis imperfectio nõ tollit ue K ram rationem beatitudinis: qa cum beatitudo sit operatio quædam, ut* supra dictum est, uera ratio beatitudinis consideratur ex obiecto, quod dat speciem actui, non autem ex subiecto.

Ad 3m dicendum, ꝙ homines reputant in hac uita esse aliquam beatitudinem ꝑpter aliquam similitudinem ueræ beatitudinis: & sic nõ ex toto in sua æstimatione deficiunt.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum beatitudo habita possit amitti.

Ad quartum sic proceditur. Videtur ꝙ beatitudo possit amitti Beatitudo.n. ẽ pfectio q̃dã: sed oĩs pfectio inest pfectibili scđm modũ ipsius: cũ igitur hõ scđm naturã suã sit[h] mutabilis, vĩ ꝙ beatitudo ab hoie mutabiliter participeẽ: & ita videtur ꝙ hõ beatitudinẽ possit amittere.

¶ 2 Prętr. Beatitudo cõsistit i actione intellectus, q subiacet uolũtati: [b] sed uolũtas se hẽt ad opposita. ergo vĩ ꝙ possit desistere ab operatione, qua hõ beatificaẽ: & ita homo desinet esse beatus.

¶ 3 Prętr. Principio rñdet finis: sed beatitudo hois habet principiũ, quia hõ non semper fuit beatus. ergo uidetur quod habeat finẽ.

Sed contra est, ꝙ diciẽ Matth. 23. de iustis, quod ibũt in vitã æternam: quę, ut dictũ est,* est beatitudo sanctorum. Quod aũt est ęternum, nõ deficit. ergo beatitudo non potest amitti.

Respon. dicendũ, ꝙ si loquamur de beatitudine imperfecta, qualis i hac uita pōt hẽri, sic pōt amitti. Et hoc patet in fęlicitate cõtẽplatiua, q̃ amittiẽ, vel per obliuionẽ, puta cũ corrũpiẽ scia ex aliqua ægritudine: uel per aliquas occupationes, qbus totaliter abstrahitur aliqs a cõtẽplatione. Patet ẽt idẽ in fęlicitate actiua. Volũtas.n. hois trãsmutari pōt, ut uidelicet degeneret à virtute, in cuius actu principaliter cõsistit fęlicitas. Si ãt uirt' remanet integra, exteriores trãsmutationes pñt quidẽ beatitudinẽ talẽ ꝑturbare, inquantũ impediũt multas operationes uirtutũ, nõ tñ pñt eã totaliter auferre: qa adhuc remanet opatio uirtutis, dũ ipsas aduersitates hõ laudabiliter sustinet. Et qa beatitudo huius uitæ amitti potest, quod uidetur esse contra rationem beatitudinis: iõ philosophus dicit in 1. Ethic.* aliquos esse in hac uita beatos non simpliciter, sed sicut homines, quorũ natura mutationi subiecta est. Si uero loquamur de beatitudine perfecta, quæ expectatur post hanc uitã, sciendum quod Origenes posuit, † quorundam Platonicorum* errorem sequens, quod post ultimam beatitudinem homo potest fieri miser. Sed[m] hoc manifeste apparet esse falsum dupliciter.[n]

¶ Primo quidem ex ipsa communi ratio-

*C. 10. in fine.

† Li. 1. Periar. c. 5. a med. & li. 2. c. 3. t. 4 concl. m

* Alias quorũdã philosophorum.

SVPER QVÆST. V. ART. IIII.

Fer. 3. cont. cap. 61. 62

Medina art. 4.

In 4. ar. aliquãtisper morandum ẽ. Scito igitur primo in ti. 4. ar. dr̃iam inter ꝑpetuitatem, & inamissibilitatẽ beatitudinis. Perpetuitas.n. significat durationẽ quãdã: inamissibilitas aũt significat immutabilitatẽ quandã. hæc ergo est spẽs immutabilitatis, illa durationis. Et qm duratio mẽsurata est mutabilis, uel immutabilis, primis naturaliter inest alicui re. sempiternæ immutabilitas, q̃ ꝑpetuitas: immo hæc est illius effectus, ut ex q. 10. n. 1. li. coniuncta nonę apparet. Cũ igitur hic q̃ritur, Vtrũ beatitudo possit amitti, est qõ non de perpetuitate formaliter, sed de inamissibilitate, quę est perpetuitatis causa.

*C. 5. 6. 7. 8. 10. 5.

D. 48t *q. 12. ar. 11.

¶ Scito scđo in corpore art. ꝙ prima rõ in litera allata pro cõclusione, quæ & in 4. sent. dist. 49. q. 1. art. 1. q. 4. tangitur, male vt intelligi a Scoto in 4. di. 49. q. 6. Pōt siquidem dupliciter intelligi, ꝙ beatitudo sit quietatiua oĩs desiderii: primo ut sẽsus sit, ꝙ beatitudo formalis, ẽ formalis impletio oĩs desiderii. Et hic sensus est falsus: & tñ illũ Scot. reprehendit. Secũdo, ut sit sensus, ꝙ beatitudo formalis ẽ inferens impletionẽ omnis desiderii, exclusionemq; oĩs mali, quocunque modo illud coniungat. ita ꝙ rõ beatitudinis in cõi exigit, ꝙ inferat satietatẽ omnis desiderii naturalis abstrahẽdo a tali, uel tali mõ. Et hic sẽsus est uerus, & intentus tam hic, q̃ in 4. sen. Ex hoc.n. sequitur manifeste, ꝙ beatitudo exigit inamissibilitatem, ut in litera deducitur. Alio quin dolor, uel timor inesset beato. Vñ dupliciter Scot. ibid. defecisse vĩ. Primo, qa nõ distinxit inter immutabilitatẽ seu inamissibilitatem, & ꝑpetuitatem: & quæ d immutabilitate dicũtur, & de perpetuitate consequenter, de ꝑpetuitate formaliter accepit. Scđo, quia essẽ immobilitatẽ de rõne beatitudinis, intelligitur formaliter, aut uirtualiter eqm, ut dr̃ 10. Meta. Corruptibile, & incorruptibile, aut sunt substantia, aut in substantiã: & tñ ipse formaliter accepit de ꝑpetuitate.

*q. 3. ar. 2

Porrecta per totum.

*1. q. 66. 64. a. 2. cor. & 4. d. 8. q. 4 ar. 1. cor. & 3. cõtra. c. 61. & 62. & opus. 2. c. 166. & 10. 10. lect. 5.

Scito tertio, ꝙ secũda rõ literæ efficax ualde est apud uere philosophos, qui non in aere loquuntur, sed uoluntatem in bonũ tantum, & uoluntatẽ rectam in uere bonũ tantum ferri posse nouerunt.

¶ In rñsione ad primũ eiusdẽ art. habes duo notanda. Primo, ꝙ beatitudo est immutabilis, & cõsequẽter incorruptibilis ac ꝑ hoc differt plusq̃ã genere ab aliis actib* corruptibilibus, iuxta doctrinam Aristo. 10. Metaph. Scđo causas immutabilitatis eius, formalem. s. quia est pfectio cõsummata & effectiuam uero diuinam uirtutem: materialem autem, hominem eleuatum in participationem æternitatis. Et hoc secundum, pro quanto includit quod beatitudo formalis mensuratur æternitate participata, & non æuo, impugnatur a Scoto in loco allegato: quia tamen satisfecimus ei in 1. lib. q6. 10. non replicandum censeo: & his si addatur bonitas per essentiam, cuius adeptio est beatitudo, uidebitur & reliqua causa, scilicet, finalis ipsius beatitudinis. § Ex primo horum habes, ꝙ beatitudo hæc non se habet ad perpetuitatem, sicut albedo

*Ar. 2. huius quæst.

do se haberet ad eã, si a Deo ꝑpetuo cõseruaret, qm albedo illa esset in se corruptibilis, & ꝑ accidens ꝑpetua; beatitudo aũt ꝑfecta, de qua loquimur est secundũ se incorruptibilis, & ꝑ se sibi vẽdicat perennitatẽ, & propterea se habet ad ꝑpetuitatẽ, sicut figura cælestis. Ex secũdo aũt horum habes modũ, quo beatitudo hæc constituitur immutabilis, s. eleuãdo subiectum supra mutabilitatẽ. Ex hoc n. ꝙ mens humana eleuatur in æternitatis ordinẽ, oportet ꝙ ꝑlebetur in ordinẽ immutabiliũ: qm æternitas immutabilitatẽ sequitur. Oibus aũt beatitudinis causis supra mutabilitatẽ existentibus, necesse est beatitudinem ipsam immutabilem esse.

ne beatitudinis. Cũ.n. ipsa beatitudo sit ꝑfectum bonum & sufficiens, oportet ꝙ desideriũ hominis qetet, & omne malum excludat. Naturaliter aũt homo desiderat retinere bonũ qđ habet, & ꝙ eius retinẽdi securitatẽ obtineat: alioqn necesse est, ꝙ timore amittẽdi, vel dolore, de certitudine amissionis affligaẽ. Reqritur igitur ad verã beatitudinẽ, ꝙ hõ certã habeat opinionẽ, bonum, quod habet nunq̃ se amissurum, quę quidẽ opinio si uera sit, cõsequẽs est, ꝙ beatitudinẽ nunq̃ amittet: si aũt falsa sit, hoc ipsum est quoddã malũ, falsam opinionẽ habere: nã falsum est malum intellectus, sicut uerũ est bonũ ipsius, vt dr̃ in 6. Ethi.* Nõ igitur iam uere erit beatus, si aliquod malum ei inest.

*c. 2. & 3.

¶ Secundo idẽ apparet, si cõsideretur rõ beatitudinis in speciali. Ostensum est.n. supra,* ꝙ ꝑfecta beatitudo hois in visione diuinæ essentiæ consistit. Est aũt impossibile, ꝙ aliquis uidens diuinam essentiam, uelit eam non uidere: quia omne bonũ habitum quo aliqs carere vult, aut est insufficiens, & quæritur aliquid sufficientius loco eius: aut habet aliquod incommodum annexũ, ꝑp quod in fastidium venit. Visio ãt diuinæ essentiæ replet aĩam omnibus bonis, cũ cõiungat fonti totius bonitatis: unde dr̃ in Psal. 16. Satiabor cũ apparuerit gloria tua. & Sap. 7. dr̃. Venerunt mihi oĩa bona pariter cum illa. s. cum contemplatione sapientiæ. Similiter ẽt non habet aliqđ incommodum adiunctum: quia de cõtemplatioue sapientiæ dr̃, Sap. 8. Non habet amaritudinẽ cõuersatio illius, nec tædium conuictus eius. Sic ergo patet, ꝙ propria uoluntate beatus non põt beatitudinẽ deserere. similiter ẽt non põt eam perdere Deo subtrahente: quia cum subtractio beatitudinis sit q̃dam pęna, non potest talis subtractio a Deo iusto iudice prouenire, nisi pro aliqua culpa, in q̃ cadere non põt, qui Dei essentiam videt, cũ ad hãc uisionẽ ex necessitate sequaẽ rectitudo uoluntatis, ut supra ostensum est.* Similiter ẽt nec aliquod aliud agens põt eã subtrahere: quia mens Deo cõiuncta super oĩa alia eleuatur, & sic ab huiusmodi coniunctione nullũ aliud agens potest ipsam excludere. Vnde inconueniens vr̃, ꝙ per quasdam alternationes tẽporũ transeat hõ de beatitudine ad miseriam, & econuerso: quia hmõi temporales alternationes esse non pñt, nisi circa ea quæ subiacent tpi & motui.

*q. 3. ar. 8

*q. 4. ar. 4.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ beatitudo est perfectio consummata, quæ omnem defectum excludit a beato: & ideò absque mutabilitate aduenit eã habenti, faciente hoc uirtute diuina, quæ hominẽ subleuat in participationem æternitatis transcendentis omnem mutationem.

AD 2m dicendũ, ꝙ voluntas ad opposita se habet in his, quæ ad finem ordinantur: sed ad ultimum finem naturali necessitate ordinatur: quod patet ex hoc quod homo non potest non uelle esse beatus.

AD 3m dicendũ, ꝙ beatitudo habet principium ex conditione participantis: sed caret fine ꝑp cõditionẽ boni, cui9 participatio facit beatum. vñ ab alio ẽ initiũ beatitudinis, & ab alio ẽ qđ caret fine.

ARTICVLVS V.

37

Vtrum homo per sua naturalia possit acquirere beatitudinem. *Perfecta per totum.*

*Infra q. 62. ar. 1. & 3. Et 1. q. 12. ar. 4. & q. 94. ar. 1. Et 4. d. 49. q. 2. art. 6. Et 3. contra g. c. 147. 157. & 159 ptinc. & Ro. 1. le. 6. fi.

AD QVINTVM sic proceditur. Vr̃ ꝙ homo per sua naturalia possit beatitudinem consequi. Natura.n. non deficit in necessarijs: sed nihil est homini tã necessarium, quàm id ꝑ quod finẽ vltimum cõsequitẽ. ergo hoc naturæ humanæ non deest. Potest igitur homo per sua naturalia beatitudinem consequi.

¶ 2 Præt. Homo cum sit nobilior irrationalibus creaturis, uidetur esse sufficiẽtior: sed irrationales creaturæ ꝑ sua naturalia possũt consequi suos fines. ergo multo magis homo per sua naturalia potest beatitudinem consequi.

¶ 3 Præt. Beatitudo est operatio perfecta, secundũ Philosophum.* Eiusdem autem est incipere rẽ, & perficere ipsam. Cum igitur operatio imperfecta, quæ est quasi principiũ in operationib. humanis, subdatur naturali hois potestati, qua suoiũ actuũ est dñs, vr̃ ꝙ per naturalẽ potentiã possit ꝑtingere ad operationem perfectam, quæ est beatitudo.

*Li. 1. Eth. c. 7. 10. 5.

SED CONTRA. Homo est principium naturaliter actuum suorum per intellectum & uoluntatẽ: sed vltima beatitudo sanctis præparata excedit intellectum, & uoluntatem. dicit enim Apostolus 1. ad Corinth. 2. Oculus non uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. ergo homo per sua naturalia non potest beatitudinem consequi.

RESP. Dicendum, ꝙm beatitudo imperfecta, quę in hac uita haberi põt, põt ab hoĩe acquiri ꝑ sua naturalia eo mõ, quo & uirtus in cuius operatiõe cõsistit, *de quo infra dicetẽ.* sed beatitudo hois ꝑfecta, sicut supra dictum est, † consistit in uisione diuinæ essentiæ. Videre aũt Deum per essentiã est supra naturã non solum hois, sed ẽt ois creaturæ, vt in primo ostensum est. Naturalis.n. cognitio cuiuslibet creaturæ est secundum modum substantię eius: sicut de intelligentia dr̃ in lib. de causis, ꝙ cognoscit ea q̃ sunt supra se, & ea quæ sunt infra se secundum modum substantiæ suæ: oĩs aũt cognitio, quæ est secundum modum substantiæ creatæ, deficit a uisione diuinæ essentiæ, quæ in infinitum excedit oẽm substantiam creatam, vnde nec hõ, nec aliqua creatura, potest consequi beatitudinem ultimam per sua naturalia.

Concl. neg. *q. 63. † q. 3 art. 8. *q. 12. ar. 4. *concl. p*

AD PRIMVM ergo dicẽdum, ꝙ sicut natura non deficit homini in necessarijs, quamuis non dederit sibi arma & tegumenta sicut alijs animalibus, quia dedit ei rõnẽ & manus, quibus possit hęc sibi acq-

SVP. QVÆS. V. ART. V.

Ferr. 3. cont. c. 52. 147. Medina. ar. 5.

IN art. quinto defendenda esset 1ó conclusion e in litera posita, nisi diffuse tractata fuisset in 1. lib. q. 12. ar. 4. ubi responsum est Scoto eã impugnanti in 4. dist. 49. q. 2. quære ibi &c.

rere, ita nec deficit homini in necessarijs, quàmuis F non daret sibi aliquod principiũ, quo posset beatitudinẽ cõseq. hoc enim erat impossibile: sed dedit ei liberũ arbitriũ, quo possit cõuerti ad Deũ, q eũ faceret beatũ. Quæ enim per amicos possumus, p nos aliqualiter possumus, dicitur in 3. Ethico.†

†C.3. post med. illi⁹ tom. 5.

Ad 2m dicendũ, ꝙ nobilioris ꝯditionis ẽ natura, q̃ põt cõseq pfectũ bonũ, licet indigeat exteriori auxilio adhoc cõsequẽdũ, q̃ naturaq nõ põt cõseq pfectũ bonũ, se cõsequit quoddã bonũ imperfectũ licet ad consecutionẽ eius non indigeat exteriori auxilio, ut Philosoph⁹ dicit in 2. de cęlo.* Sicut me lius est dispositus ad sanitatẽ, q põt conseq pfectã G sanitatẽ, licet hoc fit p auxiliũ medicinæ q̃ qui solũ põt cõsequi quandam imperfectam sanitatẽ sine medicinæ auxilio & iõ creatura rõnalis, q̃ põt con sequi perfectum beatitudinis bonum indigens ad hoc diuino auxilio, est pfectior q̃ creatura irratio nalis, quæ hmõi boni nõ est capax, sed quoddã bo nũ imperfectum consequitur uirtute suæ naturæ.

*A tex. 60 vsque ad 66. to. 2.

Ad 3m dicẽdũ, ꝙ qñ ipfectũ, & pfectũ sũt eius dẽ spẽi, ab eadẽ uirtute causari possunt: nõ aũt hoc est necesse, si sunt alteri⁹ spẽi. Nõ. n. qcquid põt cã re dispositionẽ materiæ, põt ultimã perfectionem conferre: imperfecta aũt operatio, q̃ subiacet natu H rali hoïs potestati, nõ est eiusdẽ spẽi cũ operatiõe illa pfecta, quæ est hoïs beatitudo, cũ operationis spẽs dependeat ex obiecto. unde ratio non sequit.

Articvlvs VI.

Vtrum homo consequatur beatitudinem per actionem alicuius superioris creaturæ.

SVPER QVÆST. V. ART. VI.

Medina ar. 6.

38 *Porrecta per totum.*

IN art. 6. 7. & 8. nihil aliud scribẽdũ occurit, nisi ꝙ materia 8. art. tractata ẽ in 1. li. q. 82. ar. 1. ubi solutæ sũt rõnes Sco. quare uide ibi. Et hic completur tractatus primus huius libri.

Ad sextvm sic proceditur. Vr ꝙ homo possit fieri beatus p actionẽ alicuius superioris creaturæ, s. angeli. Cũ. n. duplex ordo inueniat in reb. unus partiũ uniuersi ad inuicẽ: alius to- I tius vniuersi ad bonũ, qđ est ex vniuersum: prim⁹ ordo ordinat ad fm, sicut ad finẽ, vt dr̃ 12. Metaphy.* Sicut ordo partiũ exercit⁹ adinuicẽ, est pp ordinẽ totius exercitus ad du cẽ: sed ordo partiũ uniuersi adinuicẽ, attendit fm qđ superiores creaturæ b agunt in inferiores, ut in 1. dictũ est.† Beatitudo aũt consistit in ordine hoïs ad bonum, quod est extra uniuersum, quod ẽ De⁹ ergo per actionem superioris creaturæ, s. angeli in hominem, homo beatus efficitur.

*Tex. 52. & 53. t. 3.

†p. p. q. 11. ar. 1. ad 3. art.

¶ 2 Prętr. Quod est in potentia tale, potest reduci in K actum per id, quod est h actu tale; sicut quod est potentia calidum, fit actu calidum per id, quod ẽ actu calidum: sed homo est in potẽtia beatus; ergo põt fieri actu beatus per angelum, qui est actu beatus.

¶ 3 Prętr. Beatitudo cõsistit in operatione intellect⁹, ut supra dictũ ẽ: *sed angelus põt illuminare intellectum hominis, ut in primo habitum est. ergo angelus potest facere hominem beatum.

*q. 3. ar. 5.

Sed contra est, quod dicitur in Psal. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus.

Respon. Dicendum, ꝙ cum omnis creatura naturæ legib. sit subiecta, vtpote habẽs limitatã uirtutẽ & actionem, illud quod excedit naturam creatam, non põt fieri uirtute alicuius creaturæ. & iõ si quid fieri oporteat quod sit supra naturam, hoc fit immediate à Deo: sicut suscitatio mortui, illuminatio cæci, & cætera hmõi. Ostensum* est autem, ꝙm beatitudo est quoddam bonum excedens naturam creatam. unde impossibile est ꝙ per actionem alicuius creaturæ conferatur: sed homo beatus fit solo Deo agente, si loquamur de beatitudine pfecta. Si verò loquamur de beatitudine ĩperfecta, sic eadẽ rõ est de ipsa, & de uirtute, in cuius actu consistit.*

*art. prec. com. 1m

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ plerunq; cõtin G git in potentijs actiuis ordinatis, ꝙ pducere ad ultimũ finẽ pertinet ad supremã potentiã: inferiores verò potentiæ coadiuuant ad consecutionẽ illius ultimi finis disponendo. Sicut ad artẽ gubernatiuã quæ præest nauifactiuæ, ptinet usus nauis, pp quẽ nauis ipsa fit. Sic igitur in ordine uniuersi hõ quidẽ adiuuatur ab angelis ad consequendũ ultimũ finẽ fm aliqua præcedentia, quibus disponitur ad eius consecutionem: sed ipsum ultimum finẽ consequit per ipsum primum agentem, qui est Deus.

Ad 2m dicendum, ꝙ quando aliqua forma actu existit in aliquo secundum esse perfectum & natu H rale, potest esse principium actionis in alterum, sicut calidum per calorem calefacit: sed si forma existit in aliquo imperfectè, & non secundum esse naturale, non potest esse principium cõicationis sui ad alterum: sicut intentio coloris qui est in pupilla non potest facere album: neque etiam omnia quæ sunt illuminata, aut calefacta, possunt alia calefacere, & illuminare: sic. n. illuminatio & calefactio essent usque ad infinitũ. Lumen aũt gloriæ, per qđ Deus uidetur, in Deo quidem est perfecte secundũ esse naturale: in qualibet autem creatura est imper fecte, & secundum esse similitudinarium, uel participatum. Vnde nulla creatura beata potest communicare suam beatitudinem alteri.

Ad 3m dicendũ, ꝙ angelus beatus illuminat intellectum hominis, uel etiam inferioris angeli, quã tum ad aliquas rõnes diuinorum operum: non aũt quantum ad uisionem diuinæ essentiæ, ut in primo dictum est.* Ad eam enim uidendam omnes immediatè illuminantur a Deo.

*p. p. q. 106. art. 1. ad 1. & 2. arg.

Articvlvs VII.

Vtrum requirantur aliqua opera bona ad hoc, quòd homo beatitudinem consequatur a Deo.

Medina artic. 7.

39 *Porrecta per totum.*

Ad septimvm sic procedit. Vr ꝙ non requirantur aliqua opera hoïs ad hoc, ut beatitudinẽ consequatur a Deo. Deus enim, cum sit agens infinitæ uirtutis, non⁹ præexigit in agendo materiam, aut dispositionem materiæ, sed statim potest totũ producere: sed opera hoïs cùm non requirantur ad beatitudinem eius, sicut cã efficiens, ut dictũ est,* non possunt requiri ad eã, nisi sicut dispositiones ergo Deus qui dispositiones non præexigit in agẽ do, beatitudinem sine præcedentib. operib. cõfert.

*Inf. q. 6. in traductione. Et 4. q. 62. ar. 5. ad 1. Et opusc. 3. c. 173.

*ar. prece.

¶ 2 Prætr. Sicut Deus est actor beatitudinis immediatẽ, h ita & naturã immediate instituit: sed in prima institutione naturæ produxit creaturas nulla di-

spositione

ſpoſitione præcedēte,uel actione creaturæ,ſed ſtatim fecit unumquodq; perfectum in ſua ſpecie.ergo uidetur,ꝙ beatitudinem conferat homini ſine aliquibus operationibus præcedentibus.

¶ 3 Præ. Apſus dicit Ro.4.[b] beatitudinē hoīs eē, cui Deus cōfert iuſtitiā ſine operib. nō ergo reqrunī aliqua opera hoīs ad beatitudinem cōſeqnendam.

SED CONTRA eſt,quod dicitur Io.13. Si hæc ſcitis,beati eritis,ſi feceritis ea.ergo per actionem ad beatitudinem peruenimus.

q.4.ar.4.

RESP. Dicendū,ꝙ rectitudo uolūtatis, ut ſup.dictū eſt,* reqrit̄ ab beatitudinē,cū nihil aliud ſit, q̄ debitus ordo uolūtatis ad ultimū finē, q̄ ita exigit B ad cōſecutionē ultimi finis, ſicut debita diſpoſitio materiæ ad cōſecutionē formę:ſed ex hoc nō oſtēdit̄, ꝙ aliqua operatio hoīs dēat p̄cedere eius beatitudinē. Poſſet.n. Deus ſimul facere uolūtatē recte tēdētē in finē,& finē cōſequētē:ſicut qn̄que ſimul materiā diſponit, & inducit formā, ſed ordo diuinæ ſapiētiæ exigit ne hoc fiat.ut n.dr̄ in 2.de cęlo. *Eorū q̄ nata ſunt habere bonū ꝑfectū, aliqd hēt ipſum ſine motu,aliqd uno motu, aliqd pluribus. Hr̄e aūt ꝑfectū bonū ſine motu,conuenit ei quod naturaliter hēt illud: habere aūt beatitudinē naturaliter,eſt ſolius Dei.vn̄ ſolius Dei ꝓpriū eſt,ꝙ ad C beatitudinē non moueat̄ ꝑ aliquā operationē p̄cedētē.Cū aūt beatitudo excedat oēm naturā creatā,[m] nulla pura creatura cōuenièter beatitudinem cōſeqtur abſq; motu operationis,ꝑ quā tendit in ipſam*: ſed angelus q eſt ſuperior ordine naturæ, q̄ hō,cōſecutus eſt eā ex ordine diuinæ ſapientiæ uno motu operationis meritoriæ, ut in primo expoſitū ē:* Hoīes aūt cōſequunt ipsā multis motib. operationū,q merita dr̄r.vn̄ ēt ſm Philoſophum, † beatitudo eſt p̄mium uirtuoſarum operationum.

*Tex. 64. 65.66.t. 2 — Concl. m — *q.62.a.5 — †li.1.Eth. ca.9.& li. 10. ca.6.7 & 8. to.5.

AD PRIMVM ergo dicēdum,ꝙ operatio hoīs nō p̄exigit̄ ad ꝯſecutionē beatitudinis ꝑꝑ iſufficiētiā D diuinæ uirtutis beatificātis,ſ; ut ſeruet ordo i reb.

AD 2[m] dicendū,ꝙ primas creaturas ſtatim Deus ꝑfectas produxit abſq; alia diſpoſitione, uel operatione creaturæ p̄cedēte: qa ſic inſtituit prima in diuidua ſpecierū, ut ꝑ ea natura ꝓpagaret̄ ad poſteros.Et ſilr̄,qa ꝑ Chr̄m qui eſt Deus, & hō,beatitudo erat ad alios deriuada,ſm illud apli ad Heb.2 Qui multos filios i gloriā adduxerat: ſtatim a principio ſuæ cōceptionis,abſq; aliqua operatiōe meritoria p̄cedēte,aīa eius fuit btā: ſed hoc ē ſingulare i ipſo. Nā pueris baptizatis[d] ſubuenit meritum Chr̄i ad btitudinē cōſequēdā, licet d̄ſint i eis merita ꝓpria,eo ꝙ ꝑ baptiſmū sūt Chr̄i mēbra effecti. E

D. 269.

AD 3[m] dicēdū,ꝙ apoſtolus loqt̄ de beatitudine ſpei,quæ hr̄ ꝑ gratiam iuſtificantē, q̄ quidē nō datur ꝑꝑ opera p̄cedētia. Non.n.habet rationē termini motus, ut beatitudo; ſed magis eſt principium motus,quo ad beatitudinem tenditur.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum omnis homo appetat beatitudinem.

Fer.1.cont.c.88.li.3.c.96. Capr.d.1.q 3.ar.1.con.2.& 4. d.49 q.3.con.1.2. Medina a.8.

Inf.q. 10. ar.1. & 2.

AD OCTAVVM ſic procedit̄.Vr̄ ꝙ nō oēs appetāt beatitudinē.Nullus.n.pōt appetere,[h] qđ ignorat,cū bonū app̄hēſum ſit obiectū appetitus,ut dr̄ in 3.de aīa,* ſed multi neſciunt quid ſit beatitudo, qđ,ſicut Aug.dicit in 13.de Trin.† patet ex hoc,ꝙ quidā poſuerūt beatitudinē in uoluptatib. corporis,quidam in uirtute animæ,quidam in aliis rebus non ergo omnes beatitudinem appetunt.

Et 1 q.19. ar.1. & q. 82.ar.1.& 2.cot.Et 1. contra. c. 88.& li. 3. ca. 97. Et ver.q.22. ar.5.& 6. Et mal q. 6.cot. & ad 7.9. & 10. Et 3. Eth.co.5. fi. *Lib.3.de aīa tex.29 34. & 49 to.2. †Capt.4. cit. prin. to.3.

¶ 2 Præt. Eſſentia beatitudinis, eſt uiſio eſsētiæ diuinæ,ut dictū ē:* ſed aliq opinant̄ hoc eē impoſe, ꝙ Deus ꝑ eſſentiā ab hoīe uideat̄, vn̄ [b] hoc nō appetūt.ergo nō oēs homines appetunt beatitudinem.

¶ 3 Præt. Aug.dicit in 13.de Tri.* Quòd btūs ē q habet oia [h] q̄ uult,& nihil male uult:ſed n̄ oēs hoc uolūt, quidā.n.male aliqua uolūt, & tn̄ uolunt illa ſe uelle.non ergo omnes uolunt beatitudinem.

SED CONTRA eſt,quod Augu.dicit 13. de Tri.† Si unus dixiſſet, Oēs beati eſſe uultis, miſeri eſſe non uultis,dixiſſet aliqd qđ nullus in ſua nō cognoſceret uoluntate. quilibet ergo uult eſſe beatus.

*q.3.ar.8 *Cap.1.& 5.tom.* †Capt.5. cit.fi.to.3 Conclu. m *q.1.ar.5. & 7.

RESPON. Dicēdū, ꝙ beatitudo dupl̄r p̄t cōſiderari.Vno mō ſm cōēm rōnē beatitudinis:& ſic[m] neceſſe eſt,ꝙ oīs hō beatitudinē uelit:* rō aūt beatitudinis cōis eſt, ut ſit bonū ꝑfectū,ſicut dictū eſt.* Cū aūt bonū ſit obiectū uoluntatis, ꝑfectū bonū eſt alicuius,ꝙ totaliter eius uoluntati ſatisfacit.unde appetere beatitudinē,nihil aliud eſt, q̄ appetere ut uolūtas ſatietur: quod qlibet uult. Alio modo poſſumus loq de beatitudine ſm ſpecialē rationē,quantum ad id,in quo beatitudo cōſiſtit. Et ſic non omnes cognoſcunt beatitudinē: quia neſciūt cui rei communis ratio beatitudinis conueniat: & per conſequēs,[p] quantum ad hoc, non omnes eā uolunt. Vnde patet reſponſio ad primum.

Conclu. p

AD 2[m] dicēdū, ꝙ cū uolūtas ſequat̄ app̄hēſionē intellꝰ; ſeu rōnis: ſicut cōtingit ꝙ aliqd eſt idē ſm rē, quod tn̄ eſt diuerſum ſm rōnis conſiderationē: ita cōtingit, ꝙ aliqd eſt idē ſm rē:& tn̄ uno mō appetitur,alio mō non appetitur. Beatitudo ergo poteſt conſiderari ſub rōne finalis boni, & ꝑfecti, q̄ eſt cōis ratio beatitudinis: & ſic naturaliter, & ex neceſſitate uolūtas in illud tēdit,ut dictum eſt.* Poteſt ēt conſiderari ſecundum alias ſpeciales cōſiderationes,uel ex parte ipſius operationis,uel ex parte potentiæ operatiuæ,uel ex parte obiecti: & ſic non ex neceſſitate uoluntas tendit in ipſam.

*In corp. ar.& q.1. ar.5.

AD 3[m] dicēdū,ꝙ iſta diffinitio beatitudinis, quā qdā poſuerūt. Beatus eſt, q hēt oia q̄ uult, uel,cui oia optata ſuccedūt,quodāmō intellecta,eſt bona & ſufficiēs: alio uero mō eſt imꝑfecta. Si.n.intelligatur ſimpl̄r de oīb.q̄ uult hō naturali appetitu:ſic uerū eſt,ꝙ q hēt oia q̄ uult,eſt beatus. Nihil.n. ſatiat naturale hoīs appetitū,niſi bonū ꝑfectum,qđ eſt beatitudo.Si uero intelligatur de his,q̄ hō uult ſm app̄hēſionē rōnis, ſic habere q̄dam q̄ hō uult, non ꝑtinet ad beatitudinē, ſed magis ad miſeriam, inquantum huiuſmodi habita impediunt hoīem, ne habeat quæcunque uult naturaliter. ſicut ēt rō accipit, ut uera interdum, quæ impediūt a cognitione ueritatis. Et ſm hāc cōſiderationē Aug.* addit ad ꝑfectionē beatitudinis,ꝙ nihil mali uelit:q̄uis primum poſſet ſufficere, ſi recte intelligeretur, ſcilicet,ꝙ beatus eſt, qui habet omnia quæ uult.

*Locis in argu. ſed contra ci tatis.

SVP. QVÆST. VI.

QVie igitur. In diuisiona, seu p fetione. 6. quęstionis aduerte, qd author tractãda omnie præconcip ẽs, prima distinctione separat totum hunc librũ u secunda secundæ: deinde secunda di. se parat tractatũ de actibus humanis uniuersali, a tel qua libet parte incipiẽte in quæstione. 49 Tertia auiẽ distinctione tractatum ipsum de actibus distinguit, ita q primo de ppriis homini, deinde de communibus in q. 6. 22. & sequentibus tractandum dicit. Sequentes autem distinctiones dent loca conditionibus, circunstantiis, & actibus propriis homini, quibusque sua, usque ad 22. q. inclusiue.

SVP. QVÆST. VI. ART. I.

Medina ar. 1.

CIrca primum articulum q. 6. dubium occurrit de illa propositione in corpore posita, scilicet. Quod nullam habet notitiam finis, & si in eo sit principium actionis, uel motus, nõ tamen eius quod est agere, uel moueri pp finem, est principiũ in ipso, sed in alio. Aduersatur siquidẽ huic sententiæ tam authoritas, q̃ ratio. Authoritas quidem Aris. 2. Phys. probantis ex proposito, q natura agit propter finem, unde arguitur sic. Naturalia agunt propter finem: naturalia agunt a principio intrinseco, sine notitia finis. ergo agẽtia a principio intrinseco, sine finis notitia, agunt propter finem. cuius oppositũ in litera dicitur. Et confirmatur, quia si in naturalibus rerum cæterisque est principiũ agendi, & non est principium de ly: pp finẽ; cũ tota dissensio Arist. et aliis, contra quos disputat in 2. Physic. consistat non in hoc, q naturalia agãt (de hoc. n. non disputatur) sed in hoc, q agant propter finem, uel nõ pp finẽ, & concludatur pars affirmatiua, oportet dicere, q natura,

QVAESTIO VI.

De uoluntario & inuoluntario, in octo articulos diuisa.

QVIA igitur ad beatitudinẽ p actus aliquos necesse est peruenire: oportet consequẽter de humanis actib. cõsiderare, ut sciamus quib. actib. perueniatur ad beatitudinẽ, uel impediat beatitudinis uia. Sed quia operationes, & actus circa singularia sũt ideo ois operatiua sciẽtia ĩ par- G ticulari cõsideratione perficit. Moralis igitur consideratio, q a est humanorum actuum, primo quidem tradenda est in uniuersali: secundo uero in particulari.

¶ Circa uniuersalẽ aũt cõsideratione humanorũ actuũ, primo quidẽ considerandum occurrit de ipsis actib. humanis: Secundo de principiis eorũ. Humanorũ aũt actuũ quidam sunt hominis proprij, quidam sunt homini, & H alijs animalib. cões. Et quia beatitudo est propriũ hominis bonum, propinquius se habẽt ad beatitudinẽ actus, qui sunt proprie humani, q̃ actus, qui sunt homini, aliisque animalib. communes. Primo ergo considerandũ est de actibus, qui sunt propriĩ hominis: Secundo, de actib. qui sunt homini, aliisque animalibus communes, qui dicunt animæ passiones.

¶ Circa primũ duo consideranda occurrunt. Primo, de consideratione humanorũ actuum: Secundo, de distinctione eorũ actuũ. Cum aũt actus humani proprie dicantur, qui sunt uoluntarij, eo q uoluntas est rationalis appetitus, qui est proprius hominis: oportet considerare de actib. in quantũ sunt uoluntarij. Primo ergo considerandũ est de uoluntario, & inuoluntario in cõi. Secundo; de actibus qui sunt uolũtarii, quasi ab ipsa uoluntate eliciti, ut immediate ipsius uoluntatis existentes. Tertio, de actib. q sunt uoluntarii, quasi a uoluntate imperati, q sunt ipsius uoluntatis mediãtib. aliis potẽtiis. Et quia actus uolũtarij habent quasdam circunstãtias, sm quas diiudicãtur, primo cõsiderandũ est de uolũtario, & inuolũtario, & cõsequẽter de circũstãtiis ip- F sorũ actuũ, in quib. uoluntariũ, & inuoluntarium inuenitur.

CIRCA primum q̃runtur octo.

¶ Primo, Vtrum in humanis actibus inueniatur uoluntarium.

¶ Secundo, Vtrum inueniatur in animalibus brutis.

¶ Tertio, Vtrum uoluntarium esse possit absque omni actu.

¶ Quarto, Vtrum uiolentia uoluntati possit inferri.

¶ Quinto, Vtrum uiolentia causet inuoluntarium.

¶ Sexto, Vtrum metus causet inuoluntarium.

¶ Septimo, Vtrum concupiscentia inuoluntarium causet.

¶ Octauo, Vtrum ignorantia.

ARTICVLVS I.

Vtrum in humanis actibus inueniatur uoluntarium.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in humanis actibus non inueniatur uoluntarium. Voluntarium enim est, cuius principium est in ipso, ut patet per Greg. Nicenum *, & Damas. † & Arist. * sed principiũ humanorum actuum non est in ipso homine, sed est extra. nã appetitus hominis mouet ad agendum ab appetibili quod est extra, quod est sicut mouens non motũ, ut dicitur in 3. de anima. † ergo in humanis actibus nõ inuenitur uoluntarium.

I ¶ 2 Pręt. Philosophus in 8. Physic. * probat, q non inuenitur in animalib. aliquis actus nouus, q nõ preueniatur ab alio motu exteriori: sed oẽs actus hominis sunt noui, nullus enim actus hominis ęternus est. ergo principium omniũ humanorũ actuũ est ab extra: non igitur in eis inuenitur uoluntarium.

¶ 3 Pręt. Qui uoluntarie agit, p se agere potest: sed hoc homini K non conuenit. dicitur enim Io. 15. Sine me nihil potestatis facere. ergo uoluntarium in humanis actibus non inuenitur.

SED CONTRA est, quod dicit Damascenus in 2. lib. * quod uoluntarium est actus, qui est operatio rationalis: tales autẽ sunt actus humani. ergo in actibus humanis inuenitur uoluntarium.

RESPONDEO, Dicendum, q oportet in actib. humanis uoluntariũ esse. Ad cuius euidentiã cõsiderãdũ est, q quorundam actuũ principium est in agente, seu in eo quod mouet: quorundam autem

K Ad secvndvm sic proceditᷣ. Videtur ꝙ voluntas ab appetitu sensitiuo moueri nõ possit. Mouẽs.n. & agẽs est ʰ ꝑstantius patiẽte, vt † Aug. dicit 12. super Gen. ad lr̃am: sed appetitus sensitiuus est inferior uolũtate, quæ est appetitus intellectiuus, sicut sensus est inferior intellectu. ergo appetitus sensitiuus non mouet intellectum.

¶ 2 Præ. Nulla uirt⁹ ʰ particularis põt facere effectum uniuersalẽ:

determinatio actus ad hoc vel illud, se tenet ex parte obiecti, naturam obiecti non ut tale, uel tale est, sed absolute ut obiectũ est contemplatus in ordine ad determinationẽ actus, vidit ꝙ nõ determinabat actum ut efficiens, nec ut finis: quia nihil horum obiecto determinanti actum cõuenit: sed ad genus causæ formalis recurrẽdũ est. hoc .n. & oĩ uere obiecto cõuenit, & ꝑ se conuenit illi. Dixi aũt uerè obiecto, ꝓp multorum loquẽdi vsũ terminos obiecta secũdaria uocantiũ: hæc.n. nõ mouẽt, quia uere obiecta non sunt, sed termini potius operationũ. Sicut natura leonis termin⁹ est intellectionis diuinæ: & securitas rustici regalis prouidentiæ.

¶ Circa efficaciã processus ꝑfati positi in lr̃a, dubium occurrit: quĩa aut non concludit, ꝙ intellectus mouet uoluntatem, qđ est intentum; aut concludit ꝙ intellectus mouet oẽs uires aĩæ ex parte obiecti, qđ est falsum. Cum enĩ ex hac rõne nihil aliud explicite habeatᷣ nisi ꝙ obiectum intellectus ex eo, ꝙ primũ principiũ formale, est primũ determinatiuũ actuum ad speciẽ. Ex hoc autẽ aut sequitᷣ ꝙ intellectus mouet cæteras potentias, iuxta ᵃ illam maximam: Primum in unoquoque genere, est cã oĩum eorũ q̃ sunt, post aũt si non subintelligitᷣ hæc maxima. Volũtatẽ & absque nexu aliquo, infertur. ergo intellectus ex hoc, ꝙ eius obiectũ est primũ principium formale, habet ꝙ moueat uoluntatem: quis enĩ hoc, s. intellectum mouere uoluntatẽ ex parte obiecti, sit uerũ, & notũ, quia ꝑsentat ei obiectũ: nõ tñ est notũ ꝙ hoc habet ex hoc, ꝙ eius, s. intellectus obiectum est primũ formale, in quo tñ cõsistit tota uis rationis literæ.

ᵃ q. 1. ar. 2.

* Tex 25. to. 2

Concl. ᵐ

¶ Ad euidẽtiam huius dubitationis, scito, ꝙ author primas radices attingens utriusq; motionis propositæ in lr̃a, s. ex parte subiecti, & ex parte obiecti, quẽadmodũ primũ agẽs in tota aĩa, ac per hoc mouens ad usũ actus, intulit eẽ uoluntatem quia ad eã spectat primum principium finale (ut clare patet in lr̃a) ita mõ primũ mouẽs inter partes aĩæ ad specificationẽ actus, infert eẽ intellectũ ex eo, ꝙ ad ipsum spectat primũ principiũ formale: & si quidẽ ex parte obiectorũ tñ discussio esset, par esset utrobique iudicium, s. ꝙ quemadmodum primum principium finale est rõ reliquorũ finiũ: ita primum F principium formale, qđ est obiectum intellectus, est rõ, in suo tñ ordine, i. in gñe causæ formalis, reliquorũ obiectorũ. Oĩa.n. obiecta ut sic, sub ente & uero, ut particularia q̃dã, continentur: sed ex parte potentiarum animæ loquendo, est quodãmõ par, & quodãmõ non par utrobique rõ. Quo ad primitatem.n. par est rõ: quĩa quemadmodũ (ut dictum est) quia uolũtas est primum finale principium, ipsa inter partes animæ est primum mouẽs ad exercitium: ita, quia intellectus est primum formale principium ipse inter partes animæ est primum mouens ad specificationem. formalis.n. principij opus hoc est. Quo ad extensionem aũt, nõ est par rõ: quia uolũtatis motio extendit se ad oẽs aĩæ uires subditas &c. Motio aũt intellectus nõ extendit se directe nisi ad uoluntatem: & rõ diuersitatis huius, est modus causandi diuersus. Motio.n. volũtatis, quia est per modum imperij extensiua, ex sua rõne est. Motio autem intellectus, quia est per modũ ꝑsẽtãtis, ad id tñ directe se extendit, cui ꝑsẽtat. Vñ author in lr̃a, postquam posuit vñ inferebatur, ꝙ intellectus est primum mouens, quia. s. eius est primũ principium formale, statim subdidit unde haberetᷣ, ꝙ motio eius ad voluntatẽ extenditᷣ ponens modum, quo intellectus motionem hanc facit, s. ꝑ ꝑsẽtationem obiecti, & dixit: Et illo mõ motionis intellectus mouet uolũtatem, sicut ꝑsẽtans ei obiectum suũ. Hæc .n verba non solũ explanatiua sunt ueritatis in se, sed connexiua & deductiua intenti, ut explanauimus, & per hæc patet clare responsio ad obiecta.

D. 752. Concl. ꝓ

* Text. 46 & seq. t. 2

Medina ar. 2.

SVP. QVÆST. IX. ART. II.

Circa corpus secundi articuli eiusdẽ q̃ōnis, dubium occurrit pro Nouitiis: quia ratio, quare appetitus sensitiuus mouet uoluntatem, assignatur ex parte dispositionis subiecti appetentis. Et tamen in calce cõcluditur, quòd appetitus sensitiuus mouet uoluntatem ex parte obiecti: quomodo hæc conclusio sequitur ex illis præmissis.

Inf. art. 5. cor. fi. & q. 10. a. 3. & q. 77. a. 1. & veri. q. 5. ar. 10. cor. & q. 22. a. 9. ad 3. & 6.

* Lib. 12. c. 16. cir. medium t. 3.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ conclusio dicta ex ꝑmissis illis habetur, si sane litera intelligatur. Dupliciter.n. intelligi potest, ꝙ dispõ appetitus

petitus sensitiuus moueat uoluntatē. Vno mō directe & immediate, tanquàm scilicet immutans ipsam siue quo ad exercitiū actus, siue quo ad specificationē actus. Et hoc est falsū. Alio mō occasionaliter & mediate: & hoc mō immutat ex parte obiecti, idest, quo ad specificationē actus, nō quo ad exercitiū: & hoc sit sic. Quēadmodum.n. frigescēti corpori cōueniens fit calefactio uim eius & ex hoc occasionať in tali homine apprehēsio calefactiui ut conuenientis, & p̄sentatum uoluntati desideratur &c. ita irato appetitui conueniens fit uindicta & ex hoc occasionatur, q intellectus practicus apprehēdit se percussionē, ut cōuenientē, huic, nūc &c. Et sic percussio apprehēsa ut cōueniēs nunc &c. mouet uoluntatē obiectiue. Et sic patet, qđ dispositio appetentis, quamuis se teneat ex parte subiecti, non mouet tamen uoluntatē, nisi ex parte obiecti, qa nō mouet ipsam, nisi pro quanto redundat in talē apprehensionē obiecti uoluntatis: Constat.o. noluntatem ab obiecto apprehenso, ut sic, moueri. Vnde author in litera duplicem posuit radicē talis, uel talis apprehension. s. obiecti, alterā ex parte ipsius obiecti, puta q est bonum, uel malum sedm se: alterā ex parte appetentis. utrinque. n. conuenientia uel disconuenientia oritur, ut in litera dicitur.

*tex. 40. c. 30.

*ar. prec.

*4. tom. 5.

A sed appetitus sensitiuus est uirt* particularis, cōsequitur.n. particularem sensus apprehensionē. ergo non potest causare motū uoluntatis qui est uniuersalis, vel ut cōsequens apprehensionem uniuersalem intellectus.

¶3 Præt. Vt probatur in 8.* Physic. Mouens non mouetur ab eo qđ h mouet, vt sit motio reciproca: sed uoluntas mouet appetitus sensitiuus obedit rationi. ergo appetitus sensitiuus nō mouet uoluntatem.

B Sed contra est, qđ dř Iacobi 3. Vnusquisq; tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illectus, nō autem abstraheretur quis a concupiscentia, nisi uolūtas eius moueretur ab appetitu sensitiuo, in quo appetito est cōcupiscentia. ergo appetitus sensitiuus mouet uoluntatem.

Respon. Dicēdū, q sicut * supra dictum est, id quod apprehenditur sub rōne boni & cōuenientis, mouet uoluntatē p modum obiecti. Quòd aūt aliquid uideať bonū & conueniens, ex duobus contingit, scilicet ex cōdōne eius qđ proponiť, & eius cui proponiť: conueniens.n. ſm relationē dř, unde ex utroq; extremorū dependet. Et inde est q iustus diuersimode dispositus, non eodē modo accipit aliquid. ut cōueniēs, & ut nō cōueniēs. Vnde, ut Philosoph* dicit in 3.* Ethic. Qualis unusquisq; est, talis finis vř ei. Manifestū est aūt, q ſm passionē appetitus sensitiui immutať homo ad aliquā dispōnem. vnde ſm qđ homo est in passione aliqua, vř sibi aliqd cōueniens, qđ nō vř ei extra passionē existenti: sicut irato vř bonum, qđ non videtur quieto. & [m] per hunc modum ex parte obiecti, appetitus sensitiuus mouet uoluntatem.[n]

concl. m

Ad primum ergo dicendū, q nihil prohibet id, qđ est simplr & ſm se præstantius, quoad aliqd esse debilius. Volūtas igiť simplr p̄stantior est, q̄ appetit* sensitiuus: sed quoad istū, in quo passio dñať, inq̄tū subiacet passioni, p̄eminet appetit* sensitiu*.

Ad 2m dicendum, q actus, & electiones hoīum sunt circa singularia. Vnde ex hoc ipso q appetitus sensitiuus est uirtus particularis, hēt magnam uirtutē ad hoc, q per ipsum sic disponatur homo, ut ei aliquid videať sic, uel aliter, circa singularia.

*ca. 5. post medium. tom. 5.

Ad 3m dicendū, q sicut Philosophus dicit in 2. *Polit. Ratio, in qua est uoluntas, mouet suo imperio Irascibilem, & concupiscibilē: non quidem despotico principatu, sicut mouetur seruus a dño: sed principatu regali, seu politico, sicut liberi homines reguntř a gubernante, qui tñ possunt contra mouere. Vnde & irascibilis, & concupiscibilis possunt in contrariū mouere ad uoluntatem: & sic nihis prohibet, uoluntatem aliquādo ab eis moueri.

Articvlvs III.

Vtrum uoluntas moueat seipsam.

Ad tertivm sic proceditř. Videtur q uoluntas non moueat seipsam. Omne enim mouens, inquantum hmōi, est in actu, quod aūt mouetur, est in potentia: nā motus est actus existentis in potentia, inquantū hmōi: sed non est idem in potentia, & in actu h respectu eiusdē. ergo nihil mouet seipsum: neq; ergo uoluntas seipsam mouere potest.

¶2 Præt. Mobile mouetur ad præsentiam h mouentis: sed uoluntas semper sibi est præsens. si ergo seipsam moueret, semper moueretur. qđ patet esse falsū.

C ¶3 Præt. Voluntas mouetur ab intellectu, ut * dictum est. si igiť uoluntas mouet seipsam, sequiť q idem simul h moueatur a duobus motoribus immediate, qđ uidetur inconueniens. non ergo uoluntas mouet seipsam.

Sed contra est, quia uoluntas domina est sui, actus, & in ipsa est uelle, & non uelle: quod non esset, si non haberet in potestate mouere se ipsam ad uolendum. ergo ipsa mouet seipsam.

D Respon. Dicendū, q sicut * supra dictum est, Ad uoluntatem pertinet mouere alias potentias ex ratione finis, qui est uoluntatis obiectu: sed, sicut * dictū ē hoc mō se hēt finis in appetibilibus, sicut principiū in intelligibilibus. Manifestū est autē q intellectus per hoc, q cognoscit principium, reducit seipsum de potentia in actū, quantū ad cognitionem conclusionum: & hoc mō mouet seipsum. Et similiter [m] uoluntas per hoc, q vult finem, mouet seipsam ad uolendum ea, quæ sunt ad finem.

concl. m

Ad primvm ergo dicendū, q uoluntas non ſ.n E idem mouet, & mouetur: unde nec ſm idem est in actu, & in potentia: sed inquantum actu uult finē, reducit, se de potentia in actum respectu eorum quæ sunt ad finem, ut scilicet actu ea uelit.

Ad 2m dicēdum, q potentia uoluntatis semper actu est sibi p̄sens: sed actus uoluntatis, quo uult finē aliquando, non semper est in ipsa uolūtate: per huncautem modum mouet seipsam: unde non sequitur, quòd semper seipsam moueat.

Ad 3m dicendū, q nō eodem mō uoluntas mouetur ab intellectu, & seipsa. Sed ab intellectu quidem mouetur ſm rōnē obiecti: a seipsa uero, quantum ad exercitiū actus, secundum rationem finis.

SVPER QVÆST. IX. ARTIC. III.

Cap. 1. d. 1. q 1. a. 1. in proba. 1 con.
Medina ar. 3.

In titulo articuli tertij eiusdem q. aduerte, q aliud est quærere, Vtrum uoluntas moueat seipsam in quolibet suo actu: & aliud quærere, Vtrum uoluntas moueat seipsam. Stat. n. pars affirmatiua istius quæsiti cū negatiua illius. Stat. n. q uoluntas moueat seipsā quo ad aliquē suū actū, & cōsequēter uerū sit dicere, q mouet seipsā: & tñ si moueat seipsā, quo ad oēm suū actū, Ad præsentem ergo quęstionem non pertinet, nisi, An uoluntas reducat seipsam de potētia ad actum: siue hoc sit quo ad aliquē, siue quo ad omnē sui actū, sufficit.

58 *Porrecta per 1 tom.*
*veri. qst. 22. a. 9. co. & ad 1. Et mal. q 6. 3. a. 3. cor. & q. 6. cor. & ad 4. & 10.

*ar. 1. huius quęst.

*ar. 1. huius quęst.
*qu. pręc. ar. 2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum uoluntas moueatur ab aliqua exteriori principio.

AD 4m sic proceditur. Videtur φ uolũtas non moueatur ab aliquo exteriori. Motus.n. uolũtatis est uolũtarius: sed de rõne uolũtarij ẽ, φ sit a h principio intrinseco, sicut & de rõne naturalis. nõ ergo motus uolũtatis est ab aliquo extrinseco.

G

¶ 2 Præt. Volũtas uiolentiã pati nõ põt, ut supra ostẽsũ est sed uiolentũ h est cuius principium est extra. ergo uoluntas nõ põt ab aliquo exteriori moueri.

¶ 3 Præt. Qđ sufficiẽter h mouet ab uno motore, nõ indiget moueri ab alio: sed uolũtas sufficiẽter mouet seipsam. nõ ergo mouetur ab aliquo exteriori.

H

SED CONTRA. Voluntas mouetur ab obiecto, vt * dictum est: sed obiectum uoluntatis potest esse aliqua exterior res sensui proposita. ergo uolũtas potest ab aliquo exteriori moueri.

RESPON. Dicendũ, φ m ẽm qđ uoluntas mouet ab obiecto, manifestum est, φ moueri põt ab aliquo exteriori: sed & eo mõ, quo mouet quantũ ad exercitiũ actus, adhuc necesse est ponere uoluntatẽ ab aliquo principio exteriori moueri. n Omne.n. qđ qñq; est agens in actu, & qñq; i potẽtia, indiget moueri ab aliquo mouẽte. Manifestũ est aũt, φ uolũtas incipit uelle aliquid, cũ hoc prius nõ uellet. Necesse est ergo φ ab aliquo moueatur ad uolendũ: & qdẽ, sicut dictũ est, ipsa mouet seipsam inquantũ p hoc, φ vult finem, reducit seipsam ad uolẽdũ ea q̃ sunt ad finẽ: hoc aũt nõ põt facere nisi consilio mediante. Cũm.n. aliqs vult sanari, ĩcipit cogitare quõ hoc consequi possit, & per talẽ cogitationẽ peruenit ad hoc, φ potest sanari per medicũ: & hoc vult. Sed quia non semper sanitatem actu uoluit, necesse est φ inciperet uelle sanari ab aliquo mouẽte. Et si quidẽ ipsa moueret seipsã ad uolendũ, oportuisset φ mediante cõsilio hoc ageret ex aliqua uolũtate p̃suppõsita: hoc aũt nõ ẽ pcedere in infinitũ. Vñ necesse ẽ ponere, φ in primũ motũ uolũtatis uoluntas pdeat ex instinctu alicui* exterioris mouẽtis, ut Arist. cõcludit ĩ quodã cap. * Ethicę Eudimicæ.

ADPRIMVM ergo dicendũ, φ de rõne uoluntarij est, φ principiũ eius sit intra: sed nõ oportet φ hoc principiũ intrinsecũ sit primũ principiũ non motũ ab alio. Vnde motus uolũtari* etsi hẽat principiũ proximũ intrinsecũ, tñ principiũ primũ est ab extra: sicut & primũ principiũ motus naturalis est ab extra, quod scilicet mouet naturam.

I

AD 2 m dicendum, φ hoc non sufficit ad rationem uiolenti, φ principium sit extra: sed opor-

SVPER QVÆST. IX. ART. IIII.

Ferr. 3. con. c. 88. 89. Cap. 2. d. 25. q. 1. con. 2. Medina ar. 4.

CIrca rationem, & conclusionem in corpore quarti ar. eiusdem quæstionis, dubium occurrit. Circa rõnẽ quidem qa ad actũ uolend. sufficit obiectũ apprehensum præsens, & uolũtas (inquit Sco. in quarto lib. qõ. 31.) non ergo requiritur exterius agens: nec φ præuolendo incipiat uelle, ut tantũ litteræ prima vult. A qu ε φ ratio literæ cõmittit sophisma cõsequentis. Cũ.n. uolũtariũ, ut superius patet, dupliciter dicatur. uel quia uolitum, uel quia in potestate uoluntatis. litera ex hoc qđ primus actus uolũtatis non potest esse uolũtarius primo modo infert, φ nullo modo est uolũtarius. ergo &c. ubi patet manifestus error. Et confirmatur, qa alio modo est uoluntarium ipsum uolitum, alio modo ipsa uolitio. nã illud ut obiectũ, hoc ut actus: ac per hoc illud mediante actu: hoc absq; medio. Cũ.n. uolo legere, nõ solũ legere est uolũtariũ, sed ẽt illud uelle, quo uolo legere, quamuis dissimiliter: qa legere mediãte uelle: ipsum autẽ uelle, se ipso. Et tamẽ ratio literæ, qa primũ uelle nõ põt esse uolitũ ut obiectũ, cõcludit φ nõ est in potestate uolũtatis, sed ex instinctu superioris: cũ tñ dici possit, qđ licet primũ uelle nõ possit esse uolitũ, ut obiectũ, est tñ uolitũ ut actus: & sic non oportet, φ sit uolitus cõsilio mediante. Præterea. Tota uis rõnis literæ cõsistit in hac exclusiua, Volũtas mouet se mediante cõsilio, seu ex aliqua uoluntate præsupposita tantum. Et tamen neque hic, neque in præcedenti ar. probata est quo ad utranque expositionẽ. Probatũ est.n. φ uoluntas mouet se hoc mõ, sed non est probatũ φ non alio modo: super qua tamen negatiua fundatur tota uis rationis in litera, ut patet, intuenti. ergo &c. Contra conclusionem uero Scotus, ubi supra K arguit: quia si uoluntas in primo actu, naturali instinctu moueretur ab intellectu naturaliter moto, uoluntas naturaliter moueretur: & sic homo esset unum animal brutum.

¶ Ad euidentiã huius difficultatis scito tria. Primũ est fundamẽtum huius rõnis, & est id qđ dictũ est. s. φ uoluntas mouet se nõ alio mõ, quàm ex uoluntate finis. Sed radix huius fundamẽti non est prætermissa ab authore, sed in primo articulo huius qõnis posita, scilicet, φ principiũ motionis ad exercitiũ actus, ẽ ex hoc: qa omne agẽs agit pp finẽ. Et in ar. 3. repetita & applicata, cũ dicitur, φ ad uoluntatẽ pertinet mouere alias potentias ex rõne finis. Est ergo uis rõnis huius hęc. Omne agens agit pp finẽ, appetitũ uel appetitu naturali, uel animali, seu intellectuali sed uolũtas mouendo tam alias potentias, q̃ se, est agens. ergo actio illa est ab ea ex appetitu finis uel naturali, uel animali &c. Sed non ex appetitu naturali: quia sic non moueret se, sed dãs naturam moueret illam eo modo, quo grauia & leuia mouẽtur a generante nec esset uoluntariũ illud agere, ut patet: cuius oppositum significat uoluntatem mouere se. ergo est ex appetitu animali, seu intellectuali, idest, ex uolitione finis, quod est intẽtum. Agere.n. ex præuolitione finis, & mediante consilio idem sunt: sicut cognoscere ex principijs, & mediãte syllogismo, idẽ est. Hæc aũt ratio procedit ex per se notis cõmunib* animi cõceptionibus, ut de se patet. unde nullã hẽt calũniã & utranq; exponentẽ illius exclusiuæ probatã cõplectitur euidentẽ. Et p hoc patet respõsio ad ultimã obiectionẽ cõtra rõnẽ. Scito secũdo, φ ut inferius q. 16. ar. vlti. ad 3. & q. 17. ar. 5. ad tertium patet, uoluntarij actus uoluntatis sic supra se ipsos reflectuntur, ut quilibet eorum implicite, uel explicite, formaliter, uel uirtualiter, habeat rõnẽ uoliti obiectiue, & nõ solum per modum actus. Dum.n. eligo unam contẽplatiuã, cõsentio in talẽ electionẽ, & utor uolũtate mea ad actum eligẽdi applicãdo illã. Et sic electio ipsa ẽ actus, & est uolita ut obiectũ, & consensus usus. Et econtra, dum utor uoluntate mea, applicando illam ad amandũ Deum, consentio in talẽ usum, & eligo illũ. & sic usus hẽt rõnẽ actus, & cũ hoc est uolitus ut obiectũ cõsensus & electionis. Et similiter dũ consentio in amicitiã diuinã, utor uolũtate, applicando ad consensum, & eligo eundẽ: & similiter cõsensus est actus & uolitus, ut obiectum electionis & usus. Quia igitur nõ quãdoq;, sed semper cũ uolũtas mouet se, utẽs seipsa applicãdo, se ad uolẽdũ, uel nolendũ &c. Et omnis huiusmodi actus ẽ implicite uel explicite, formaliter uel uirtualiter uolitus, ut obiectũ: licitum fuit authori ex negatione uolũtarij obiectiue in huiusmodi actibus, inferre negationem uoluntarij simpliciter: Et hoc nõ solum quali gratia materiæ, scilicet actuũ huiusmodi, in quibus uoluntarium, ut actus, nõ inuenitur sine uoluntario, ut obiectum, ut dictum est sed ẽt gratia formę: quia si subtiliter perspiciatur distinctio uolũtarij in uoluntarium, ut uolitum & uoluntarium: quia in potestate uolũtatis nõ est distinctio in disparata genera uolũtarij, sed est distinctio distinctorum modorũ penes directe uel indirecte: Voluntariũ enim ut uolitum, est directe uoluntarium; uoluntarium uero, quia in potestate uoluntatis est indirecte, ea indirectione: quia. s. subest potestati uoluntatis, ut sit obiectũ eius uolentis, aut nolentis: hac enim sola ratione uoluntariũ induit. Vnde cum uoluntarium secundo modo, in idem redeat cũ uolũtario primo mõ, licuit ex omnimoda negatione uolũtarij primo modo, inferre formaliter negationẽ uoluntarij simpliciter. Vt enim iam patet, uoluntarium, quia in potestate uolũtatis ad uoluntarium simpliciter ut obiectum, reducitur sicut obiectũ indirecte ad obiectum directe, & consequenter sub omnimoda negatione obiecti utriusq; modi negatio cõprehẽdit. Et p hoc patet respõsio ad alias nostras obiectiones cõtra rõnẽ. Scito tertio,

quòd

19 Porretta. per 1 tum.
Inf. q. 17 art. 5. a. 1. 2. & q. 80. ar. 1. corp. & 1. q. 125 a. 4. & qõ. 106. ar. 1 cor. & q. 111. art. 1 cor. et 3 contra. c. 88. & 89.
* q. 6. a. 4.
* ar. 1. huius quæs.
concl. m
* ar. præc.
* libr. 7. mor. eul. demior. c. 18. 10. 5.

quòd aliud est loqui de volitione: & aliud de volitione ut a uoluntate applicante seipsam ad uolendū. Volitio enim nil aliud dicit, nisi operationem uoluntatis, qua vult: & certum est quòd ad volendum sufficit uoluntas cum obiecto. Sed ad uolendū à se, ita quòd ly a se dicat causalitatem, applicantem seipsam ad volendum, nō sufficit uoluntas cū obiecto, sed exigitur uolē[di] is præuolens finē. & rō huius est, quia velle a se, non solū importat uelle, sed agere, seu mouere: quod quia oportet fieri pp finem, præexigit natura, uel tpe appetitum finis, ut dictum est. & nō aduertere hoc, causa est loquendi. Et quia actio ipsa est magis pp finem, quàm obiectum, & uolitio quàm uolitum; ut patet cum amo deum, diuus Thomas quo supra hoc, quia agens agit pp finem, ædificabat applicationem uoluntatis ad uolendum in rōne uoliti pp finem contemplatus maxime est: & ex ea sic accepta, ueritatem inuenit, atque docuit. Vnde quàm ois uolitum ut obiectum, habeas directius rōnem uoliti, quàm uolitum vt actus: uoluntariū tñ ut actus, habet magis rationem eius quod est esse pp finē, quam obiectum actus. Et propterea hoc in loco, ubi tota uis consistit in hoc, quia est esse volitū pp finē, actio ipsa per modū actionis exercita, primum tenet locum. Et per hæc patet responsio ad rationem Scoti.

¶ Ad id uero quod contra conclusionē obiecit, facillime respondetur, negando sequelam. Quamuis enim primus actus uoluntatis sit ex instinctu dato ab exteriori, non obiecto, sed cā effectiua, Deo: ipsa tamen iā ex hac motu uolitione seipsā mouet ad uolendū alia pp finem, quod bruta non conuenit, quæ ad oīa mouetur ab instinctu. Est igr authoris sententia quia sicut generās graue, dat grauitatem naturalem appetitum motus & loci deorsum, & propterea cessante impedimēto: graue ex appetitu accepto mouetur deorsum, & quiescit: ita genitor uoluntatis dat ei naturalem inclinationē in bonum, ita quia proposito per intellectum bono, absque impedimento, uolūtas tendit in illud actu elicito, qui est uolitio. Et hic actus dr esse ab exteriori agente, ea rōne, qua motus grauis a generante dicitur, & merito: quia ad hunc actum uoluntas non concurrit ut propter finem agens, sed ut ad finem tendens ex directione superioris agentis, ordinantis ipsam in hoc. Et propterea hic act[us] licet sit uelle, & uoluntatis, & a uoluntate ut eliciente actum: non tamen est uoluntarius: quia non est a voluntate ut applicante se ad volendū sed naturalis: quia dator naturæ applicat ipsam mediante inclinatione data ad volendum. Oportet enim, ut in litera dr, dari processum in infinitum in uolontarijs, nisi deueniatur ad unum non uoluntarium, sed naturalē actum uoluntatis, in quo sit status.

SVP. QVÆS. IX. ART. V.

Ferr. 3. cont. c. 84.
Palud. 2. d. 15. q. 3.
Medina ar. 5.

In corpore quinti articuli dubium occurrit, Quare res immaterialis, forma lioris, & uniuersalioris naturæ, & uirtutis quàm sit corpus, pōt directe moueri a corpore ut ab obiecto: & non pōt moueri ab eo ut a motore ad exercitiū. Sicut enim ad primam motionē sufficit in mouente concl. p maior nobilitas secundum quid, ut in hac quæstione, articulo secundo ad primū dr, ita in secunda: ut patet ex hoc quia uolūtas mouet intellectū ad exercitiū: & tñ apud diuum Thom. est secundum quid nobilior intellectu. Et rursus ratio assignata in litera non minus excludit primam motionem, quàm secundam. Ea hæc enim quòd mens est forma.

*1a cor. art.

Ca Porrecta per totum. 1. q. 15. ar. 3. & 4. Et 2a. q. 95. a. 5. 6. & 7. Et 2. d. 15. q. 1. art. 2. & 3. Et 3. contra gentes 84. usque 93. Et ue. 11. q. 5. ar. 9 & 10. Et opu. 2. ca. 129. 130. & 161. & opusc. 10. art. 19 & opusc. 2. cap. 5. & opusc. 26. †Li. 8. tex. 76. c. 1. *Cap. 4. in prin. c. 3.

†Cap. 7. parum a med.

*Text. 41. 10. 2.

*Li. 2. tex. 150. 10. a.

tet addere, quia nullam conferat vim patiens: quod nō cōtingit, dum uolūtas ab exteriori mouetr: nā ipsa est quæ vult, ab alio tñ mota. Esset autem motus iste uiolentus, si esset cōtrarius motui uoluntatis, quod in proposito esse non potest: quia sic idem B vellet, & non uellet.

Ad 3m dicendum, quia uolūtas quantum ad aliquid sufficienter se mouet, & in suo ordine, s. sicut agens proximum: sed non potest seipsam mouere quantū ad omnia, ut * ostensum est. unde indiget moueri ab alio, sicut a primo mouente.

Articvlvs V.

Vtrum voluntas moueatur a corpore cælesti.

C Ad qvintvm sic procedit. Vr quia uoluntas humana corpore cælesti moueatur. Omnes enim motus uarij, & multiformes, reducuntur sicut in causam, in motum [h] uniformem, qui est motus cęli, ut probatur octauo † Physic. sed motus humani sunt uarij, & multiformes, incipientes postquàm prius nō fuerant. ergo reducuntur in motū cęli, sicut in causam, qui est uniformis secundum naturam.

¶ 2 Præt. Secundū August. in 3.* de Trin. Corpora inferiora mouentr per corpora superiora: sed motus humani corporis, qui causatr a uoluntate, nō posset reduci i motū cæli, sicut in cām, nisi ēt[h] uolūtas a cęlo moueretr. ergo cęlum mouet uoluntatem humanam.

¶ 3 Pręt. Per obseruationē cęlestium corporū Astrologi quędā uera prænuntiant de humanis actib. futuris, quæ sunt a uolūtate: qđ nō esset, si corpora cęlestia uoluntatem hois [h] mouere nō possent: mouetur ergo uolūtas humana a cælesti corpore.

Sed contra est, qđ † Dama. dicit in 2. lib. quia corpora cælestia non sunt causæ nostrorum actuum: essent aūt si uoluntas, quæ est humanorum actuum principium, a corporib. cælestib. moueretur: non ergo mouetur uoluntas a corporibus cælestibus.

Respon. Dicendum, quia eo [m] modo, quo uoluntas mouetr ab inferiori obiecto, manifestū est quia uolūtas potest moueri a corporibus cælestibus, * inquantū B s. corpora exteriora, quæ sensui proposita mouent uolūtatē, & ēt ipsa organa potentiarū sensitiuarum, subiacent motibus cælestiū corporū. Sed eo mō, quo uoluntas mouetur, quantum ad exercitium actus, ab aliquo exteriori agēte, adhuc qdā posuerunt corpora cęlestia directe īprimere in uolūtatē humanam: sed hoc est impossibile. Volūtas enim, ut dr in 3. de anima, * est in C rōne. Rō autem est potētia aīæ, non alligata organo corporali. vnde relinquitur, quia uolūtas sit potētia oino immaterialis, & incorporea. Manifestū est aūt, quia nullū corpus agere pōt in rem incorporeā, sed potius ecōuerso, eo quia res īcorporeæ & īmateriales sūt formalioris, & uniuersalioris uirtutis, quā quæcūque res corporales. vñ[p] impossibile ē, quia corpus cęleste īprimat directe ī D intellectū, aut uolūtatē. [q] Et pp hoc Aris. in lib. * de aīa, recitans opinionē dicētiū, quia talis est uolūtas in hoīb. qua'ē in eis īducit pr deorū, uirorūque, s. Iupiter, p quē totū cælū intelligunt, attribuit eis qui ponebant intellectū nō differre a sensu. Oēs. n. uires sēsitiuæ, cū sint actus organorū corporaliū, p accidens moueri pñt a cęlestib. corporib. motis. s. corporib. quorū sūt actus: sed E quia dictū est, qđ appetit[s] intellectiuus quodāmō mouetur ab appetitu sensitiuo, * indirecte reducant motus cælestium corporum concl. s in uoluntatem, inquantum scilicet per pasiones appetitus sensitiui uoluntatem moueri contingit.

Ad primvm ergo dicendū, quia multiformes mot[us] volūtatis humanæ reducunt in aliquam cām uniformē, quæ est in intellectu, & uoluntate superiorū: qđ nō pōt dici de aliquo corpore, sed de aliqua superiori substantia immateriali. vñ nō oportet quia motus uolūtatis in motū cęli reducatr, sicut in cām.

Ad 2m dicēdū, quia motus corporales humani reducunt in motū cęlestis corporis, sicut in cām, in-

maioris, & uniuersalioris, virtutis, q̃ corpus, excludit passio a corpore nō solū ut effectiuo, sed etiā ut a formali principio, qđ ē excludere mouenē ab eo p modū obiecti, ut in 1. arti. huius q̄ dictum est.

¶ Ad hoc breuiter dr, q̄ secūdū ueritatem neutro mō corp⁹ pōt agere in rē immaterialē pp rōnē allatam, & plures alias, quas uide, si vis, in 3. contra Gent. c. 84 & 85. Vñ & in 1. parte dictū ē, & declaratū, q̄ phantasmata nō nisi facta in actu lumine intellectus agentis posūt mouere intellectum. Et usque adeo diuus Thom. in q. 84. art. 6. hoc pōderauit, ut eō cluderet, q̄ iora cognitio sensibilis, usque. s. ad cogitatiuā inclusiue, non est tā intellectualis notitiæ, sed ē materia cāx, s. intellectus agentis. Rō aūt quare cōceditur & hic & alibi, q̄ uolūtas, seu intellectus, mouet ab exteriori tāquàm ob iecto, & non tāquàm a motore ad exercitiū, est q̄a ad mouendū obiectiue exteriora cōcurrunt, & si nō sufficienter, tñ inchoatiue mediate, & ut materia obiecti. Ad mouēdū aūt ad exercitium, nullo mō cōcurrunt ex parte motoris ad exercitiū. Est n. talis motor solus De⁹ cū ipsa uolūtate, ut in q̄one patet.

*At. 2. huius q. & p. p. 80. & 81.

*Parum a princ. libri.

Ca 17. eiusdem fin. l. 3.

SVPER QVAES. IX. ART. VI.

Ferr. 3. cont. c. 88. 89. Ca. 3. d. 25 q. 1. con. 3 Medina ar. 6.

IN art. 6. eiusdē q̄stiōo. aduerte duo. Primo, q̄ q̄a in titulo exprimitur ly, sicut ab exteriori principio, non oportet in corpore articuli, cū de cā motus naturalis, uel voluntarij agit, facere, uel subintelligere disiunctiuā: puta, q̄ non pōt causari, nisi a dāte naturā, seu uoluntatē, uel a seipso. Hoc. n. licet uerū sit absolute, in genere tñ exterioris principij si cōprehendit ipsummet, q̄ est principiū intrinsecū, sed solummō datoc naturæ, aut uoluntatis. Secundo, q̄ in rñsione ad tertium hr, q̄ De⁹

Et Ferrariensis per totum. Inf q. 80. ar. 1. Et 1. q. 101. ar. 4. & q. 111. ar. 2. Et 3. contra, c. 88. 89. 91. & 92. pri. Et mal. q. 3. a 3. cor. & q. 16. ar. 5. cor. & d. 13.

quātū ipsa dispositio organorū ꝯgrua ē ad motū aliqualiter ex impressiōe cęlestiū. corporū, & inquātū ēt appetitus sensitiuus ꝯmouet ex impressione cælestiū corporū: & ulterius inquātū corpora exteriora mouent̃ sm̃ motū cælestium corporū, ex quorū cōcursu uolūtatis incipit aliqđ velle, & ñ uelle: sicut adueniēte frigore īcipit aliqs uelle facere ignē: sed illa motio uolūtatis est ex parte obiecti exteri⁹ p̄sētati, nō ex parte interioris instinct⁹.

Ad 3ᵐ dicendū, q̄ sicut* dictū est, appetitus sensitiuus est actus organi corporalis: unde nihil ꝓhibet ex impressione corporū cælestiū aliquos esse habiles ad irascendum, uel concupiscēdū, vel aliquam hmōi passionem: sicut & ex complexione naturali plures hoīum sequuntur passiones, quib. soli sapientes resistūt. Et iō, ut in plurib. uerificant̃ q̄ pronuntiantur de actibus hominum sm̃ considerationem cælestium corporum. Sed tamen, ut Ptolemæus dicit in Cētiloquio, Sapiens dominatur astris, scilicet, quia resistens passionib. impedit per uoluntatem liberā, & nequaquam motui cælesti subiectam, hmōi cælestium corporū effectus: uel, ut * Aug. dicit 2. super Gene. ad literam, fatendum est, qñ ab Astrologis uera dicūtur, instinctu quodam occultissimo dici, q̃ nescientes humanæ mentes patiuntur, quod cum ad decipiendum homines fit spirituum seductorum operatio est.

ARTICVLVS VI.

Vtrum voluntas moueatur a Deo solo, sicut ab exteriori principio.

AD SEXTVM sic proceditur. Vr̃ q̄ uoluntas non a solo Deo moueatur, sicut ab exteriori principio. Inferius enim natū ē moueri a suo superiori, sicut corpora inferiora a corporibus cælestibus: sed uoluntas hoīs habet aliquid superius post Deum s. angelum. ergo uolūtas potest moueri, sicut ab exteriori principio, etiam ab angelo.

¶ 2 Præt. Actus uoluntatis sequitur actum intellectus: sed intellectus hominis reducitur in suum actum non solum a Deo, sed ēt ab angelo per illuminationes,

F vt Dionys. dicit: ergo eadem ratione & uoluntas.

¶ 3 Præt. Deus non est cā nisi bonorum, sm̃ illud Genes. 1. Vidit Deus cuncta quę fecerat, & erāt valde bona. Si ergo a solo Deo uoluntas hoīs moueretur, nunquam moueretur ad malū: cum tñ uoluntas sit qua peccatur, & recte uiuitur, ut * Aug. dicit.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Phil. 2. Deus est q̄

G operat̃ in nobis uelle, & pficere.

RESPON. Dicendum, q̄ motus uoluntatis est ab intrinseco, sicut & motus naturalis. Quāuis aūt rē naturalem possit aliquid mouere, qđ nō est cā naturę rei motæ; tñ motū naturalē cāre nō pōt, nisi quod est aliqualiter cā naturæ. Mouetur enim lapis sursum ab hoīe, qui naturam lapidis nō causat, sed hic motus nō est lapidi naturalis: naturalis autem motus eius nō cātur nisi ab eo, qđ

H causat naturā, unde dr̃ in 8. Physi.* q̄ generans mouetur secūdum locum grauia & leuia. Sic ergo hominem uoluntatem habentem contingit moueri ab aliquo, qui non est causa eius: sed, q̄ motus uoluntarius eius sit ab aliquo principio extrinseco, quod non est causa uoluntatis, est impossibile. uoluntatis autem causa nihil aliud esse potest, quàm Deus. Et hoc patet dupliciter, Primo quidē ex hoc q̄ uoluntas est potentia animæ rationalis, quę a solo Deo causatur per creationem, ut in 1. dictum ē.* Secundo uero ex hoc, q̄ uoluntas habet ordinem ad uniuersale bonum. unde nihil aliud potest esse

I uoluntatis cā, nisi ipse Deus, qui est uniuersale bonum. Omne aūt aliud bonū ꝑ participationem dr̃, & est quodda particulare bonum: particulari, aūt cā non dat inclinationem uniuersalem. Vnde nec materia prima, quæ est in potentia ad omnes formas, potest causari ab aliquo particulari agente.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Angelus non sic est supra hominem, quòd sit causa uoluntatis eius: sicut corpora cælestia sunt causa formarum naturalium, ad quas consequuntur naturales motus corporum naturalium.

Ad 2ᵐ dicendum, q̄ intellectus hominis moue-

K tur ab angelo ex parte obiecti, quod sibi proponitur virtute angelici luminis ad cognoscendum. & sic etiam uoluntas ab exteriori creatura potest moueri, vt * dictum est.

Ad 3ᵐ dicendum, q̄ Deus mouet uoluntatē hominis, sicut uniuersalis motor, ad uniuersale obiectum uoluntatis, quod est bonū. Et sine hac uniuersali motione homo non potest aliquid uelle: sed homo per rōnem determinat se ad uolendū hoc, uel illud, quod est uere bonum, uel apparens bonū. Sed tamen interdum specialiter Deus mouet aliquos ad aliqđ determinate uolendū, qđ est bonum: sicut in his, quos mouet per gratiam, vt * infra dicetur.

non solū potentiam uoluntati dat, sed a- ... dum nolendi clausum in omni actu uolēdi ipsam, s. uolitionem boni. In omni enim uolitione hac uolitio claudit, ut principiū in cōclusiōe. Et ppea in litera dr, q̄ ex hac uolitione uolūtas p rōnem determinat se ad hoc, uel illud bonū, uere uel apparenter, & sine illa psuppositoa uolitione, nihil omnino uelle pōt: sicut nec. sine principiorū cognitione, intellectus aliquid nosse pōt. Et hæc uolitio est illa, ad q̃ dictū est oportere uolū a eam moueri ab alio, ad exercitiū actus. Secundū hanc n. fertur actu in finē, & ex hac vult quicquid vult.

*Ca 4. de diui. nō. temo. te a prin.

*Lib. 1. retracta. c. 9 l me. t. 1.

*Tex. 17. 29. 30. 31. 2. 3. 2. concl. in concl.

*p. p. q. 90 ar. 2. & 4.

*Art. 4.

*q. 109. & 112.

QVÆ-

QVAESTIO X.

De modo quo voluntas mouetur, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de modo, quo uoluntas mouetur.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primo, Vtrum uoluntas ad aliquid naturaliter moueatur.

¶Secundo, Vtrum de necessitate moueatur a suo obiecto.

¶Tertio, Vtrũ de necessitate moueatur ab appetitu inferiori.

¶Quarto, Vtrum de necessitate moueatur ab exteriori motiuo, quod est Deus.

ARTICVLVS I.

Vtrum voluntas ad aliquid naturaliter moueatur.

AD PRIMVM sic procedit. Videtur ꝙ volũtas nõ moueat ad aliquid naturaliter. Agẽs enim naturale diuidit ꝯ h uolũtariũ, ut patet in principio 2. Phy. non ergo uoluntas ad aliquid naturaliter mouetur.

¶2 Præt. Id quod est naturale, īest alicui semp, sicut igni eẽ calidũ: sed nullus motus inest uoluntati semper: ergo nullus motus est naturalis uoluntati.

B ¶3 Præt. Natura est determinata ad vnũ: sed uoluntas se habet ad opposita, ergo uoluntas nihil naturaliter vult.

SED CONTRA est, ꝙ motus uoluntatis sequitur actum intellectus: sed intellectus aliqua intelligit naturaliter. ergo & uoluntas aliqua vult naturaliter.

RESPON. Dicendum, ꝙ sicut Boetius dicit in lib. de duab. naturis,* & Philosophus in 5.† Metap. Natura dicitur multipliciter: quandoq; enim dicitur principium intrinsecum in reb. mobilibus: & talis natura est uel materia, uel forma materialis, ut patet in 2.* Physic. Alio modo C dicitur natura quælibet substantia, uel quodlibet ens: & ſm hoc illud dicitur esse naturale rei, qđ conuenit ei secundum suã substantiam. & hoc est, quod per se inest rei. In omnib. aũt, ea quæ non per se insunt, reducunt in aliquid qđ per se inest, sicut in primum: & iõ necesse est, ꝙ hoc mõ accipiendo naturã, semp principiũ in his q̃ cõueniunt rei sit naturale: & hoc manifeste apparet i itellectu. Nã pricipia ītel D lectualis cognitiõis sũt natura-

*Boetius paulo a principio lib. †tex. 5. 1. 3. *tex. 4. vs asse, t. 2. D. 196.

SVPER QVAEST. X. ART. I.

Scot. 1. d. q. 4. Mairo. 1. d. q. 7. Egi. 1 ſ d. 1. q. 3. pri. prin. Cap. 1. d. 1. q. 3. ar. 1. con. 3. & 4. d. 49. q. 3. con. 2. Medina ar. 1.

IN q̃one decimæ ar. 1. Scito ꝙ ly naturaliter, in titulo positum, sumitur ut distinguitur contra ly libere.

¶In corpora eiusdẽ primi art dubiũ occurrit, ex eo ꝙ author diuertere uĩ a proposito dũ quæstio est de naturali, ut distinguit contra liberũ: & solutio quæstionis est de naturali, ut distinguitur contra accidentale, ut patet in litera. ¶Ad hoc breuiter dr, ꝙ quia naturale, ut distinguit contra liberũ, sequit ad naturale, i. substantiale (omne n. substãtiale, ẽ naturale) ex hoc ꝙ author declarauit, ſ uoluntate inueniri motũ naturalem, i. substantialẽ, optime satisfecit quęsito, An sit talis mot⁹ naturalis, vt distinguit cõtra liberũ. Ea aũt fuit tõ processus: q. videlicet iõ significata p nomẽ naturalis aperiãda erat. Ferrar. vñ si ois subã, natura ẽ, q. quid secundũ a. q. 41. ar. substãtiã inest, secũ 2. co. Et dũ naturã inest, ac p q. 21. hoc, & substãtiale & ar. 5. & 9. naturale ẽ: sc̃dm sub Et ma. q. stãtiã aũt inest, q. q. re artu. 4. p se inest: ergo iuxta ad 5. hãc naturæ significatione, qua & uolũtas *Et etiã natura est, p se inest, tex. 49. 10. & secundũ substãtiã, 2. & naturaliter, idem sunt. Hæc aũt æquualere naturali, ut distinguitur cõtra liberũ, patet ex eo, q. a liberũ habet pro cã, uelle naturale aũt, esse. Id enim solũ libere fit, qđ fit q. a vult: & id solum naturaliter inest, quia est, ut in prima parte dictũ est. Quicquid autem, secundum substantiam, seu per se inest, clare patet quòd inest, quia talis esse, substantialis est, & non quia sic vult. Nulla ergo diuersio hic fuit, sed alia perscrutatio naturalis, ex qua doceremur naturalitatem in omnibus inuenire, sicut author fecit. Ex hac enim rõne naturalis, adiuncta altera propositione communi, scilicet ꝙ per se prius est his, quæ non sunt per se, intulit uniuersalem regulam, scilicet, quòd principium conuenientium alicui inest naturaliter, id est, per se, & secundum substantiam, & quia est talis naturæ, & non quia vult. Ex hac. n. regula, subintellecta minore, scilicet ꝙ motus conuenientes uoluntati, sunt ordinati secundum rationem principij, & principiati, quod est per se notum, statim habetur intentum, s. quòd aliquis motus inest uoluntati secundum substantiam per se naturaliter, quia est talis, & non quia vult.

¶In eiusdem articuli corpore, nota triplex poni naturaliter uolitum. Primo bonum: secundo beatitudinem: tertio omnia conuenientia uolenti secundum suam naturam. Et de primis quidẽ duobus, euidens ratio in litera redditur: de tertio autem non. Vnde & dubitatur & de ipso, & de eius ratione. De ipso quidẽ, quia appetimus oppositum, dum eligimus non conuenientia secundum naturam, ut nescire, non uiuere. Nec euaditur dicendo, quòd hoc appetimus per accidens: quoniam opposita eorum, quæ naturaliter uolumus, nec per se, nec per accidens uelle possumus: ut patet de primo & secundo. De ratione uero, scilicet, quia per uoluntatem appetimus etiam pertinẽtia ad alias potentias, & totum hominem: quandoquidem nulla apparet connexio horũ ad illam conclusionem. Vnde enim sequitur. Per uoluntatem appetimus etiam pertinentia ad alias potẽtias & totum hominem: ergo naturaliter uolumus omnia cõuenientia

A ria uolentib. secũdum suam naturã. Ad primum horũ breuiter dr, ꝙ sicut in rebus exterioribus naturale inuenitur dupliciter, s. semper, uel frequenter, (Motus enim cælestes, naturales sunt ut vniuersaliter, & semper indeficientes a naturali cursu: motus uero inferiores naturales sunt ut in pluribus. & frequenter indeficientes) ita & in uoluntatis motib. naturalib. inuenit naturalitas utroq; mõ. Nã ad quędã uolũtas sic naturaliter est determinata, ut nõ possit aliquo pacto uelle oppositũ. Ad qdã sic naturaliter determinata ẽ, ut possit p accidẽs oppositũ uelle. In primo ordine, sunt duo prima uolita in lĩa numerata. In secũdo uero ẽ tertiũ uolitorũ genus: vñ ad hoc tertiũ uolitũ uolũtas nõ plus vĩ naturaliter inclinata, q̃ uolũtas affecta habitu uirtutis acq̃sitę ad op⁹ illius uirtutis, nisi ꝙ q̃to inclinatio ex natura potior ẽ, q̃ ex acq̃sito habitu. Et sicut uoluntas in iustitia habituata põt iniusta sapere: ita uolũtas naturaliter īclinata ad bonũ cõueniẽs uolẽti secũdũ suam naturã, põt eius oppositũ uelle. ¶Ad sc̃dm uero dr, ꝙ licet uerba illa lĩæ, si sola sumant, nõ inferãt nisi extẽsionẽ uolũtatis. & eius obiecti ad hoc tertiũ: si tñ intelligant cõ dictis p̃cedẽtib. inferũt naturalitatẽ mot⁹ uolũtatis in hoc terminum. Ad cuius euidẽtiã scito, ꝙ uoluntas tripliciter sumitur, s. ut quædam potentia: secundo, ut eliciens ex quodam in quiddam: tertio, ut appetitus ipsius totius uolentis. Et quidem quia uoluntas potentia quædam est, ideo naturaliter fertur in bonum, quod est uolitum, primo positũ in lĩa. Quælibet. n. potentia naturaliter determinata est ad suum obiectũ, ita quod non põt in oppositum. Quia uero est uolitiua cuiusdã ex quodam secundũ rõnem causæ & causati: ideo naturaliter vult beatitudinem, quæ finale principium est: quod uolitum, est secundo positum. Quia aũt est a natura data uolenti, non solum ut uelit sibi ipsi uoluntati, sed ẽt ut uelit ipsi uolenti secundum seipsum & suas partes: iõ naturaliter vult bonum conueniens uolenti secundum suam naturã: quod est volitum tertio loco in litera positum. Quodlibet enim horum trium habet rõnẽ primi per se, & secundũ substantiã. Obiectum. n. & primo respectũ principiũ, est causa cæterorum: proprium uero infra principij E rationem clauditur. Amicabilia. n. quę sunt ad alios, ueniunt ex amicabilibus ad se. Et si hoc longius repetendum esset, dicendũ esset, ꝙ quia uolitio pendet ex uolito & uolente, utrunque intra uoluntatiõis motuum inditum esse oportet. Et ex uolito quidẽ inditus est uoluntati motus in beatitudinem, qui, vt pote mot⁹ in finẽ primariũ, complectẽs in se totã obiecti perfectionẽ, principiũ ex ea parte est reliquorũ motuũ. ex parte uero uolentis, inditus est uoluntati motus in propriũ bonũ: utrumque. n. tradidit Arist. cũ dixit: Amabile qdẽ bonũ, unicuiq; aũt propriũ. Cũ igit author ex hoc, ꝙ uoluntate uolumus nõ solũ ad ipsam spectantia, sed etiam ad uolentem, intulit ꝙ naturaliter uolumus conuenientia secundum naturam, uerã cãm reddidit, intendẽs per medio assumere, ꝙ uoluntatem sortiti sumus pro nobis, ac per hoc ad proprium bonũ determinatam. Vnde & in q. de uirtu. ar. 5. & inferius in q. 50. & 56. Nulla uirtus in uoluntate ponit ad ppriũ uolẽtis bonũ: quia ad hoc naturaliter determinata ẽ. ¶In respõsione ad primũ eiusdẽ artic. aduerte distinctionem da

uoluntatis. consideratur.n. multipliciter. Sed quantū ad proposi- F tū litera insinuat dupliciter.s.ut res,& ut causa. Est.n.& in genere rei res talis, puta, apta nata uelle: & in genere cause, cā talis, po- ta, libera. Cū autē uoluntas distinguitur cōtra naturā, nō distinguitur ut res talis contra talē rē, sed ut cā talis, contra cām talem. Est. n. res talis, s. apta nata uelle, natura q̄dā habens sibi connata talia, sicut & caeterae naturae: sed talis cā, s. libera ut sic, nō est talis cā, qualis est natura. Haec.n. est cā, q̄a est: ac per hoc est cā determinata ad unū. Illa uero causat, quia uult: ac per hoc est cā libera ad utrūlibet. Vnde distinguuntur uoluntas & natura in rōne causae, secundū proprias causandi differentias. Propter q̄ & in secundo Phys. & in 9. Metaph. non nisi in ordine carū, uel potētiarū distinguunt. Et si in his perspexeris, q̄ rō causae in natura spectat ad eam, inquantum res est, uidebis pariter, q̄ uolūtas utriusq; cāe rōnem habet. Nam quatenus res talis est per modum naturae, causalitatē habet: quicquid enim causat aliquid, quia talis res est, naturaliter causat illud. Quatenus uero electiua est per modū proprium, id est, libere, a proposito ad utrū libet &c. causalitatē habet, & non naturaliter: quicquid enim causat quia uult, libere causat. Et si ulterius perspexeris, q̄ natura (ut in litera dī) est cā essentialiter prior cā uoluntaria, quia esse in utroq; est prius q̄ operari &c. uidebis quoq;, q̄ uoluntas nō solum natura quādam est, sed prius habet naturae rōnem, & cālitatem, quàm ppriā. Et si postremo penetraueris, q̄ in causis essentialiter ordinatis, coniunctis in una re, id quod est prioris causae proprium, participatur a posteriori, ut supremū infimi, attingat infimū supremi: uidebis, q̄ uolūtatis prima opera oportet esse naturalia, & prius ipsā uelle aliqd naturaliter, quàm libere. Et hanc sub oculis si prospiciēs sectatus fueris, habebis clarā solutionē Scoticae argumentationis in materia de processione Spiritus sancti, & de naturalitate uolūtatis: q̄ oīa in prima parte tractata sunt. Distinxit enim uoluntatē contra naturā, nō solū in genere causae, sed in genere rei. Et iō intulit omnimodam disparationē, cum tñ sint causae essentialiter subordinatae, ut hic, & in q. praecedente, art. 4. de earum actibus patet. Voluntas.n. non solum prius habet naturae rōnem, ut in litera dicitur, quam causalitatis propriae: sed uelle naturale oportet esse principium uolendi libere. ¶In responsione ad secundum, diligentissime notato doctrinā ibi traditam circa distinctionē conuenientiū alicui naturaliter.

cont.m

liter nota. Similiter ēt[m] principiū motiuū uolūtariorū oportet eē aliqd naturaliter uolitū. Hoc aūt ē bonū in cōi, in qd uolūtas naturaliter tēdit: sicut ēt q̄libet potētia in suū obiectū, & ēt ipse finis ultimus, qui hoc mō se habet in appetibilibus, sicut prima principia demonstrationū in intelligibilib. & uniuersaliter oīa illa quae conueniunt uolenti ẽm suam naturā. *Nō.n. p uoluntatem appetimus solū ea, q̄ pertinent ad potētiā uolūtatis: sed ēt ea, quae pertinent ad singulas potētias, & ad totū hominē. Vñ naturaliter hō uult nō solū obiectū uolūtatis, sed ēt alia q̄ cōueniūt alijs potētijs, ut cognitionē ueri, q̄ cōuenit intelle- H ctui: & eē, & uiuere, & hmōi alia, q̄ respiciūt cōsistētiā naturalē: q̄ oīa cōprehēdūt sub obiecto uolūtatis, sicut qdā particularia bōa.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ uolūtas diuiditur cōtra naturā, sicut una cā contra aliam; quędam.n. fiunt naturaliter, & quędā fiunt uoluntariè. Est aūt alius modus causandi proprius uoluntati, q̄ est domina sui actus, praeter modum, qui conuenit naturę, q̄ est I determinata ad unū. Sed qa uoluntas in aliqua natura fundat, necesse ē q̄ modus pprius naturae, quantū ad aliquid, participetur a uoluntate: sicut qd̄ ē prioris cāe, participat a posteriori. Est.n. prius in unaquaq; re ipsū esse, quod est p natura, q̄ uelle, qd̄ est p uoluntatē, & inde ē q̄ uoluntas naturaliter aliqd uult.

AD 2[m] dicendū, q̄ in reb. naturalibus id, quod est naturale, K quasi consequens formam tm̄, semper actu inest, sicut calidū igni. Qd̄ aūt est naturale sicut consequens materiam, nō semper actu inest, sed quandoque ẽm potentiam tm̄. Nam forma est actus: materia uero potētia. Motus aūt est actus existētis in potentia: & iō illa quae pertinēt G ad motū, uel quę sequunt motū in reb. naturalibus, non semper insunt: sicut ignis non semper mouet sursū, sed qñ est extra locū suum. Et similiter nō oportet q̄ uolūtas, q̄ de potētia in actū reducit, dū aliquid uult, semper actu uelit: sed solū qñ est in aliqua dispositione determinata. Voluntas aūt Dei, quae est actus purus, semper est in actu uolēdi.

AD 3[m] dicendum, q̄ semper naturae respōdet unū proportionatū naturae. Naturę.n. in genere, rñdet aliquid unū in genere: & naturae in specie acceptae, rñdet unū in specie: naturę aūt indiuiduatae, rñdet aliquid unū *indiuiduale. Cum igit uolūtas sit quędā uis immaterialis, sicut & intellectus, rñdet sibi naturaliter aliquod unum cōe.s. bonū: sicut etiam intellectui aliquod unum cōe.s. uerum, uel ens, uel quicquid est hmōi. Sub bono autem cōi multa particularia bona continentur, ad quorum nullum uoluntas determinatur.

ARTICVLVS II.

Vtrum uoluntas moueatur de necessitate a suo obiecto.

AD SECVNDVM sic procedit. Vr̄ q̄ uoluntas de necessitate moueat a suo obiecto. Obiectū enim uolūtaris comparat ad ipsā, sicut motiuū ad mobile ut patet i tertio de aīa: sed motiuū, si sit sufficiēs, ex necessitate mouet mobile. ergo uolūtas ex

* Cap. 1. a medio.
* Lib. 2. c. 22.
* ar. p̄ced.
Concl.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ intentio authoris eſt loqui uniuerſaliter, & ꝙ actus appetitus ſenſitiui, pro quanto pendēt ex parte aiæ, uniuerſaliter ſubſunt imperio rōnis, & uoluntatis. nec eſt uerũ, ꝙ uelit quis perfecto imperio triſtari, & non triſtetur: quãuis plures contingat, ꝙ uelit quis triſtari, & nō triſtatur, quia non perfecte hoc vult. Et hoc dico, ſi nō hēt diſpoſitionem organi repugnantem. Sicut. n. cōtingit totaliter impediri actum ex parte organi, dicēte Ariſtot. ꝙ ſi ſenex acciperet oculum iuuenis, uideret ut iuuenis, ita actum triſtitiæ. Quãuis in hoc caſu pu ē, ꝙ quia triſtitia p̄det ex diſpoſitione organi, quod q̄ſq; eſt in diſpoſitũ ad hoc. ꝓpterea ita modica eſt triſtitia, ut appareat non triſtari. Inter actus autem appetitus ſenſitiui, & partis uegetatiuę, hoc intereſt, ꝙ actus appetit⁹ ſenſitiui ſubſunt imperio in ordine ad ꝓpria principia eliciti ua, & propria obiecta: actus uero partis uegetatiuæ neutro n. ō ſubſunt imperio ſed concupiſcentia, & applicatio eorum, ſicut aliorũ actiuorum, & paſſiuorum naturalium. Cadit. n. ſub imperio rōnis cō cupiſcere hoc pulchrũ, ita ꝙ & in poteſtate hois eſt concupiſcere & non concupiſcere: & concupiſcere hoc, & non hoc. Sed non cadit ſub rōnis imperio, qđ uirtus generatiua emittat, uel non emittat ſemen; aut qđ gñet, aut non: aut hoc, uel illud: quamuis cadat ſub imperio applicatio uirtutis gñatiuę cum ſua actione, ſi hēt. Sicut non cadit ſub imperio, quòd ignis excitetur ex lapide, ſed hoc pendet ex uirtute lapidis percuſſi &c. quãuis applicatio lapidis, & ferri cũ ſuis efficaciis ad excutiendum, ſub imperio cadat. Vñ non q̄ſq; ſic & q̄ſq; non pars generatiua imperio ſubditur: ſed nunq̄ actus eius, ut ſic, imperio ſubditur. quãuis ipſius eum ſua efficacia & actione, quæ naturā ſequitur, applicabilitas imperio ſubſit rationis, & ꝓpterea inter uoluntaria cōputatur.

96 Porrecta per totum.
* Art. 1.
* q. 16. ar. 1.
* q. 16. ar. 1.
* Li. 2. Orthod. fidei. c. 22.
Concl.
* q. p̄ced. ar. 4.

tentiis, ita obiecta actibus: obiectū aūt usus, est id, quod est ad finem, Ex hoc ergo, ꝙ ipsum imperiū est ad finem, magis pōt concludi, quod imperium sit prius usu, quam quod sit posterius.

AD 3m dicendum ꝙ sicut actus uoluntatis utentis rōne ad imperandum p̄cedit ipsum imperiū: ita etiam potest dici, ꝙ & istum usum uoluntatis p̄cedit aliquod imperium rationis, eo ꝙ actus harum potentiarum supra seipsos inuicem reflectuntur.

97 Porrecta per totum. Inf. q. 20. ar. 3. cor. & ad 1. Et 3. q. 19. a. 2.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum imperium, & actus imperatus, sint actus unus, vel diuersi.

AD QVARTVM sic p̄cedit. Vr̄ ꝙ actus imperatus non sit unus actus cum imperio. Diuersarū. n. potentiarum diuersi sunt actus: sed alterius potētiæ est actus imperatus, & alterius ipsum imperiū: quia alia est potentia, quæ imperat, & alia, cui imperat. ergo nō est idē actus imperatus cū imperio.

¶ 2 Præ. Quæcunq; pñt ab inuicē separari, sunt diuersa, (nihil. n. separat a seipso) sed aliqñ actus imperatus separatur ab imperio, præcedit enim quādoque imperium, & nō sequitur actus imperatus ergo alius actus est imperium, ab actu imperato.

¶ 3 Præt. Quæcunq; se habent secundū prius & posterius, sunt diuersa: sed imperiū naturaliter præcedit actum imperatum. ergo sunt diuersa.

*Li. 2. Topic. cap. 2 parum a principio to. 1.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit, * ꝙ ubi est unum pp alterū, ibi est unum tm̄: sed actus imperatus nō est nisi pp imperium. ergo sunt unum.

RESPON. Dicendum, ꝙ nihil p̄hibet aliqua esse s̄m quid multa, & s̄m qd unū. Quinimo oīa multa sunt s̄m aliqd unum, ut Dion. dicit vlti. cap. de diui. no. * Est tñ dr̄ia attendenda in hoc, ꝙ quædā sunt simpliciter multa, & s̄m quid unū: qdā uero econuerso. Vnū aūt hoc modo dr̄, sicut & ens. Ens āt simpliciter est substantia, sed ens s̄m quid, est accidēs, uel ēt ens rōnis. Et iō q̄cunq; sunt unū s̄m substantiā, sunt unū simpliciter, & multa s̄m quid. Sicut totum in gñe substātiæ cōpositū ex suis partibus vel integralibus, uel essentialibus, est unū simpliciter, nā totū est ens & substantia simpliciter: partes uero sunt entia & substantiæ in toto. Quæ uero sunt diuersa s̄m substantiā, & unū s̄m accidens, sunt diuersa simpliciter, & unum s̄m qd: sicut multi hoīes sunt unus populus, & multi lapides sunt unus aceruus, q̄ est unitas cōpositionis, aut ordinis. Sir̄ etiā multa indiuidua, q̄ sunt unum gñe, uel specie, sunt simpliciter multa, & s̄m quid unū: nā esse unū gñe, uel specie, est esse unū s̄m rōnem. Sicut aūt in gñe rerū naturalium aliquod totū cōponit ex materia, & forma, ut hō ex aīa & corpore, qui est unū ens naturale, licet habeat multitudinem partium: ita ēt in actibus humanis actus inferioris potentiæ materialiter se hēt ad actū sup̄ioris inquātū inferior potentia agit in uirtute sup̄ioris mouentis ipsā Sic. n. & actus mouētis primi formaliter se habet ad actū instrumenti: unde patet ꝙ imperium, & actus imperatus sunt unus actus humanus: sicut quoddam totum est unum, sed est secundum partes multa.

*Cap. ulti in parulo post principiū ca.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ si essent potentiæ diuersæ adinuicem non ordinatæ actus earū essent simpliciter diuersi: sed qñ vna potentia est mouēs alterā, tunc actus earum sunt quodāmodo unus: nā idē est actus mouentis, & moti, ut dr̄ in 3. physi.*

*Tex. 10. & 21. & p̄xime p̄cedentibus to. 2.

AD 2m dicendū, ꝙ ex hoc, quòd imperium, & actus imperatus, possunt abinuicē separari, habetur ꝙ sunt multa partibus: nā partes hominis possunt abinuicē separari, quæ tamen sunt unū toto.

AD 3m dicendū, quòd nihil prohibet in his quæ sunt multa partibus, & unum toto, unū esse prius alio: sicut anima quodammodo est prius corpore, & cor est prius aliis membris.

ARTICVLVS V.

Vtrum actus uoluntatis imperetur.

Porrecta per totum. 2. d. 24. q. 1. ar. 1. co. Et mal. q. 3. ar. 3. ad 5.

AD QVINTVM sic p̄cedit. Vr̄ ꝙ actus uoluntatis non sit imperatus Dicit. n. Aug. in 8. * confes. Imperat aīus, ut uelit aius, nec tñ facit: uelle āt est actus uoluntatis. ergo actus uolūtatis nō imperat.

*Ca. 9. parum ante medium to. 1.

¶ 2 Præt. Et conuenit imperari, cui cōuenit imperiū intelligere: sed uoluntatis nō est intelligere imperiū, differt. n. uoluntas ab intellectu, cuius est intelligere. ergo actus uoluntatis non imperatur.

¶ 3 Præt. Si aliquis actus uoluntatis imperatur, pari ratione oēs imperantur: sed si omnes actus uoluntatis imperantur, necesse est in infinitum procedere: quia actus uoluntatis præcedit actū imperantis rationis, (ut * dictū est,) qui uoluntatis actus si iterum imperatur, illud iterum imperiū præcedet aliquis rationis actus, & sic in infinitum: hoc autē est inconueniens, quòd procedatur in infinitū: non ergo actus uoluntatis imperatur.

*Art. 1.

SED CONTRA Omne quod est in ptāte nostra, subiacet īperio nostro: sed actus uolūtatis sunt maxime in ptāte nostra: nā oēs actus nostri intantū dicuntur in ptāte nostra esse, inquantū uoluntarii sunt. ergo actus uoluntatis imperantur a nobis.

RESPON. Dicendū, ꝙ (sicut * dictū est) imperiū nihil aliud est, q̄ actus rationis ordinantis cū quadā motione aliquid ad agendū. Manifestū est autē, ꝙ ratio potest ordinare de actu volūtatis: sicut. n. potest iudicare, ꝙ bonū sit aliquid uelle, ita potest ordinare imperando, ꝙ homo, uelit: ex quo patet quòd actus uoluntatis potest esse imperatus.

*Art. p. D. 776. concl. D. 715.

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd sicut * August. ibidē dicit, Animus quando perfecte imperat sibi, ut uelit, tunc iā vult: sed ꝙ aliquādo imperet, & non uelit, hoc contingit ex hoc, quòd nō p̄fecte imperat. Imperfectū autē imperiū contingit ex hoc, quòd ratio ex diuersis partibus mouetur ad imperandum uel non imperandum: unde fluctuat inter duo, & non perfecte imperat.

AD 2m dicendū, quòd sicut in mēbris corporalibus quodlibet membrum operatur non sibi soli, sed toti, corpori, ut oculus uidet toti corpori: ita etiā est in potentiis animæ. Nā intellectus intelligit non solū sibi, sed omnibus potentiis: & uoluntas vult non solum sibi, sed omnibus potentiis: & ideo homo imperat sibiipsi actum uoluntatis, inquantum est intelligens, & uolens.

*Li. 8. confess. cap. 9 circa medium to. 1.

AD 3m dicendum, quòd cum imperium sit actus rationis, ille actus imperatur, qui rationi subiicitur. Primus autem uoluntatis actus ex rationis ordinatione

tione non est, sed ex instinctu naturæ, aut superioris causæ, (ut* supra dictum est,) & ideo non oportet quòd in infinitum quod procedatur.

*q.9.ar.4.

ARTICVLVS VI.

Vtrum actus rationis imperetur.

99 Porrecta per totum. q.1.tra. ar.1.ad 1.

AD SEXTVM sic proceditur. Vr quòd actus rationis non possit esse imperatus. Inconueniēs enim videtur, quòd h aliquid imperet sibiipsi: sed ratio est quæ imperat, (ut* supra dictum est: ergo rationis actus non imperatur.

*Art.1.

¶2 Præt. b Id quod est per essentiā, diuersum est ab eo, quod est per participationem: sed potētia, cuius actus imperatur a ratione, est tō p participationem, ut dicitur in 1.* Ethic. ergo illius potentiæ actus non imperatur, quæ est ratio per essentiam.

*Cap.ulti mo, to.5.

¶3 Præt. Ille actus imperatur, qui est in potestate nostra: sed cognoscere, & iudicare uerū quod est act* rationis, non est semper in potestate nostra nō ergo b actus rationis potest esse imperatus.

SED CONTRA. Id quod libero arbitrio agimus, nostro imperio agi potest: sed actus rōnis exercentur per liberū arbitrium. dicit. n. Dama.* quòd libero arbitrio hō exquirit, & scrutatur, & iudicat, & disponit. ergo actus rationis possunt esse imperati.

*Lib.2.de fid.c.22.

RESPON. Dicendū, φ quia ratio supra seipsam reflectitur, sicut ordinat de actibus aliarū potentiarū, ita et pōt ordinare de suo actu: vñ et actus suus pōt esse imperatus. Sed attendendū est, φ actus rōnis pōt considerari dupliciter. Vno modo, quantū ad exercitium actus: sic m actus rationis sp imperari pōt n sicut cū indicit alicui φ attendat, & ratione utat. Alio modo quantū ad obiectū, respectu cuius duo actus rationis attendunt. Primo quidē, ut ueritatē circa aliquid apprehendat, & hoc non est in potestate nostra: hoc. n. contingit p uirtutē alicuius luminis, uel naturalis, uel supnaturalis: & iō p quantū ad hoc, actus rationis non est in ptāte nra, nec imperari pōt. q Alius aūt actus rōnis est, dum his, quæ apprehendit, assentit. Si igit fuerint talia apprehēsa, quibus naturaliter intellectus assentiat (sicut prima principia) r assensus taliū, uel dissensus nō est i ptāte nra, sed in ordine naturę: & iō, pprie loquendo, naturæ iperio subiacet. s Sunt āt qdā apprehēsa, q nō adeo cōuincūt intellectū, q n possit assentire, uel dissentire, uel saltē assensū uel dissēsū suspēdere p p aliquā cām: & t i talibus assensus ipse uel dissensus in ptāte nra est, & sub imperio cadit.

Concl. Conclu. Conclu. Conclu.

AD PRIMVM ergo dicendū, φ rō hoc mō imperat sibiipsi, sicut & uoluntas mouet seipsam, (ut s. dictū est) in quantum f. utraque potentia reflectit supra suum actum, & ex uno in aliud tendit.

*q.9.ar.3.

AD 2m dicendum, φ pp diuersitatem obiectorum, quæ actui rationis subduntur, nihil phibet rationē seipsam participare: sicut in cognitione conclusionum, participatur cognitio principiorum.

AD 3m patet responsio ex dictis.

100 Porrecta per totum. Infra. q. 30. art. 1. et q.56. ar 4. Et uers. q.25. ar.4

SVPER Q. XVII. ART. VII.

In rñsione ad secūdum articuli septimi, collecto ex lite-

ARTICVLVS VII.

Vtrum actus appetitus sensitiui imperetur.

AD SEPTIMVM sic pceditur. Vr φ actus sensitiui appetitus non sit imperatus. Dicit. n. Apostolus & Rom. 7. Nō. n. qđ uolo bonū, h hoc ago. & Gl.* exponit, φ hō vult nō cōcupiscere, & tñ cōcupiscit: sed concupiscere est actus appetitus sensitiui. ergo actus appetitus sensitiui non subditur imperio nostro.

*Est glo. Aug. li. 3. contra lu lia. ca. 26. to. 7.

¶2 Præt. Materia corporalis soli Deo obedit, quātū ad trāsmutationē b formalē, (ut in primo † habitū est:) sed actus appetitus sensitiui hēt quādā formalē trāsmutationē corporis. f. calorē vel frigus. ergo actus appetitus sēsitiui nō subdit iperio humano.

† p.p.q. 105.ar.1. et q. 110. ar.1.

¶3 Præt. Propriū motiuū appetitus sensitiui est apprehēsum sm sensum, uel imaginationem: sed non est in ptāte nra sp, φ aliqd apprehendamus sensu, uel imaginatione ergo actus appetit* sensitiui n subiacet iperio nro.

SED CONTRA est quod* Gregorius Nissen* dicit, φ obediēs rationi diuidit in duo, in desideratiuū, & irascitiuū, q ptinēt ad appetitum sensitiuū. ergo actus appetitus sensitiui subiacet imperio rationis.

*Lib.4.c. 8. circa mediū et cap. 9. in princip.

RESPON. Dicendum, φ secundum hoc aliquis actus imperio nrō subiacet, put est in potestate, nra (ut* s dictum est) & ideo ad intelligēdum qualiter actus appetitus sensitiui subdat imperio rationis, oportet considerare qualiter sit in potestate nra. Est autē sciendum, φ appetitus sensitiuus in hoc differt ab appetitu intellectiuo, qui dr uoluntas φ appetitus sensitiuus est uirtus organi corporalis, non aūt uolūtas. Oīs aūt actus uirtutis utentis organo corporali, dependet nō solum ex potentia aīæ, sed et ex corporalis organi dispositione, sicut, uisio ex potentia uisiua, & qualitate oculi, p qnā iuuat, uel impedit: vñ & actus appetitus sensitiui nō solū dependet ex ui appetitiua, sed et ex d dispositione corporis. Illud autē, qđ est ex parte potētiæ aīæ, sequit apprehensionē: apprehensio aūt imaginationis, cū sit particularis, regulatur ab apprehensione rōnis, q est vīs: sicut virtus actiua particularis a uirtute actiua uniuersali. Et iō m ex ista parte actus appetitus sensitiui subiacet imperio: rōnis n qualitas āt & dispositio corpis nō subiacet imperio rōnis. Et iō p ex hac parte im-

*Arti.6.

concl. m concl. p

ra ordine apprehensionis, appetitus, motus cordis, & qualitas sequentis, aspice, quòd uarius motus cordis ex apprehensione, & appetitu animali nascens, corpus mouet & alterat secū dum diuersas qualitates: alteratū aūt corpus uarie eos afficit imaginationē, et appetitum, ut superius habitū est, et uarie d sponte ipsum corpus ex hoc ad sanitatem ad co., ad habitudinē hanc, uel illā. Et cum hęc aspexeris, videbis φplortes accidētia, cōtingentia, psonis patientibus csse sim, et hmōi, causantur ex sua apprehensiōe originaliter quā uis forte cōsuetudo mutata in naturā, & inuitas postmodum afficiat. Cuius signū est, φ si diutius ad oppositos mentis actus se toto conatu transferunt, ab hmōi accidentibus deserunt, ut experientia fide digna didici: quamuis exorbitās motus eos dis manifeste apparēs in his sufficiens testimonū afferas, φ secūdum natu tāle cau sarū ordinē hæc fiāt, secūdū quas materia corpalis nec ppsio intellectui nec angelico, sed diuino tātū obedit ad alterationē, nisi mediātē motu locali pp quod sal nandū hæc sūt dicta. ¶ In responsione ad tertium eiusdē septimi articuli aduerte duo. Primum est, φ imaginatio n q norū cunq, sed considerātorum à rōne, subest imperio rōnis sic tamen imaginabilia sunt: qm imaginatio nata est ad imperiū rōnis formare noua phantasmata iuxta la titudinē intellectiuā quod diximus pp cæcum natū cuius imaginatio nunq̄ forma bit phantasma colosis, qui nec a ratione eius intelligit. S. dm D. 22 r. est, quòd tā imaginasi, uel non imaginasi hoc

peditur quin motus sensitiui appetitus totaliter subdatur imperio rõnis. ¶Cõtingit aũt etiã qñdoq;, q motus appetitus sẽsitiui subito ɔcitatur ad apprehensionẽ imaginationis, uel sensus: & * tũc ille motus est ꝑter imperiũ rõnis, * q̃uis potuisset impediri a rõne, si ꝑuidisset. G vnde Philosop. dicit in 1. politic. q rõ ꝑest irascibili, & cõcupiscibili, nõ principatu despotico, q est dñi ad seruũ: sed principatu politico, aut regali, qui est ad liberos, qui non totaliter subduntur imperio.

Ad primum ergo dicendũ, q hoc, q hõ vult non ɔcupiscere, & tñ ɔcupiscit, cõtingit ex dispõne corporis, per q̃ impeditur appetitus sensitiuus, ne totaliter sequatur imperium rõnis. H vnde & Apost. ibi. subdit: Video aliã legẽ in mẽbris meis, repugnantem legi mentis meæ. Hoc etiam cõtingit ꝑ subitum motum concupiscentiæ, vt * dictum est.

Ad secundum dicendũ, q qualitas corporalis dupliciter se hẽt ad actũ appetitus sẽsitiui, vno mõ ut ꝑcedens, prout aliqs ẽ aliqualiter dispositus ẽm corpus ad hãc, vel illã passionẽ. I Alio mõ, vt ɔñs: sicut cũ ex ira aliquis incalescit. Qualitas igit ꝑcedens nõ subiacet imperio rõnis, qa vel ex ẽ natura, uel ex aliqua ꝑcedẽti motione, q̃ non statim q̃escere põt: sed qualitas ɔñs sequitur imperium rõnis, quia sequitur motũ localẽ cordis, qđ diuersimode mouet, secundũ diuersos actus sensitiui appetitus.

Ad 3m dicendum, quòd quia ad apprehensionẽ sensus requirit K sensibile exterius, nõ est in ptãte nostra apprehendere aliquid sẽsu, nisi sensibile pñte, cui⁹ pñtia non semper est in potestate nostra. Tunc.n. hõ põt uti sensu cũ voluerit, nisi sit impedimentũ ex parte organi. Apprehensio aũt imaginationis subiacet ordõni rõnis sc̃dm modum virtutis, vel debilitatis imaginatiuæ potentiæ. Quod.n. hõ non possit imaginari quæ rõ cõsiderat, contingit, vel ex hoc, q nõ sunt imaginabilia, sicut incorporalia: uel propter debilitatem uirtutis imaginatiuæ, quæ est ex aliqua indispositione organi.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum actus animæ uegetabilis imperetur.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quod actus uegetabilis animæ imperio rationis subdantur. vires .n. sensitiuæ nobiliores sunt virib. animæ uegetabilis: sed uires animæ sensitiuæ * subduntur imperio rationis: ergo multo magis vires animæ uegetabilis.

¶2 Præt. Hõ dr̃ minor mundus, quia * sic anima est in corpore, sicut Deus in mundo: sed Deus sic est in mundo, q omnia quæ sũt in mũdo, obediũt eius imperio, ergo & omnia quæ sũt in homine, obediunt imperio rationis, etiam vires uegetabilis animæ.

¶3 Præt. Laus, & uituperiũ non cõtingit, nisi in actib. qui subduntur imperio rõnis: * sed in actib. nutritiuæ, & gñatiuæ potentiæ, contingit esse laudẽ & vituperiũ & uirtutẽ, & uitiũ, sicut patet in gula & luxuria, & uirtutibus oppositis. ergo actus harum potentiarũ subduntur imperio rõnis.

Sed contra est, q * Grego. Nissen. dicit, q id, quod non persuadetur à ratione, est nutritiuum, & generatiuum.

Respon. Dicendum, quod actuũ quidã ꝑcedunt ex appetitu naturali, quidã aũt ex appetitu aĩali, uel intellectuali. Omne.n. agẽs aliquo mõ appetit finem: appetitus aũt naturalis non consequitur aliquã apprehensionẽ, sicut sequitur appetitus animalis, & intellectualis: ratio autem imperat ꝑ modũ apprehensiuæ virtutis. Et ideo actus illi, qui procedũt ab appetitu intellectiuo, vel animali, possunt a rõne imperari, non autem actus illi, qui procedũt ex appetitu naturali: hmõi .n. actus sunt uegetabilis animæ.

ri hoc, uel illud, sabesse intelligitur nro imperio, quatenus pẽdet ex parte aĩæ, sicut de appetitu sensitiuo dictũ est. Contingit.n. ex corporis dispositione, uel repentino motu, improbas pati imaginationes nullo imperante. Et in hoc est magna latitudo, intm ut aliqui patiantur hmõi imaginationes sic, ut uigilantib. appareãt, sicut aliis apparẽt dormientib. Et hinc plerunq; fit, ut dicãt se uidisse, uel audiuisse, qđ tñ non fuit in ueritate, sed sicut in sõnis, (vt patet nõ solũ in phreneticis, sed in melancholicis.) Vñ sublatis impedimentis ex parte corpis, in ptãte nostra est has imaginationes excludere, & alias assumare sc̃dm imperium rõnis ꝑfectum: sed contingit negligentib. ꝑꝑ imꝑfectum imperiũ, [illegible] plerunq; malas imaginationes, quas dicũt se pati cõtra uoluntatẽ, & non est ita: quia ex imperfecto patiunt imꝑio.

concl. 4

* cap. 3. a me. to. 5.

SVPER QVÆST: XVII.

ART. VIII.

In corp ar.

IN responsione ad 1m 8. art. dubium occurrit de rõne assignata ibid. s. q quãto aliquis actus ẽ immaterialior, tanto est nobilior, & magis subdi eut imperio rõnis. Cõtradicit.n. hoc Arist. 1. Polit. & author in art. præcedenti, & experientiæ. Experimur .n. q corporis mẽbra magis obediũt rõni, quam passiones appetitus sensitiui. Et dictum est, q rõ præest appetitui sensitiuo, non totaliter: corpori aũt sic &c. Et tñ sc̃dm hanc rõnem passiones appetitus sensitiui, cum sint actus spiritualiores, deberent magis imperio rõnis subdi, quam motus manus, & pedis.

¶Ad hoc dr̃, q obedientia oritur ex propinquitate: sed ꝑpinquitas est duplex, similitudinis.s. & ꝑportionis. Et sc̃dm similitudinem quidẽ, q̃to actus est nobilior, tanto propior, sc̃dm naturã suam est rõni, & aptior ut sequatur eã. Sc̃dm proportionem uero, quanto bonum proprium, ad qđ aliquid intra latitudinẽ obsequentium ordinatur, est magis cõsonum rõni, tanto magis subditur eius imperio. Constat aũt q appetit⁹ sensitiuus, & corpus aptum natum obsequi rõni, sic se habent ad ꝑpria bona q ille ex natura propria inclinatur ad bonũ, q̃nq; contrarium rõni. Caro.n. concupiscit aduersus spũm, & spiritus aduersus carnẽ. Istud uero ex natura sua nõ inclinatur ad bonũ dissonum rõni, imò a natura fabricatũ est habile ad motum cõsonum rõni. Cuius duo signa sunt. Primum, q corpora cælestia ad solum rõnalẽ motũ habilia sunt, nihil omnino hñtia impedimẽtum ad obediendũ rõni mouenti. Sc̃dm, q in nobis nullus nouus motus aut malus nostrorum mẽbrorum subducit ab obedientia rõnis, nisi pudendorum, quæ ad maxime delectabile sc̃dm sensum, q ẽ obiectum appetitus sensitiui, ordinantur de quo scriptum est: Video aliã legẽ in mẽbris meis, repugnantẽ legi mentis meæ. Appetitus ergo passiones, licet ex natura nobilitate magis obediãt rõni, quã corporis motus: ꝑꝑ cõtrarietatẽ tñ annexi boni proprio ad rõnẽ, non plene rõni subdũtur: ꝑꝑ cuius cõtrarietatis defectum, corporis mẽbra plene subduntur rationis imperio ad suos aĩales motus. Et hoc intellige Nouitiæ, qñ ista sunt naturali dispõne. Si.n. infirmitate, aut lassitudine indisposita sint, hoc ex materiæ necessitate contingit. Appetitus aũt sensitiuus ex sua inclinatione naturali tẽdit in bonũ dissonũ rõni, ut dictum est.

Porrecta per totum

Inf. q. 50. a. 3. ad 1. & 2. 2. q. 148. ar. 1 ad 3. & 3. q. 15. ar. 2 ad 1. & q. 69. art. 6. cor. & 2. di. 20. q. 1 a. 2. ad 3. & nesi. q. 53. art. 4. cor. 4. & quol. 4. a. 21 cor. & 1. Eth. fi.

¶In respõsione ad ultimum octaui artic. nota duo. Primum est, q dispõ requisita ad motum horum mẽbrorum, non est illa qualitas, de qua superius dictum est, q sequitur passionẽ appetit⁹ mediante motu cordis: sed ẽ qualitas naturalis soli naturæ subiecta, ꝑ quam motus iste non uoluntarius, sed naturalis est. Secundum est, q in litera duæ causæ ex Arist. tanguntur, quare mẽbra hæc hñt motum proprium naturalẽ. Prima est, quia quodlibet eorum ẽ quasi separatum animal. Secunda ẽ, quia q̃dli-

* li. 4. c. 15. in princ.

bes

*li.4.c.15. in prin.

concl.m.

bē eorum est principium, & a prima.n. habetur, q motus iste non subdit imperio superioris pria : ex quo .n. quasi separatū animal secdm seipsū, hēc motum non imperatum ab alio. Ex sequa uero, q motus iste est naturalis. qa principia oportet eē naturalia.

unde, ut * Grego. Nissen. dicit, q uocatur naturale, quod gñatiuū & nutritiuum: & pp hoc m actus uegetabilis animæ non subduntur imperio rationis. *

Ad primum ergo dicēdū, q q̄to aliquis actus ē immaterialior, tanto est nobilior, & magis subditus imperio rōnis. Vnde ex hoc ipso, q uires aīę uegetabilis nō obediunt rationi, apparet has uires infimas eē.

Ad 2m dicendū, q similitudo attenditur quantū ad aliquid, quia. s. sicut Deus mouet mundū, ita aīa B mouet corpus, non āt quātum ad omnia: non. n. anima creauit corpus ex nihilo, sicut Deus mundū, propter quod totaliter subditur eius imperio.

Ad tertium dicendum, q uirtus & uitium, laus & uituperiū nō debētur ipsis actib. nutritiuæ, uel gñatiuæ potētiæ, quę sūt digestio, & formatio corpis humani: sed actib. sensitiuæ partis ordinatis ad actus gñatiuæ, uel nutritiuæ, puta, in cōcupiscēdo delectationē cibi, & uenereorū, & utēdo scd̄m quod oportet, uel non secundum quod oportet.

Articvlvs ix.

Vtrum actus exteriorum membrorum imperentur.

101 Porrecta per totum 1.q.81.a.3.ad 2.& 2.q.168 3.1.co.& 2.dist.20.q.1.ar.2. Ad3.&ve ri.q.25 a.4.ad 5.a.5.ad 14.& mal.q.7.ar.1.ad 15.

*ar.præc.

§li.4.c.15

*C.16.nō pcul a fi. 10.5.

*Ca.9.pa rū a prin. to.1.

AD NONVM sic procedit. vr̄ q mēbra corpis nō obediāt rōni quantū ad actus suos. Cōstat .n. q h mēbra corpis magis distant a rōne, q̄ uires aię uegetabilis: sed uires aię uegetabilis nō obediūt rōni, ut dictū e. ergo multo minus mēbra corpis.

¶ 2 Præt. Cor est principiū motus aialis: sed motus h cordis nō subdit imperio rōnis: dicit. n. † Gre. Nis. q pulsatiuū non ē psuasibile rōne: ergo motus mēbrorū corporaliū non subiacet imperio rationis.

¶ 3 Præt. Aug. dicit 14.* de ci. Dei, h q motus mēbrorum genitalium aliqn̄ importunus est nullo poscēte: aliqn̄ aūt destituit inhiantem, & cum in aīo concupiscentia ferueat, friget in corpore: ergo motus membrorum non obediunt rationi.

Sed contra est, q Aug. dicit 8.* conf. Imperat animus, ut moueatur manus, & tanta est facultas, ut uix a seruitio discernatur imperium.

Resp. Dicēdū, q mēbra corpis sūt organa q̄dam potētiarū aīæ: unde eo mō, quo potētiæ aīæ se hn̄t ad hoc, q obediant rōni, hoc mō se hn̄t ēt corporis mēbra. Quia igit uires sēsitiuę subdunt imperio rōnis, non aūt uires naturales: iō oēs motus membrorū, q̄ mouent a potētiis sensitiuis, subdūtur impio rōnis. Motus aūt membrorum, qui consequuntur uires naturales, non subduntur imperio rationis.

Ad primum ergo dd̄m, qd̄ mēbra nō mouēt seipsa, sed mouētur p potētias aīę, quarū, q̄ edā sūt rōni uiciniores, quam uires animę uegetabilis.

Ad 2m dd̄m, q in his q̄ ad intellectū, & uolūtatē ptinēt, primū inuenit id, qd̄ ē sm naturā ex quo alia deriuant, ut a cognitione principiorū naturalr̄ notorū, cognitio cōclōnum: & a uolūtate finis naturaliter desiderati, deriuat electio eorū q̄ sūt ad finē:

A ita ēt in corporalib. motib. principiū ē sm naturā. Principiū āt corpalis motus ē a motu cordis: unde motus cordis sm naturā ē, & nō sm uoluntatē. Cōsequit. n. sicut p se accidēs uitā, q̄ est ex unione corporis & aīæ: sicut motus grauiū, & leuiū consequit formā substantialē ipsorū: vn̄ & a generāte moueri dr̄ scd̄m philosoph. in 8. phys. * & pp hoc motus iste uitalis dicitur. vnde Greg. Nissen. dicit, q sicut generatiuū, & nutritiuū nō obedit rōni: ita nec pulsatiuū quod est uitale. Pulsatiuum aūt appellat motū cordis, qui manifestatur per uenas pulsatiles.

*Te.29 & seq.

*li.4.c.15 in prin. & c.16.

Ad 3m dd̄m, q sicut Aug. dicit in 14. de * ciu. Dei. *C.16.20 nō pcul a fin.10.5

B Hoc q motus genitaliū membrorū rōni nō obedit ē ex pœna peccati, ut. s. aīa suæ inobediētiæ ad deū in illo pcipue mēbro pęnā inobedientię patiat, p qd̄ pctm̄ originale a ' posteros traducit. Sed qa per peccatū primi parentis (ut inf. dicet) natura est sibi relicta subtracto supnaturali dono, qd̄ homini diuinitus erat collatū, iō cōsideranda ē rō naturalis, quare mot* hmōi mēbrorū spāliter rōni nō obedit, cuius cām assignat* Aris. in lib. de causis motus aīaliū, dicens inuoluntarios esse motus cordis, & mēbri pudendi. s. qa ex aliqua apprehēsione hmōi mēbra cōmouent, inquantū. s. intellectus & phantasia

*q.85.a.3

*Ca.8. in prin.

C repn̄tāt aliqua, ex quib. consequunt passiones aīæ, ad quas ɔsequitur motus horū membrorū: non tn̄ mouent sm iussum rōnis aut intellectus, quia. s. ad motū horū membrorū requirit aliqua alteratio naturalis. s. caliditatis, & frigiditatis, q̄ qdē alteratio non subiacet imperio rōnis: spāliter āt hoc accidit in his duob. mēbris, quia utrunq; istorū membrorū est quasi quodda animal separatum inquantum est principium uitæ. Principium aūt est uirtute totū. cor. n. principiū est sensuum, & ex membro genitali uirtus exit seminalis, q̄ est uirtute totum aīal: & iō habent proprios motus naturaliter: quia principia

* in solu. ad 2.

D oportet esse naturalia, ut * dictum est.

QVAEST. XVIII.

De bonitate, & malitia humanorum actuum in generali, in undecem articulos diuisa.

SVPER QVÆST. XVIII.

Circa q̄ōnis 18. iōtentum, recolito ex supradictis qd nois actionis humanæ, & mali moralis. Primū, ooponit actus uolūtarios: secundum, priuatione boni debiti actioni uoluntariæ.

POst hoc cōsiderādū ē de bonitate, & malitia humanorū actuū. Et primo, qūo actio humana sit bona, uel mala. Scd̄o, de his q̄ consequūtur ad bonitatē, uel malitiā humanorum actuū puta, meritū, uel demeritū, peccatū & culpa.

¶ Circa primū occurrit triplex consideratio. Prima est de bonitate, & malitia humanorū actuū in generali. Scd̄a de bonitate & malitia interiorū actuum. Tertia, de bonitate, & malitia exteriorū actuum.

Circa primum quæruntur undecim.

¶ Primo, vtrum omnis actio sit actio bona, uel aliqua sit mala.

¶ Secundo, vtrum actio hominis habeat, q sit bona, uel mala ex obiecto.

¶ Tertio, vtrum hoc habeat ex circunstantia.

¶ Quarto, vtrum hoc habeat ex fine.

¶ Quin-

¶Quinto, Vtrum aliqua actio hominis sit bona, vel mala in sua specie.
¶Sexto, Vtrũ actꝰ hẽat speciẽ boni, uel mali ex fine
¶Septimo, Vtrũ species q̃ ẽ ex fine, ↄtineat sub specie, q̃ est ex obiecto, sicut sub gñe, aut ecõuerso.
¶Octauo, Vtrum sit aliquis actus indifferens secundum suam speciem.
¶Nono, Vtrum aliquis actus sit indifferens secundum indiuiduum.
¶Decimo, Vtrum aliqua circunstantia constituat actum moralem in specie boni, uel mali.
¶Vndecimo, Vtrum omnis circunstantia augens bonitatem, uel malitiam, constituat actum moralem in specie boni, uel mali. G

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum omnis humana actio sit bona, uel aliqua mala.

103 *Porrecta per totum.* Inf. art. 2. co. & q. 71 art. 7. ad 1 Et mal. q. 2. art. 1. 2 & 3. & 5. co.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr̃ q̃ oĩs actio hoĩs sit bona, & nulla sit mala. Dicit enim* Dio. 4. c. de di. no. Quòd malũ non agit nisi virtute boni: sed virtute boni nõ fit malũ. ergo nulla actio est mala.

¶2 Præt. Nihil agit, nisi ſm qđ est actu: non est aũt aliquid malũ ſm quod est actu, sed ſcđm qđ potẽtia priuatur actu. Inquantũ aũt potentia perficitur p actum, est bonum, ut dr̃ in 9.* Metap. Nihil ergo agit inquantũ est malũ, sed solũ inquantum est bonum, omnis ergo actio est bona, & nulla mala. H

¶3 Præt. Malũ non potest esse causa nisi per accidens, ut patet per* Dion. 4. cap. de di. no. sed omnis actionis est aliquis per se effectus: nulla ergo actio est mala, sed omnis actio est bona.

*ca. 4. par. 4. a medio *Text. 10. to. 3. *ca. 4. par. 4. aliquantulũ a pri.

SED CONTRA est, qđ Dñs dicit Io. 3. Omnis q̃ male agit, odit lucem. est ergo aliqua actio hoĩs mala.

RESP. Dicẽdũ, q̃ de bono, & malo in actionibus oportet loqui, sicut de bono, & malo in rebus, eo q̃ unaquæq; res talẽ actionẽ producit, qualis est ipsa. In rebus aũt unumquodq; tãtum hẽt de bono, quãtum hẽt de esse: bonũ enim, & ens conuertunt, (ut in primo* dictũ est.) Solus aũt Deus hẽt totam plenitudinem sui esse ſcđm aliquid unum & simplex: vnaquæq; res uero habet plenitudinẽ essendi sibi conuenientẽ secundũ diuersa. Vnde in aliquibus cõtingit, q̃ quantum ad aliquid habent esse, & tñ eis aliquid deficit ad plenitudinẽ essendi eis debitam: sicut ad plenitudinem esse humani requiritur, q̃ sit quoddã cõpositum ex animã, & corpore, habens oẽs potentias, & instrã cognitionis & motus. Vnde si aliquid horũ deficiat alicui homini, deficit ei aliquid de plenitudine sui esse: quantũ igitur habet de esse, tm̃ hẽt de bonitate: inquãtũ uero aliquid ei deficit de plenitudine essendi, intm̃ deficit a bonitate, & dr̃ malum: sicut homo cæcus habet de bonitate q̃ uiuit, & malum est ei q̃ caret uisu. Si uero nihil haberet de entitate, uel bonitate, neq; malũ, neq; bonũ dici posset: sed quia de rõne boni est ipsa plenitudo essendi, siquidẽ alicui aliquid defuerit de debita essendi plenitudine, non dicet̃ simplr̃ bonũ, sed ſcđm quid, inquantũ est ens: poterit tñ dici simplr̃ ens, & ſcđm quid non ens, vt in primo* dictũ est. Sic igit̃ dicẽdũ, q̃ oĩs actio inquantũ hẽt aliquid de esse, intm̃ hẽt de bonitate: inquantũ uero deficit ei aliquid de plenitudine essendi, q̃ debetur actioni humanæ, intm̃ deficit a bonitate, & sic dr̃ mala:* puta, si deficiat ei uel determinata q̃titas ſm rõnẽ, uel debitus locus, uel aliquid hmõi. I K

*q. 5. ar. 3 *q. 5. art. 1.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ malum agit in virtute boni deficientis. Si enim nihil esset ibi de bono, neque esset ens, neque agere posset. Si autẽ non esset deficiens, non esset malũ. vnde & actio causata est quoddam bonum deficiens, quia secundum quid, est bonum, simpliciter autem, malum.

AD 2m dicendũ, q̃ nihil prohibet aliquid esse secundum quid in actu, unde agere possit: & secundum aliud priuari actu, unde causet deficientem actionem: sicut homo cæcus actu habet uirtutẽ gressiuã per quam ambulare potest: sed inquantũ caret visu, qui dirigit in ambulando, patitur defectum in ambulando, dum ambulat cespitando.

AD 3m dicendũ, q̃ actio mala potest habere aliquem effectum per se, ſm id quod hẽt de bonitate & entitate: sicut adulteriũ est cã generationis humanæ, inquantũ habet cõmistionem maris, & foeminæ, non autem inquantum caret ordine rõnis.

ARTICVLVS II.

Vtrũ actio hoĩs habeat bonitatem, uel malitiam ex obiecto.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ actio non habeat bonitatem, uel malitiam ex obiecto. Obiectum enim actionis est res: in rebus autem non est malũ, sed in usu peccantium, vt Aug. dicit in lib. 3. de doct. Christ. ergo actio humana non habet bonitatem, uel malitiam ex obiecto.

¶2 Præt. Obiectũ cõparat̃ ad actionem ut materia: bonitas autem rei non est ex materia, sed magis ex forma quæ est actus. ergo bonum, & malum non est in actibus ex obiecto.

¶3 Præt. Obiectũ potẽtiæ actiuæ cõparat̃ ad actionẽ, sicut effectꝰ ad cãm: sed bonitas cãæ nõ hẽt dependet ex effectu, sed magis ecõuerso: ergo actio humana õ hẽt bonitatẽ, vel malitiã ex obiecto.

SED CONT. est qđ dr̃ Oseæ 9. Facti sũt abominabiles sicut ea, quæ dilexerunt. Fit aũt homo Deo abominabilis propter malitiã suæ operationis. ergo malitia operationis est ſm obiecta mala, quæ homo diligit: & eadẽ ratio est de bonitate actionis.

RESP. Dicẽdũ, q̃ sicut *dictũ est, bonũ & malũ actionis, sicut & cæterarũ rerũ, attendit̃ ex plenitudine essendi, uel defectu ipsius. Primũ aũt qđ ad plenitudinẽ essendi pertinere vr̃, ẽ id, qđ dat rei speciẽ: sicut aũt res naturalis hẽt speciem ex sua forma, ita actio hẽt speciẽ ex obiecto, sicut, & motꝰ ex termino. Et io sicut prima bonitas rei naturalis

*Art. 1.

SVP. QVAES. XVIII. ART. II.

CIrca art. 2. quæst. eiusdem, omisso primo, aduerte primo, q̃ author quasi plus determinans, q̃ quæsierit, non solum dicit, q̃ actus ẽ bonꝰ moraliter ex obiecto, sed q̃ hẽt bonitatẽ primam, & specificã ab eo. Cũ n. omnis quæstio sit quæstio medij (vt patet 2. Posteriorum) optime rñdet simul, quia est, & pp quid est actus bonus moraliter ex obiecto: quia scilicet est specificãs primũ. Aduerte secundo, q̃ licet in primo horũ, scilicet, q̃ prima bonitas moralis in actu sit ex obiecto, sequat̃ Scotus authoris doctrinam, in secundo tñ horum dissentit in quolibet q. 18. art. 3. putans q̃ determinatio ex obiecto ita cõstituat bonitatem actus moralis, q̃ nullã specificã bonitatẽ det illi, sed capacitatẽ est bonitatis specificæ in genere moris. hæc quidẽ dicit, sed non probat: & tamen constat, quòd amare deum, & odium dei, actus matrimonialis adulte-

104 *Porrecta per totum.* Inf. q. 19. art. 1. & 2. co. & q. 22 art. 1. co. & 2. dist. 36. ar. 5. co. *cap. 12. parum a princip. to. 3.

adulteriū, & similia. bonitatē & malitiā hēnt specificā ex obiectis, ita q̄ nō solū bonitatē, uel malitiā generica, seu cōmunē dat obiectū, ut uti re sua, aut aliena: sed et special. ssimā, generates ex propria, aut ex aliena uxore.

attēdit ex sua forma q̄ dat spēm,[A] ei, ita & prima bonitas actꝰ moralis attendit ex obiecto cōueniēti: unde & à q̄busdā uocat bonū ex genere, puta, uti re sua. Et sicut in rebꝰ naturalibus primū malū ē, si res generata nō ɔsequit formā specificā, puta, si nō generet homo, sed aliqd loco hominis: ita primū malū i actionibꝰ moralibꝰ ē qđ est ex obiecto, sicut accipere aliena: & dr malū ex gne, gnē pro spē accepto, eo mō loquendi, quo dicimus humanū genus totā humanā spēm.

Ad primum ergo Dicēdū, q̄ licet res exteriores sint i seipsis bonæ, tamē nō semp hēnt debitā pro portionem ad hanc, uel illā actionem: & ideo inquantum considerantur ut obiecta talium actionum non habent rationem boni.

Ad 2m dicendum, quòd obiectum non est materia ex qua, sed materia circa quā: & habet quodāmodo rationem formæ, inquantum dat speciem.

Ad 3m dicendum, q̄ nō semp obiectū actionis humanę, est obiectū actiuę potetię. Nā appetitiua potētia est quoddāmodo passiua, in quantū mouetur ab appetibili: & tamē est principiū humanorū[C] actuū. Neque ēt potentiarū actiuarū obiecta semp hēnt rōnē effectus, sed qn iā sunt trāsmutata: sicut alimētū trāsmutatū, est effectus nutritiuæ potētię; sed alimentū nondū transmutatū cōparat ad potētiā nutritiuā, sicut materia circa quā operatur. Ex hoc aūt q̄ obiectū est aliquo mō effectus potētiæ actiuæ, sequit, q̄ sit terminus actionis eius, & p ɔsequēs q̄ det ei formā & spēm: motꝰ. n. hēt spēm à terminis. Et quāuis ēt bonitas actionis nō causetur ex bonitate effectus, tamen ex hoc dr actio bona, q̄ bonū effectum inducere pōt: & ita ipsa proportio actionis ad effectum, est ratio bonitatis ipsius.[D]

ARTICVLVS III.

Vtrum actio hominis sit bona uel mala ex circunstantia. Medina ar. 3.

185 *Porrecta per totum.*

Ad tertium sic ꝓcedit. Vr q̄ actio nō sit bona uel mala ex circūstātia. Circūstātię. n. circūstāt actū sicut extra ipsū existētes, (utꝰ dictū ē) sed bonū & malū sūt i ipsis rebꝰ, ut dr i 6. Metaphys. ergo actio nō hēt bonitatē, vł malitia ex circūstātia.

¶ 2 Præt. Bonitas, uel malitia actus maxime ɔsideratur in doctrina morum: sed circunstantiæ, cū sint quædam accidentia actuum, uidētur esse præter ɔsiderationem artis: quia nulla ars considerat, id qđ[E] est per accidens, ut dr in 6. Meta. ergo bonitas, uel malitia actionis non est ex circunstantia.

¶ 3 Præt. Id quod conuenit alicui ſm suam substantiam, non attribuitur ei per aliquod accidens: sed bonum, & malum cōuenit actioni secundū suā substantiam, q̄a actio ex suo genere pōt esse bona uel mala, utꝰ dictum est. ergo non conuenit actioni ex circunstantia, q̄ sit bona, uel mala.

Sed contra est, quod Philosophus dicit in lib. Ethic. q̄ uirtuosus operatur ſcđm quod oportet, & quando oportet, & secundum alias circunstantias. ergo ex cōtrario, uitiosus ſcđm unumquodq; uitium operatur quando non oportet, ubi nō oportet: & sic de alijs circunstantijs: ergo actiones humanæ secundum circunstantias sunt bonæ, uel malæ.

Respon. Dicendū, q̄ in rebus naturalibus nō inuenitur tota plenitudo ꝑfectionis, q̄ debetur ei ex forma substātiali, q̄ dat spēm: sed multū superadditur ex superueniētibus accidentibꝰ, sicut i homine ex figura, ex colore, & sic de alijs, quorū si aliqđ desit ad decentē habitudinē, consequtur malū: ita ēt est in actione. Nā plenitudo bonitatis eiꝰ nō tota consistit in sua specie, sed aliqd additur ex his, q̄ adueniunt tamq̄ accidētia q̄dam, & hmōi sunt circunstantiæ debitæ: unde si aliquid desit, quod requiratur ad debitas circūstantias, erit actio mala.

Ad primum ergo dicendum, q̄ circunstantiæ sunt extra actionem, inquantū nō sunt de essentia actionis, sunt tamē in ipsa actione uelut q̄dam accidentia eius: sicut & accidētia, q̄ sunt in substantijs naturalibus, sunt extra essentias earum.

Ad 2m dicēdum, quòd non omnia accidentia ꝑ accidens se hēnt ad suā substantiam, sed quædā sūt per se accidentia, quæ in unaquaque arte cōsiderātur: & per hunc modum considerantur circunstantiæ actuum in doctrina morali.

Ad 3m dicendum, q̄ cū bonū conuertatur cum ente, sicut ens dicitur ſcđm substantiā, & ſcđm accidens: & ita & bonum attribuitur alicui & ſcđm esse suum essentiale, & ſcđm esse accidētale, tam in rebus naturalibus, quàm in actionibus moralibus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum actio humana sit bona, uel mala ex fine.

Ad quartum sic ꝓceditur. Vr q̄ bonū, & malū in actibus humanis nō sint ex fine. dicit. n. Dionys. 4. c. de di. no. q̄ nihil respiciēs ad malum operat. Si igit ex fine deriuaret operatio bona, uel mala, nulla actio esset mala: qđ patet esse falsum.

¶ 2 Præt. Bonitas actus est aliqd in ipso existēs: finis aūt est causa extrinseca. non ergo ſcđm finē dicitur actio bona uel mala.

¶ 3 Præt. Cōtingit aliquam bonam operationem ad malū finē ordinari, sicut cū aliqs dat eleemosynam propter inanē gloriā & ecōuerso, aliquā malā operōnē ordinari ad bonū finē, sicut cū qs furat, ut det pauperi: non ergo est ex fine actio bona uel mala.

Sed contra ē, q̄ Boetiꝰ dicit i Topic. q̄ cuiꝰ finis bonꝰ ē, ipsū quoq; bonum est: & cuius finis malus est, ipsum quoq; malū est.

Respon. Dicendum, q̄ eadem est dispositio rerum in bonitate, & in esse. Sunt. n. quædam, quorū esse ex alio non dependet: & in his sufficit considerare ipsum eorum esse absolute. Quedā uero sunt,

SVPER QVÆ. XVIII. ART. IIII. Egid. 2. S. d. 37. q. 2. a. 3. Medina ar. 4.

Circa quartū art. eiusdē 18. quest. omisso tertio, ad uertē quadruplicem bonitatē in litera positā actionis humanę, sic, ut omnē bonitatē cōuenire illi intelligas in quātū est actio humana. Omnis. n. humana actio quantum eiusmodi, cōtinetur sub genere actionis humanæ: q̄ est actus à rōne, & uoluntate & c. & sic hēt bonitatem & charitatē actionis humanæ: & quātū hmōi est, ut tatis habet, nō bonitatis, & ſcđm hoc (ut infra dicet) omnis nostra, quamuis mala, actio est a deo.

¶ Circa distinctionem huius quadruplicis bonitatis in litera, dubiū occurrit: q̄a supra in q. 7. bonitas finis posita est inter circūstantias: hic aūt diuiditur cōtra bonitatem circūstantiarum.

106 *Porrecta per totum.* Inf. q. 71. ar. 1. ad. 1. cap. 4. in parr. 4. q.3 quantū & a princ.

quorũ esse depēdet ab alio: unde oportet q̃ cõsiderentur per cõsiderationē ad causam, à qua dependent. Sicut aũt esse rei dependet ab agente & forma, sic bonitas rei dependet a fine. Vnde in psonis diuinis, q̃ non hñt bonitatē dependētem ab alio, G nõ cõsideratur aliqua ratio bonitatis ex fine. m Actiones autē humanæ, & alia, quorũ bonitas depēdet ab alio, hñt rõnē bonitatis ex fine à quo depēdēt, n præter bonitatē absolutã, quæ in eis existit. Sic igit̃ in actione humana, bonitas quadruplex cõsiderari põt. Vna quidem s̃m genus, prout scilicet est actio: qa quantum hẽt de actione, & entitate, tantum hẽt de bonitate, H ut dictum est* Alia uerò s̃m speciem quæ accipitur s̃m obiectũ conueniens. Tertia scd̃m circũstantias, quasi secundum accidētia quædam. Quarta aũt scd̃m finem, quasi secundum habitudinem ad bonitatis causam.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ bonum, ad quòd aliquis respiciēs operatur, nõ semper est uerum bonũ, sed qñq; uerum bonum, & quãdoq; apparēs: & s̃m I hoc, ex fine sequit̃ actio mala.

Ad 2m dicēdum, quòd quamuis finis sit causa extrinseca, tamen debita proportio ad finem & relatio ĩ ipsũ, inhęret actioni.

Ad 3m dicendum, q̃ nihil phibet actioni habenti unã pdictarum bonitatem, deesse aliã: & s̃m hoc contingit actionem, quæ est bona scd̃m speciem suã uel scd̃m circunstantias, ordinari ad finem malum, uel econuerso: non tamē est actio bona simpliciter, nisi omnes bonitates concurrant: quia quilibet singu K laris defectus causat malum: bonum aũt cãtur ex integra cã, ut Dion. dicit 4. c. de diuinis noib.*

Articvlvs V.

Vtrum aliqua actio humana sit bona, uel mala in sua specie.

Ad qvintvm sic pceditur. Videtur q̃ actus morales non differant specie secundum bonum & malum. Bonum enim G & malum in actibus inuenitur cõformiter h reb' (ut dictũ ē.*) Sed in rebus bonum & malum non diuersificant speciem: idem enim specie est homo bon', & malus. ergo neque etiam bonũ & malum in actibus diuersificant speciem.

¶2 Præt. Malũ, cum sit priuatio, est quoddam non ens: sed h non ens nõ põt esse differentia, s̃m H Philosophũ in 3. Metaph.* Cum ergo differentia constituat speciem, v̄r q̃ aliquis actus ex hoc, q̃ est malus nõ constituatur in aliqua specie: & ita bonum & malum non diuersificant speciem humanorum actuum.

¶3 Præt. Diuersorũ actuũ scd̃m speciem, h diuersi sunt effectus: sed idem specie effectus põt cõsequi ex actu bono, & malo, sicut homo generatur ex adulte- I rio, & ex matrimoniali concubitu: ergo actus bonus & malus non differunt specie.

¶4 Præt. Bonum & malum dr̃ in actibus quandoque secundũ h circustantiam, ut dictum est;* sed circunstantia cùm sit accidens, nõ dat speciem actui: ergo actus humani nõ differũt specie propter bonitatem, & malitiã.

Sed contra. Secũdum Philosophũ in 2. Eth.* Similes habitus, similes actus reddunt: sed habitus bonus & malus differunt specie, ut liberalitas & prodiga K litas: ergo & actus bonus & malus differunt specie.

Respon. Dicendum, q̃ omnis actus speciē hẽt ex suo obiecto

¶Ad hoc dicitur, q̃ finis etiam adiunctus, põt referri ad actũ interiorem uolũtatis, & ad actũ exteriorē. Si referatur ad actum interiorē, nõ est circunstantia, sed ad substantiã actus specificatiue cõcurrens. Si aũt referatur ad actũ exteriorē, finis adiunctus hẽt rõnē circũstantiæ. Et sic cũ aliquis mœchatur, ut furet, furtum est circũstantia fornicationis exterioris, & specificatio interioris uelle: pp qđ in sexto articulo, huiusq; dr̃, q̃ hmõi finis, puta, furtũ, specificat ēt fornicationē exteriorē formaliter, & nõ materialiter, i. ut stat sub illo interiori uelle, & nõ scd̃m se. Idē ergo finis est circunstãtia, & specifica- m tio, relatus ad eundē et actũ exteriorē humanũ diuersimode, scilicet formaliter, & materialiter. Et qm̃ sermões ĩ sciētia, sũt formales, merito bonitas ex fine ut specifica, distinguitur contra bonitatem ex circunstantia eiũ finis. ¶In rñsione ad tert. ũ eiusdē quarti artic. dubiũ occurrit. Qũ sit possibile actum bo- *artic. 4. nũ ex genere & circũstantijs, ordinari ad malũ finē, aut ecõuerso: qa est mal' uel bonus ex fine adiũcto ergo nõ uariat ex fina. Et tenet sequela qa qlibet finis adiunctus hẽt rõnē circũstantiæ respectu actus exterioris scd̃m se, ut dictũ est. Vr̃ ergo implicatio ĩ adiecto, cũ dr̃ act' mal' ex genere ex circũstãtijs ad bonũ finē, aut ecõuerso act' bonus ex genere & circũstãtijs ad malũ finē. Qualis. n. est ex circunstãtijs finis, ad talē est finē: ad inductũ, & ecõuerso. Constat aũt, q̃ tot' hic sermo scilicet de fine et circũstãtia, & fina malo, ad quē actus bon', & bono, ad quē actus mal' ordinat̃, de fine adiũcto intelligit̃, ut patet ex supradictis. ¶Ad hoc potest dupliciter dici. Primo, q̃ licet actus malus etiã ex circunstantia omnis finis nõ possit ordinatio bonũ finē: actus tamen malus etiam ex circũstantia *par. 4. post medium. finis, potest ordinari in finem bonum (uerbi gratia) Fornicari ppter furari, propter prodigũ esse propter usurpationē status, propter uindictam exercendam, & sic deinceps, addendo finem sint semper malũ, impossibile est ordinari in bonũ. Esset. n. malus ex circunstantia omnis finis, & sic esset implicatio in adiecto: sed fornicari pp furari, quamuis sit actus malus ex genere & circunstãtia finis, põt tamē ordinari in bonũ pp eleemosynam dandam. Sed quia cũ quolibet finis nõ arctatur magis ad unũ finē, q̃ plures: aut plures, quàm oēs possibiles adiungi: ideo dicitur secũdo, q̃ in hoc, & similibus sermonibus, intelligendum est de circunstantijs manētibus pure circunstantijs, & nõ de circũstãtijs trãseuntibus specificantia actũ. Vnde si circũstantia finis trãseat in specificans actũ, ut in sexto articulo author docet inferius, cõsequens est, q̃ cũ dr̃, q̃ actus bon' ex genere, & circũstãtijs, ĩ ordinari in malũ finē, intelligit̃ de circunstãtijs non transeuntibus respectu eiusdē actus ĩ specificãs: & similiter de malo. Et sic restat solutio, qa finis, qui est circũstantia actus exterioris scd̃m se iã factio specificãt, ĩ sic nõ excipit finis absolute, qa circũstãtia est, qa non manet in sua puritate, sed trãsit in specificãt. Et hoc oportet bene notare, & resoluere in sequentibus, ubi de duabus bonitatibus moralib'. s. ex fine, & gñe, ac circũstantijs erit sermo. 107 Porrecta pen totum *Mal. 4 a. 4. ad 5. & a. 5. cor. *artic. 4.

Svper Q. XVIII. Artic. V.

Egid. 2. S. d. 40. q. 1. a. 3. Tho. arg. d. 40. ar. 1. Medina. ar. 5.

Circa quintũ articulũ huius decimæ octauæ quæstionis, & specialiter in rñsione ad scd̃m. dubiũ magnũ diluciđãdũ est qũn stant hæc duo simul, s. Differētię scd̃m bonũ, & malũ, cõstituunt distinctas, & contrarias species actuũ moralium: & malũ non est natura aliqua, sed nihil, ut Augu. & Dion. dicũt. Si. n. act' moralis malus, puta, intemperantia species est aliqua inter contra cõ- *text. 10 tom. 3. trariã speciei temperantiæ, sicut nigredo albedini, sequit̃, q̃ differentia mali ē natura aliqua. & non priuatio. Cõstat. n. q̃ priuatio nullã põt cõstituere speciē act', aut habitus, aut cuiusq; rei. Si aũt malũ scd̃m totã suã formalē latitudinē, priuatio, nihilque est, nulla, erit ĩ moralibus mali species positiua: de hac enim loquimur: ac per hoc nulla uere & propria contrarietas inter actum, habitũque iustitiæ & iniustitiæ, temperantiæ & intemperantiæ: qđ est cõtra cõmunem doctrinam. Oportet. n. utrunque contrariorũ ut sic, esse ens positiuum formaliter, & non tantum subiectiue. ¶Ad claritatē huius obscurę difficultatis scito, quod dicta nõ auderē, nisi expressa diui Th. sētētia ĩ prima parte. q. 48. ar. 1. ad 2. & 3 cõtra Gē. c. 9. explicaret, qđ hic tangitur. s. q̃ malũ genus, & differentia in moralibus formaliter. est ens positiuũ, & bonũ art. 3. huius quæst. *cap 1. & 2. tom. 5.

in

RESP. Dicēdū, ꝙ Stoici, sicut ponebāt oēm passionē aię esse malā: ita ponebāt ꝯñr. Oēm passionē aiæ diminuere actus bonitatē: oē.n. bonū ex ꝑmistione mali, uel totaliter tollit᷑, uel fit minus bonū. Et hoc qdē uerū est, si dicamus passiones aiæ solū inordinatos motus sensitiui appetitus, prout sunt ꝑturbationes, seu ægritudines: sed si passiones simpliciter noīemus oēs motus appetitus sensitiui, sic ad pfectionē humani boni ꝑtinet, ꝙ ēt ipsę passiones sint moderatæ p rōnē. K Cū.n. bonū hoīs ꝯsistat in rōne, sicut in radice: tāto illud bonū erit pfecti⁹, quāto ad plura, q̄ hoī cōueniūt deriuari pōt. vnde nullus dubitat, quin ad pfectionē moralis boni ꝑtineat, ꝙ actus exteriorū membrorū p rōnis regulā dirigatur. Vnde cū appetitus sensitiuus posit obedire rōni, ut * supra dictū est, ᵐ ad pfectionē moralis, siue humani boni ꝑtinet, ꝙ ēt ipsæ passiones aiæ sint regulatę p rōne.ᵐ Sicut igit᷑ melius est, ꝙ hō & uelit bonū, & faciat exteriori actu: ita ēt ad pfectionē boni moralis ꝑtinet, ꝙ hō ad bonū moueat᷑, nō solū ſm uolūtatē, sed ēt ſm appetitū sensitiuū: ſm illud qđ in Psal. 83. dr, Cor meū & caro mea exultauerunt in Deū viuū: ut cor accipiam⁹ p appetitu itellectiuo, carnē aūt p appetitu sēsitiuo.

* q. 17. ar. 7. concl. ᵐ

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ passiones aiæ dupliciter se pñt hēre ad iudiciū rōnis. Vno modo antecedenter: & sic cū obnubilent iudiciū rōnis, ex quo dependet bonitas moralis actus, diminuūt actus bonitatē. Laudabilius.n. est, qđ ex iudicio rōnis aliquis faciat opus charitatis, q̄ ex sola passione misericordię. Alio mō se hēnt ꝯñr, & hoc dupliciter. vno modo p modū redundantię, quia. s. cū superior pars aię intense moue᷑t in aliquid, sequit᷑ motū eius ēt pars inferior: & sic passio existens ꝯñr in appetitu sensitiuo, est signū intensionis uolūtatis, & sic indicat bonitatē moralē maiorē. Alio mō, per modū electionis, quando scilicet homo ex iudicio rationis eligit affici aliqua passione, ut promptius operetur cooperante appetitu sensitiuo: & sic passio animę addit ad bonitatem actionis.

AD 2ᵐ dicendū, ꝙ in Deo, & in angelis non est appetitus sensitiuus, neq; ēt membra corporea: & ideo bonū in eis non attenditur ſm ordinationem passionū, aut corporeorum actuū, sicut in nobis.

AD 3ᵐ dicēdū, ꝙ passio tēdēs in malū ꝑcedens iudiciū rōnis, diminuit peccatū: sed ꝯñs aliquo ꝓdictorū modorū, auget ipsū, uel signat augmētū ei⁹.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum aliqua passio sit bona, uel mala ex sua specie.

AD QVARTVM sic ꝓcedit᷑. Vr ꝙ nulla passio animę ſm speciē suam sit bona, uel mala moraliter. Bonū enim & malū morale attenditur secundū rationē: sed passiones sunt in appetitu sensitiuo, & ita id quod est secundū rōnē, accidit h eis. I cū ergo nihil, quod est per accidens, pertineat ad speciē rei, videtur quòd nulla passio secundū suā speciē sit bona uel mala.

¶ 2 Pręt. Actus & passiones hēnt spēm ex obiecto. si ergo aliqua passio ſm aliquā suā speciē esset bona, uel mala, oporteret ꝙ passiones, quarū obiectū est bonū, bonę essent scđm suā spēm, vt amor, desideriū, & gaudiū: & passiones, quarū obiectū est malū, essēt malę scđm suā spēm, vt odiū, timor & tristitia: h sed hoc patet esse falsū, nō ergo aliqua passio ē bōa, vł mala ex sua spē.

¶ 3 Pręt. Nulla species h passionū est, q̄ non inueniat᷑ in alijs aialibus: sed bonū morale non inuenit᷑ nisi in hoīe. ergo nulla passio aię bona ē, uel mala ex spē.

SVPER Q. XXIIII. ART. IIII.

Medina art. 4.

144 *Perfecta per totum.* 2. 2. q. 158 art. 1. cor. Et 4 d. 15. q. 2 art. 1. q. 1. ad 4. Et dis. 50. q. 2. art. 4. q. 5. ad 1. & mal. q. 10. art. 1.

OMISSO tertio articulo, in quarto notanda similitudo Nouit. Primū est, ꝙ sicut nula exteriorū actuū sunt distincta, sic ꝙ aliquos significāt actū exteriorū, ut terminatos ad aliquid dissonum rationi, ut furtū, & adulteriū: & aliqua, ut terminatur ad aliquid consonū rōni, ut orare Deum, & subuenire pauperi: & aliqua naturaliter, ut ambulare, & loq: ita contingit in passionibus: quædam.n. significant passiones vt rationi consonāt, ut misericordia: quædam, ut dissonant, ut inuidia: quædā neutraliter, ut tristitia. Et sicut de exterioribus actibus dictum est, ꝙ sunt secundum se boni, uel mali ex obiecto: ita eodē modo intellige de passionib. Et ꝙ distinctum superius est de bonitate ex obiecto, & ex fine: ne applicare memento proposito.

Passio-

SED CONTRA, est quod Aug. dicit 9. de * ciu. Dei, ꝙ misericordia pertinet ad virtutem. Philos. etiam dicit in 2. * Ethi. quòd uerecundia est passio lauda

*cap. 5. t. 4

Passiones enim ipsæ ad ipsum morale bonum & malũ se habent, sicut exteriores actus, unde & in lr̃a, & est secũdũ propositum in principio corporis articuli proponitur, q̃ sicut de actibus, ita de passionib. & in calce dr̃. Sic.n. pertinent ad spẽm exterioris actus, s. bonũ & malũ moraliter, sic idest, ut obiecta, ita q̃ ly, pertinent, non respicit passiões, ut subiectum loquutionis, sed bonum & malũ moraliter, & directe cõplet proportionalẽ doctrinam de actib. & passionibus.

bilis. ergo aliquæ passiones sunt bonæ, uel malæ ẽm suam spẽm.

A Resp. Dicendũ, q̃ sicut de actibus dictum est, ita & de passionibus dicendum vr̃, q̃ scilicet spẽs actus, uel passionis dupliciter considerari põt. Vno modo, ẽm qđ ẽ in genere naturæ, & sic bonum, uel malum morale nõ ptinent ad spẽm actus uel passionis. Alio mõ, ẽm qđ ptinent ad genus moris, prout.s. participãt aliqđ de uoluntario, & iudicio rõnis: & hoc modo bonum & malũ morale possunt ptinere ad spẽm passionis, ẽm quod accipitur ut obiectũ passionis aliqđ de se cõueniẽs rõni, uel dissonũ a rõne, sicut patet de uerecũdia, quæ est timor turpis: & de inuidia, quæ est tristitia de bono alterius. sic.n. pertinent ad speciem exterioris actus.

Ad primvm ergo dicẽdũ, q̃ rõ illa pcedit de passionib. ẽm qđ ptinẽt ad spẽm naturæ: prout.s. appetitus sensitiu' in se cõsiderat: ẽm uero qđ appetit' sensitiuus obedit rõni, iã bonũ & malũ rõnis, non est ex passionibus eius per accidens, sed per se.

Ad 2m dicẽdũ, q̃ passiones quæ in bonũ tẽdũt, si sit uerũ bonũ, sunt bonæ, & sĩr q̃ a uero malo recedunt: ecõuerso uero, passiones quæ sunt p recessum a bono, & p accessum ad malum, sunt malæ.

Ad 3m dicẽdum, q̃ in brutis animalibus appetitus sensitiuus non obedit rõni: & tñ inquantũ ducitur quadam æstimatiua naturali, quæ subijcitur rõni superiori, s. diuinæ, est in eis quædam similitudo moralis boni, quantum ad animæ passiones.

SVP. QVAES. XXV.

Medina artic. 5.

Circa titulũ quæstiõis uigesimęquintæ aduerte, q̃ pñs quæstio est ordine naturæ, non hoc, vel illo mõ, sed simpliciter. Et qm̃ in ordine naturæ applicato ad generabilia, inuenit duplicitet aliquid prius uel posterius, s. secundum intentionem, uel secũdum executionem: ideo in litera utranque traditur.

SVPER Q. XXV. ART. I.

Medina ar. 1,

In responsione ad primũ primi articuli aduerte, q̃ alia est distinctio proprij a proprio, & proprij a cõi. [illegible] enim non d[illegible] sicut contra

QVAESTIO XXV.

De ordine passionum adinuicem, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerãdũ est de ordine passionum adinuicem.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primo, de ordine passionum irascibilis ad passiones concupiscibilis.

¶Secundo, de ordine passionũ concupiscibilis adinuicem.

¶Tertio, de ordine passionum irascibilis adinuicem.

¶Quarto, de quatuor principalibus passionibus.

Articvlvs primvs.

Vtrum passiones irascibilis sint priores passionibus concupiscibilis, uel econuerso.

Ad primvm sic proceditur. Vr̃ q̃ passiones irascibilis sint priores passionib. concupiscibilis. Ordo enim passionũ est secundum ordinẽ obiectorum: sed obiectũ irascibilis est bonũ arduum, quod vr̃ esse supremũ inter alia bona. ergo passiones irascibilis uidentur preesse passionibus concupiscibilis.

¶2 Præt. Mouẽs est prius moto: sed irascibilis cõparatur ad concupiscibilẽ, sicut mouẽs ad motum: ad hoc enim datur aialibus ut tollantur impedimenta, q̃b

B cõcupiscibilis prohibet frui suo obiecto, ut supra dictum est. Remouens autem phibens habet rationem mouẽtis, ut dicitur in 8. Phys. ergo passiones irascibilis sunt priores passionibus concupiscibilis.

¶3 Præt. Gaudiũ & tristitia sunt passiones cõcupiscibilis: sed gaudiũ & tristitia cõsequunt ad passiones irascibilis. dicit enim Philosoph' in 4. Eth. q̃ punitio

C quietat impetum iræ, delectationẽ loco tristitiæ faciẽs. ergo passiones concupiscibilis sunt posteriores passionibus irascibilis.

Sed contra, Passiones cõcupiscibilis respiciunt bonũ absolutũ: passiones aũt irascibilis respiciunt bonum contractũ, scilicet arduum: cum igitur bonum simpliciter sit prius quàm bonũ contractum, vr̃ q̃ passiones cõcupiscibilis ad plura se habent

D quam passiones irascibilis.

Respon. Dicendum, q̃ passiones cõcupiscibilis ad plura se habent q̃ passiones irascibilis. Nã in passionibus cõcupiscibilis inuenit aliquid ptinens ad motũ, sicut desiderium: & aliquid pertinẽs ad quietẽ, sicut gaudiũ & tristitia. Sed in passionibus irascibilis nõ inuenit aliquid pertinens ad quietẽ, sed solũ pertinens ad motũ: cuius ratio est: quia id, in

E quo iam quiescit, non habet rationem difficilis seu ardui, quod est obiectũ irascibilis: quies aũt cum sit finis motus, est prior in intentione, sed posterior in executione. Si ergo comparentur passiones irascibilis ad passiones concupiscibilis, quę significant quietem in bono, manifeste passiones irascibilis præcedunt ordine executionis huiusmodi passiones concupiscibilis, sicut spes præcedit gaudium, unde causat ipsum secũdũ illud Apostoli Rom. 12. Spe gaudentes. Sed passio concupiscibilis importãs quietẽ in malo. s. tristitia, media est inter duas passiones irascibilis, sequitur enim timorem;

propriũ per aliquod positiuũ in se, quod non sit in proprio: duo autem disparata distinguuntur abinuicem suis positiuis distinctiuis, quorum alterum unum, alterum reliquum cõstituit. Vnde quia bonum, & bonum arduum se habent sicut commune, & proprium, & non sicut duo propria: ideo in litera dicit, quod ratio in oppositum allata, scilicet bonum arduum, & supramum bonum haberet locum, si bonũ quod obiectum est concupiscibilis, aliquid oppositum diceret, idest, si distingueratur contra bonum arduum, ut quoddam aliud particulare, seu propriũ bonum: si enim diceret aliquid bono arduo oppositũ suũ, scilicet proprium distinctiuum. Tunc enim haberent se sicut duo partialia bona, quorum superius proculdubio esset naturaliter prius, sicut uniuersaliter apparet in cæteris. Sed quia se habent sicut communa, & proprium: ideo quamuis bonum arduum sit quid excellentius bono absolute, est tamen posterius: quia illud commune, hoc proprium: illud absoluta, hoc contractum: illud enim dicit bonum commune ad bonũ in motu, & bonum in quiete: & hoc tantummodo bonum in motu, ut in corpore articuli ostenditur. Cũ autem audis, obiectum concupiscibilis cõparari ad obiectum irascibilis, ut commune ad proprium, & ad plura se ex-

t 41. art. 3. ad 1. Et 3. di. 26. q. 2. art. 3. q. 2. cor. Et neti. q. 25. a. 2. cor. Et mal. q. 4. ar. 2. ad 12

*q. 23. art. 1.

†tex. 32. tom. 2.

*c. 5. paulo post medium, tom. 5.

Cum enim occurrerit malũ qđ F timebaŧ, cãtur tristitia. Pręcedit aũt motũ iræ: qa cum ex tristitia pcedẽte† aliquis insurgit in uindictã, hoc ptinet ad motũ irę: & qa repẽdere uicẽ malis, apphẽdit ut bonũ, cũ irat⁹ hoc cõsecutus fuerit, gaudet. Et sic manifestũ ẽ, ꝙ ois passio irascibilis terminaŧ ad passionẽ ꝯcupiscibilis ptinẽtẽ ad qetẽ. s. uel ad gaudiũ vel ad tristitiã. Sed si comparenŧ passiones irascibilis ad passiões G cõcupiscibilis, q̃ importãt motum: sic manifeste passiones cõcupiscibilis sunt priores, eo ꝙ passiones irascibilis addũt supra passiones cõcupiscibi'is: sicut & obiectũ irascibilis addit s̃. obiectũ cõcupiscibilis arduitatẽ, siue difficultatẽ. Spes. n. supra desiderũ addit quendã conatũ, & quadã eleuationem animi ad consequendũ bonũ arduum: & silr timor addit supra fugam, seu abo H minationẽ, quandam depressionem animi pp difficultatem mali. Sic ergo passiones irascibilis mediæ sunt inter passiones cõcupiscibilis, q̃ important motũ in bonum, uel in malũ: & inter passiones concupiscibilis, q̃ important quietem in bono, uel in malo. Et sic patet, ꝙᵐ passiones irascibilis & principiũ habẽt a passionib. cõcupiscibilis, & i passionib. cõcupiscibilis terminãtur.ⁿ I

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ illa rõ pcederet, si de rõne obiecti cõcupiscibilis esset aliqd oppositũ arduo, sicut de rõne obiecti irascibilis ẽ, ꝙ sit arduũ: sđ qa obiecta ꝯcupiscibilis ẽ bonũ absolute, pri⁹ naturaliter ẽ q̃ obiectũ irascibilis, sicut cõe, pprio.

Ad 2ᵐ dicendum, ꝙ remouẽs prohibens non est mouens p se, sed per accidens. Nunc autẽ loquimur de ordine passionũ per se. Et prӕterea irascibilis remouet prohibens quietem concupiscibilis in suo obiecto: uñ ex hoc non sequiŧ, nisi ꝙ passiones irascibilis pcedunt passiones cõcupiscibilis ad quietẽ ptinẽtes, de quibus ẽt tertia rõ procedit.

ARTICVLVS II.

Vtrum amor sit prima passionum concupiscibilis.

Ad secundum sic proceditŧ. Vŕ ꝙ amor non sit prima passionũ concupiscibilis. Vis. n. concupiscibilis a cõcupiscẽtia denominaŧ, q̃ est eadẽ passio cũ desiderio; sed denominatio fit a ʰ potiori, ut dŕ in 2.* de aia ergo cõcupiscẽtia est potior amore.

¶ 2 Præt. Amor unionẽ q̃dã ipor tat: ẽ. n. uis ʰ unitiua & cõcretiua vt Dio. dicit i 4. c. de † di. no. s3 cõcupiscẽtia, uł desideriũ ẽ mot⁹ ad vnionẽ rei ꝯcupitę uł desideratę ergo ꝯcupiscẽtia ẽ prior amoŕ.

¶ 3 Præt. Cã est prior effectu, sed delectatio est qñq; ʰ cã amoris: qdã. n. pp delectationẽ amãt ut dŕ in 8. Eth. ergo delectatio est prior amore. ñ ergo prima inter passiões cõcupiscibilis ẽ amor.

Sed cont. ẽ, qđ Aug. dicit in 14. † de ciu. Dei, ꝙ oẽs passiões ex amoŕ cãnŧ. Amor. n. ihiãs hr̃e qđ amaŧ, cupiditas ẽ: id aũt habens, eoq; fruẽs, lætitia ẽ. amor ergo ẽ prima passionũ cõcupiscibilis.

Res. Dicẽdũ, ꝙ obiecta cõcupiscibilis sunt bonũ, & malũ. Naturaliter aũt ẽ prius bonũ malo, eo ꝙ malũ est priuatio boni: vñ, & oẽs passiones quarũ obiectũ ẽ bonũ, naturaliter sũt priores passionib. quarũ obiectũ est malũ, unaquæq; . s. sua passione opposita. Quia. n. bonũ q̃riŧ, iõ refutaŧ oppositũ malũ, bonũ aũtẽ hẽt rõnẽ finis, q q̃dẽ ẽ prior in ĩtẽtione, sed ẽ posterior i executiõe. Põt ergo ordo passionũ cõcupiscibilis attẽdi uel s̃m intẽtionẽ, uel s̃m cõsecutiõẽ. Scđm qdẽ ꝯsecutionẽ illud ẽ prius, qđ primo fit in eo, qđ tẽdit ad finẽ. Manifestũ ẽ aũt, ꝙ oẽ qđ tendit ad finẽ aliquẽ, primo qdẽ hẽt aptitudinẽ, seu pportionẽ ad finẽ nihil. n. tẽdit in finẽ ñ pportionatũ: scđo moueŧ ad finem: tertio quiescit in fine post eius cõsecutionẽ. Ipsa aũt aptitudo, siue proportio appetitus ad bonũ est amor, q nihil aliud est, q̃ cõplacentia boni. K Motus aũt ad bonũ, est desideriũ, uel cõcupiscẽtia: q̃es aũt in bono, est gaudiũ uel delectatio: & iõ ᵐ s̃m hunc ordinẽ amor præcedit desideriũ, & desiderium pcedit delectationẽ:ⁿ sed s̃m ᵒ ordinem intentionis, est econuerso: ᵖ nã delectatio intẽta cãt desideriũ, & amorẽ. Delectatio. n. est fruitio, q̃ quodam modo est finis, sicut & ipm bonũ, ut ° supra dictũ ẽ.

Ad primum ergo dicẽdũ, ꝙ hoc mõ noiaŧ aliqd, s̃m qđ nobis innotescit. Voces. n. sunt signa intellectuũ s̃m * Philosophum. Nos aũt ut plurimũ p effectũ cognoscimus cãm: effectus aũt amoris, qñ qdẽ hr̃ ipsũ amatũ est delectatio: qñ uero non hr̃, est desiderium uel concupiscentia, vt autem Aug. dicit

---

intendere &c. nõ intelligas se habeŧ sicut vniuersale & particulare, ut alal & hõ: hoc enim falsum est: sed scito, se habere sicut motus simpliciter, de quo est habitus libri Physicorũ: & motus ad ubi, de quo est habitus libri De cælo & mundo. Bonum. n. sẽsibile simpliciter spectat ad concupiscibilem: bonum aũt sensibile determinatũ ad arduitatem, spectat ad irascibilem: & sic oĩa consonant, s. & distinctio obiectorũ, ac potentiarũ, & habitudo cõis ad propriũ, & motus ambitus illius quo hotus, ut patet in simili adducto.

SVP. QVAES. XXV. ART. II.

Ferr. 4. cont. c. 19.
Cap. 3. d. 1. q. 1. con. 3. arg. 4. concl. 3 con.

In secundo arti. aduerte quàm incongrue passionũ notitiã tradiderit Sco.⁹, dicens in primo, dis. 1. q. 4 ꝙ appetitus sẽsitiui pprie nõ ẽ amare. Cũ. n. amor sit prima passio appetitus sensitiui, si amare nõ cõueniret pprie appetitui sensitiuo: ergo nec delectari, nec timere proprie cõueniet: à primo. n. reliqua pendent, & à᷑ ipsum reliquæ passiones includunt. concl. m Nã delectamur amato, timemus malũ amati, desperamus eb amato, ulciscimur conturbans amatũ: unde si amatũ est improprie reliquæ erũt passiões improprie, sicut in rebus naturalib. Et ulterius, si passiones sunt improprie in appetitu sensitiuo, & secundũ uer taẽ sunt minus proprie in appetitu intellectiuo, nullibi erunt proprie.

¶ In corpore secundi art. eiusdẽ quæstionis Nouiuorũ dubiũ occurrit, qũo vulgatum ẽ inter philosophos, ꝙ ois appetitus ẽ boni, & ꝙ nullus operatur, aspiciẽs ad malũ. Et nũc in lrã di, ꝙ obiecta concupiscibilis sunt bonũ, & malũ.

¶ Ad ho. breuiter dr̃, ꝙ quia malum non est obiectum appetitus, ut prosequendũ, sed ut fugiendũ, & eadẽ rõne qua bonũ appetitur, malũ refutatur: iõ utrunq; uerificatur, s. & ꝙ utrũque est obiectum diuersimode, & ꝙ bonũ cõiter assignatur, & diuulgatur: qa bonũ per se, malũ uero per accidẽs, idest, p aliud. s. bonũ, est obiectum. Veruntamẽ esto cautus in re hac. Dupliciter enim inuenitur accidentalitas in istis, s. referendo potentiã ad obiectũ, & referendo actum ad obiectum. Si consideretur nanque potentia in ordine ad suum p se primo obiectum, sic bonum est p se obiectũ ois appetitus, malum uero per accidens. Et hinc ẽ qđ resonat cõiter in ore philosophorũ: & iõ assignatur in art. sequenti, in ista † ione ad tertium. Si vero consideretur aliquis spalis actus appetitus i ordine ad suũ proprium obiectum, sic, & respectu boni, & respũ mali inueniŧ per se, & per accidẽs. Actus enim tendens per se in bonum, est per modũ prosequẽtis: & tendens per se in malum, est p modũ recedentis. bonũ enim est, qđ oĩa appetũt: malum uero, qđ oĩa fugiunt. Vnde docẽt in hoc tractatu author ꝙ desperatio est actus appetitus p accidens respectu boni: quia recedit a bono: & audacia est act⁹ p accidens respectu mali, qa accedit ad malũ. Timor uero ẽ actus p se respectu mali, qa fugit ipsũ. Inter spãles ergo actus differẽtia est, ꝙ alij per se, alij p accidens respectu

Margin notes: concl. m — concl. p — 346 Porrecta per totum. a. q. 20 ar. 1. cor. Et 3. d. 27. q. — 1. ar. 3 Et 4. contra Gẽti. c. 19. Et ueri. q. 26 arti. 4. co. Et Gal. 5. le. 6. & 1. metaph. le. 5. fin. — * tex. 49. — † c. 4. par. i nõ remote a fine, & p. 2. — * c. 2. 3. & seq. to. 5. — † c. 7. & 9. tom. 5. — * q. 11. ar. 3 ad 3. — * li. 1. peri her. in prin. t. 1.

in 10. de Trinit. Amor magis sē-tit, cū eū ꝓdit indigētia. Vnde inter omnes passiones concupiscibilis, magis est sensibilis concupiscentia: & propter hoc ab ea de nominatur potentia.

AD 2^m dicendū, ꝙ duplex est unio amati ad amantē, Vna qdē realis ſm coniunctionē ad rē ipsam, & talis unio ꝑtinet ad gaudiū, uel delectationē, q̃ sequitur desideriū. Alia aūt est unio affectiua, ſm .ſ. qd aliquid hēt aptitudinem, uel proportionē, prout .ſ. ex hoc, ꝙ aliquid hēt aptitudinem ad alterū, & inclinationem, iam participat aliquid eiꝰ: & sic amor ^a unionē importat, quæ quidem unio prçcedit motum desiderij.

AD 3^m dicendū, ꝙ delectatio causat amorem, ſcḋm quod est prior in intentione.

ARTICVLVS III.

Vtrum spes sit prima inter passiones irascibilis.

AD TERTIVM sic ꝓcedit. Vř ꝙ spes nō sit prima īter passiones irascibilis. Vis.n. irascibilis ab ira denominat: cū ergo denominatio fiat a ^b potiori, vř ꝙ ira sit potior & prior q̃ spes.

¶ 2 Præt. Arduū, ē ^b obiectū irascibilis: sed magis vř esse ardnū, qđ aliquis conet superare malū contrariū, qđ imminet ut futurū, quod pertinet ad audaciā: uel qđ iniacet iam ut præsens, quod pertinet ad iram q̃ qđ conetur acquirere simpliciter aliquod bonum: & similiter magis vř esse arduum, ꝙ conetur uincere malū præsens, quàm malū futurum. ergo ira vř esse potior passio, quàm audacia: & audacia quàm spes: & sic spes non uidetur esse potior.

¶ 3 Præt. Prius occurrit ī h motu ad finem recessus à termino, q̃ accessus ad terminum sed timor & desperatio important recessum ab aliquo, audacia autem, & spes important accessum ad aliquid. ergo timor, & desperatio prçcedunt spem, & audaciā.

SED CONTRA, Q̃āto aliqđ ē ꝓpinqus primo, tāto ē prius: sed spes est ꝓpinquior amori, q ē prima passionū. ergo spes ē prior īter oēs passiones irascibilis.

RESPON. Dicendū ꝙ sicut iā A ^a dictū est, Oēs passiones irascibilis important motum in aliquid: motus aūt ad aliquid in irascibili pōt causari ex duobꝰ, uno mō ex sola aptitudine, seu proportione ad finem, q̃ pertinet ad amorē, uel odium. Alio mō ex præsentia ipsius boni, uel mali, quæ pertinet ad tristitiā, uel gaudiū: & quidē ex præsētia boni nō causatur aliqua passio in irascibili, vt ^b dictū est, sed ex ꝓsentia mali causatur passio iræ. B Quia igit in uia generationis, seu ꝓsecutionis, ꝓportio uel aptitudo ad finē, ꝓcedit cōsecutionē finis: inde est, ꝙ ira inter omnes passiōes irascibilis, est ultima ordine generationis: inter alias aūt passiones irascibilis, q̃ importāt motū consequentē amorē, uel odiū boni, uel mali, oportet ꝙ passiones quarū obiectū est bonū, scilicet spes, & desperatio sint naturaliter priores passionibꝰ, quarū obiectū C ē malū, s. audacia & timore: ita tamē ꝙ spes ē prior desperatione: qa spes ē motus in bonū ſm rōnē boni, qđ de sua rōne ē attractiuū: & ideo ē motus in bonū ꝑ se: desperatio aūt est recessus à bono, q nō cōpetit bono ſm qđ ē bonū, sed ſm aliqđ aliud unde est quasi ꝑ accidens. & eadē rōne timor, cum sit recessus à malo, est prior q̃ audacia. Quòd aūt spes & desperatio sint naturaliter priores, q̃ timor & audacia, ex hoc manifestū, ē ꝙ sicut appetitus boni est ratio qnare nitetur malū ita ēt spes, & desperatio, sūt ratio timoris & audaciç. Nā audacia D cōseqtur spē uictoriæ, & timor cōsequitur desperationem uincendi: ira autem consequitur audaciā. Nullus.n. irascit uindictā appetēs, nisi audeat uindicare, ſcḋm qđ Auic. dicit i 6. de naturalibꝰ. Sic ergo patet, ꝙ spes ^m ē prima iter oēs passiones irascibilis. Et si ordine oīum passionū ſcḋm uiā generationis, scire uelimns, primo occurrūt amor, & odiū ſcḋo, desideriū, & fuga: tertio spes, & ^d desperatio: q̃rto timor & audacia: qnto ^e ira sexto, & ultimo gaudiū & tristitia, q̃ ꝯsequunt ad oēs passiones, ut dř in 2. Ethicor. ita tamē, ꝙ amor est prior odio, & desideriū, fuga, & spes desperatione, & timor audacia, & gaudiū q̃ tristitia, ut ex ^e prædictis colligi pōt. E

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ qa ira causat ex alijs passionibꝰ, sicut effectꝰ a causis ꝓcedēribꝰ: ideo ab ea tanquā a manifestiori denoīat potentia.

AD 2^m dicendum, quòd arduum non est rō accedēdi, uel appetēdi, sed potius bonū: & ideo spes, q̃ directius respicit bonum est prior: quamuis audacia aliquādo sit in magis arduum, uel etiam ira.

AD 3^m dicendū, ꝙ appetitus primo, & ꝑ se mouetur in bonū, sicut in propriū obiectū, & ex hoc causat ꝙ recedat a malo: Proportio ēt.n. motꝰ appetitiuæ partis, nō qdē motui naturali, sed intētioni naturæ, q̃ ꝑ prius intendit finem, q̃ remotionem contrarij, quæ non q̃ritur nisi ꝑꝑ adeptionem finis:

^a artic. 1.

^b q. 23. ar. 3.

^c cuncta m.

D. 256.
D. 258.

^d ca. 5. et 5.

^e ex illo a. & ex 2. a. huius q.

^a cap. 12. medio t 5.

speclu boni, uel mali sūt: potētia aūt ipsa ꝑ se, solū bonū resp ei. Et nō ē hic sermo de, ly: ꝑ accidēs, ut distinguit contra ꝑ se, sicut dicimus, ꝙ albū ædificat non ꝑ se, sed per accidēs. sed, ut distinguitur contra per aliud, qđ stat esse per se secundo, ut patet.

¶ In rñsione ad primū eiusdē, scḋi articuli. dubiū occurrit circa illa uerba, Inter omnes passiones cōcupiscibilis, magis est sensibilis cōcupiscentia. Falsū.n. hoc vř, experientia teste: oā tristitia manifeste magis sentit; ut patet in cruciatibus corporis: & D. 105. delectationes tactum cōsequentes, uehemētissime sentiunt. Constat autem has esse passiones concupiscibilis. ergo.

¶ Ad hoc dř, ꝙ passiones esse magis sensibiles cōtīgit dupliciter. 147 Primo, ut se tenēt ex parte animæ: Scḋo, ut se tenēt ex parte corporis. Et ꝙ licet scḋo mō cōcupiscentia nō sit magis sēsibilis, sed dolor, & forte delectatio: primo tamen mō concupiscentia inter passiones cōcupiscibilis est maxime sensibilis: absq; corporali nāque cōiunctione experimur cōcupiscere magis sēsibiliter, q̃ amare, odisse &c. Et qa ꝙ se tenet ex parte animæ, est formale i passionibus: ideo de passionibus istis formaliter loquēdo dictū est, qđ concupiscentia est magis sensibilis.

Porrell. per totum. Sup. qu. 23. art. 4. cor.

SVPER QVÆ. XXV. ARTIC. III.

IN art. tertio eiusdem quæst. in rñsione ad scḋm, dubiū occurrit ad hominē: qꝛ ipse author superius in quæst. 23. ar. 2. expresse vult, ꝙ arduū hēat rōnē, ut in ipsū tendit, & sic audacia tendit in ipsum: hic uero docet oppositū, dicens, ꝙ arduū non est ratio accedēdi, uel appetēdi, & ideo spes est prior.

¶ Ad hoc dř, ꝙ quia obiectū irascibilis est totū cōtractum, s. bonū arduū, & malum arduū & harū duarū rōnū, scilicet bonitatis, & arduitatis, magis hēt rōnē tractiui bonitas, q̃ arduitas, ut de se patet: ideo in litera non simpliciter, sed cōparatiue interpretādū est, ꝙ arduū nō est ratio accedēdi & hoc subiūcta uerba insinuāt, s. sed potius bonū, in cuius signū, in nulla passione assignatur arduū ꝓ rōne accedendi, nisi in audacia, in qua oportuit hoc fieri: qa obiecto eius existēte malo arduo, & malū est magis repulsiuum q̃ arduū, cōsequens fuit, ꝙ arduū ratio poneret accessus. Est igitur si recte cōsideretur, arduū comparatum ad bonū, ratio recessus: & cōparatum ad malum, ratio accessus. Et ꝓpea, non est mirū, si mō affirmaſ, aut negatur hoc, modo illud.

SVP. QVÆST. XXVI. ARTIC. I.

148 Porrecta. per totum. Inf. q. 84. ar. 4. ad 2. Ergo 123. art. 1. ad 1. & q6. 141. artu. 7. ad 3. & ueri. qu. 26. ar. 5. *cap. 3. 7. 8. & 9. 10. 5.

IN articulo quarto eiusdem quæs. ut resolute scias, & spe-ras primatũ illarum quatuor passionum, colligito, ꝙ passiones primariæ exigunt duas cõditiones. Prima est, ꝙ sint p se, id est, nihil p accidẽs habẽtes admistũ tam in se, q̃ i suis cauſis. Scda est, ꝙ sint ultimæ in singulis generib⁹. Sũt aũt, si bene distinguit̃ quatuor genera passionum, s. motus in bonũ, motus à malo, qes in bono, & inquietudo in malo. Vltima in primo genere, est spes: in scdo, timor: in tertio, delectatio: in quarto, tristitia: & oẽs sunt p se, tã in se, q̃ in suis causis. Et sic cessant oẽs obiectiones, specialiter d ira, q̃ ẽ ulterior motus in bonũ, quã spes: est. n. post spẽ: q tñ consurgit ex per accidens, s. ex audacia, ut in litera dicitur: ideo primatu priuatur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrũ istæ sint quatuor principales passiones, gaudium, tristitia, spes, & timor.

AD QVARTVM sic procedit. Vr ꝙ nõ sint istæ quatuor principales passiones, gaudiũ, & tristitia, spes & timor. Augustin. in 14. de *ciuit. Dei, nõ ponit spẽ, sed ʰ cupiditatẽ loco eius.

¶2 Præt. In passionib⁹ animę est duplex ordo, s. ʰ intentionis, & cõsecutionis seu generationis. G Aut ergo pricipales passiões accipiuntur ſm ordinẽ intentionis¹, & sic tantũ gaudiũ & tristitia, q̃ sunt finales, erunt principales passiones: aut ſm ordinẽ consecutionis, seu generationis: & sic erit amor principalis passio. nullo ergo mõ dẽnt, dici quatuor passiones istæ principales, gaudium, & tristitia, spes & timor.

¶3 Præt. Sicut audacia cãtur ex H spe, ita timor ex desperatione: aut ergo spes, & ʰ desperatio debent poni principales passiones tanquàm causæ, aut spes & audacia tanquam sibijpsis affines.

Metr. ult. in fin.

SED CONT. est illud, qđ Boet. in lib. de cõsol. enumerãs quatuor principales passiones, dicit, Gaudia pelle, pelle timorẽ: spemq; fugato, nec dolor adsit.

concl. m

RESP. Dicendũ, ꝙ ᵐhæ quatuor passiones cõiter principales esse dñr, ₙ quarũ duę, scilicet gaudiũ, & tristitia, principales dñr: qa sunt copletiuæ & finales simpl̃r respectu oĩum passionũ, unde ad oẽs passiones consequunt̃, vt dr̃ in 2. *Ethic. Timor aũt, & I spes sunt principales, non quidẽ quasi cõpletiuæ simpl̃r, sed qa sunt cõpletiuæ in genere motus appetitiui ad aliquid. Nã respectu boni incipit mot⁹ in amore, & procedit in desideriũ, & terminatur in spe: respectu vero mali incipit in odio, & procedit ad fugam, & terminat̃ in timore. Et iõ solet narum quatuor passionum numerus accipi ſm dr̃iam pręsentis, & futuri: motus. n. respicit futurũ, sed quies est in aliquo præsenti. De bono igitur præsenti est gaudium, de malo præsenti est tristitia, de bono futuro est spes, de malo futuro est timor: omnes autẽ K aliæ passiones, quæ sunt de bono uel de malo, præsenti uel futuro, ad has cõpletiue reducunt̃. Vnde ẽt à quibusdam dñr principales hæ prædictæ quatuor passiones, qa sunt gñales: quod quidem uerũ est, si spes, & timor designant motũ appetitus cõiter tendentẽ in aliquid appetendũ, vel fugiendum.

*c. 5. to. 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ Aug. ponit desiderium, uel cupiditatem loco spei, inquantum ad idem pertinere uidentur, idest, ad bonum futurum.

AD 2ᵐ dicendũ, ꝙ passiones istæ dñr principales secundum ordinem intentionis, & complemẽti. Et quamuis timor & spes non sint ultimæ passiones F simpliciter, tñ sunt ultimæ in genere passionũ tendentium in aliud, quasi in futurum: nec potest esse instantia, nisi de ira, quæ tamen non põt poni principalis passio, quia est quidã effectus audaciæ, quæ non potest esse passio principalis, ut * infra dicit̃.

*q. 45. art. 2. ad 3.

AD 3ᵐ dicendũ, ꝙ desperatio importat recessũ a bono, quod est quasi ꝑ accidẽs: & audacia importat accessum ad malũ, quod ẽt est per accidens: iõ hæ passiones non possunt esse principales, quia qđ est ꝑ accidens, nõ põt dici principale: & sic ẽt nec ira põt dici passio principalis, q̃ cõsequit̃ audaciã.

QVAESTIO XXVI.

De passionibus animæ in speciali, & primo de amore, in quatuor articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de passionibus animæ in speciali. Et primo, de passionibus concupiscibilis. Secundo, de passionibus irascibilis.

¶ Prima consideratio erit tripartita. Nã primo considerabimus de amore, & odio. Secũdo, de cõcupiscẽtia, & fuga. Tertio, đ delectatiõe, & tristitia.

¶ Circa amorem consideranda sunt tria.

¶ Primo, de ipso amore. Secundo, de causa amoris. Tertio de effectibus eius.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum amor sit in concupiscibili.

¶ Secundo, Vtrum amor sit passio.

¶ Tertio, Vtrum amor sit idem quod dilectio.

¶ Quarto, Vtrum amor conuenienter diuidatur in amorem amicitiæ, & in amorem concupiscẽtię.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum amor sit in concupiscibili.

Palud. 3. d. 27. q. 1. *Medina art. 1.*

149 Porrecta per totum. Infr. ar. 2. ad 2. & 3. dist. 26. q6. 1 a. 2. cor. fin. Et dist. 27. q. 1. art. 2. Et mal. q. 8. ar. 3. ad 6. & 3. de anima le 4. 57. post medium, to. 5.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ amor nõ sit in cõcupiscibili. Dicitur enim Sap. 8. Hãc, scilicet sapientia, ʰ amaui, & exquisiui à iuuentute I mea: sed concupiscibilis, cum sit pars appetitus sensitiui, non põt tendere in sapientiã, quæ nõ cõprehenditur sensu. ergo amor non est in cõcupiscibili.

¶2 Pręt. Amor vr̃ ʰ esse idẽ cuilibet passioni. Dicit. n. Aug. in 14. de ciuit. Dei, Amor inhiãs hr̃e qđ amat̃, cupiditas est: id aũt habẽs, eoq; fruens, lætitia: & fugiẽs qđ ei aduersat̃, timor est: idq; si acciderit sentiẽs, tristitia est: sed nõ oĩs passio est in cõcupiscibili, sed timor ẽt hic enumerat⁹ est in irascibili. ergo nõ est simpl̃r dicendũ, ꝙ amor sit in cõcupiscibili.

†cap. 4. in par. 2.

¶3 Pręt. Dion. in cap. † de diu. no. ponit quendã amõrem ʰ naturalẽ: sed amor naturalis magis videtur K pertinere ad uires naturales, quæ sunt animæ uegetabilis. ergo amor ñ simpliciter ẽ in cõcupiscibili.

*cap. 3. in loco 25.

SED CONTRA est quod Philosophus dicit in 2. *Topicorum, ꝙ amor est in concupiscibili.

RESP. Dicendũ, ꝙ amor est aliquid ad appetitũ ꝑtinens, cũ utriusq; obiectũ sit bonum: vnde ſm dr̃iam appetitus, est dr̃ia amoris: Est. n. quidam appetitus non ꝯñs apprehensionẽ ipsius appetentis, sed alterius, & hmõi dr̃ appetitus naturalis. Res. n. naturales appetunt quod eis conuenit ſm suã naturam, non per apprehensionẽ propriã, sed per apprehensionẽ instituentis naturã, ut in 1. li. * dictum est. Alius autem est appetitus consequens appre-

*p. p. q. 103 art. 1

hensionem

hensionẽ ipsi⁹ appetentis, sed ex necessitate, nõ ex judicio libero: & talis ẽ appetitus sensitiuus in brutis, q tñ in hoibus aliqd libertatis participat, inqũtũ obedit rõni. Alius aũt est appetitus ꝯñs apprehensionẽ appetẽtis ſm liberũ iudiciũ, & talis est appetitus rõnalis, siue intellectiuus, q dr̃ uolũtas. In unoquoq; aũt horũ appetituũ amor dr̃ illud, qđ est principiũ motus tẽdentis in finẽ amatũ: in appetitu aũt nãli principiũ hmõi motus est connaturalitas appetẽtis ad id, in qđ tendit, q̃ dici põt amor naturalis: sicut ipsa connaturalitas corporis grauis ad locũ mediũ ẽst p grauitatẽ, & põt dici amor naturalis. Et siľr aptatio appetitus sensitiui, uel uolũtatis ad aliqđ bonũ, idest, ipsa cõplacentia bonis, dr̃ amor sensitiuus, vel intellectiuus seu rõnalis. Amor igiť sensitiuus ẽ in appetitu sensitiuo, sicut amor intellectiu⁹ in intellectiuo appetitu, & ptinet ad ꝯcupiscibilẽ: qa dr̃ p respectũ ad bonũ absolute, nõ p respectũ ad arduũ, qđ ẽ obiectũ irascibilis.

D. 102.

concl. m. D. 979.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ auctoritas illa loquitur de amore intellectiuo, uel rationali.

Ad 2^m dicẽdũ, ꝙ amor dr̃ esse timor, gaudiũ, cupiditas, & tristitia nõ qdẽ essentialiter, sed cãliter.

Ad 3^m dicendũ, ꝙ amor naturalis nõ solũ est in uiribus animæ vegetatiuæ, sed in oibus potentijs animæ, & ẽt in oibus partibus corporis, & uniuersaliter in omnibus rebus: qa, ut Diony. dicit 4. cap. De diui. nom. Omnibus est pulchrum, & bonum amabile, cũ unaquæq; res habeat connaturalitatẽ ad id, quod est sibi conueniens ſm suam naturam.

150

Articvlvs II.

Vtrum amor sit passio.

P. rrecta per totum. Inf. ar. 3. ad 3. & 4. q. 28. art. 6. ad 1.

Cap. 1. d. 1. q. in rñs ad primũ. Aur. con. 3. Medina. ar. 2.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd amor non sit passio. Nulla enim virtus, passio est: sed oĩs amor est virtus quædã, ut dicit Dio. 4. cap. de diui. no. ergo amor non est passio.

*cap. 4. in par. 1. declinando ad finẽ, & ẽt par. 2.

¶ 2 Præt. Amor est unio quædam, uel nexus, ſcđm Aug. in lib. de Trinit. sed unio, uel nexus non est passio, sed magis relatio. ergo amor non est passio.

†lib. 8. de trin. c. 10. habet t. 3.

¶ 3 Præt. Damascen. dicit in lib. 2. quòd passio est motus quidã: amor autem non importat motum appetitus, qui est desiderium, sed principium huiusmodi motus. ergo amor non est passio.

*cap. 22.

Sed contra est, quod Philosophus dicit in 8. Ethic. quòd amor est passio.

*ca. 5. parũ a medio, to. 5.

Respon. Dicendum, ꝙ passio est effectus agẽtis in patiente: agens aũt naturale duplicẽ effectũ inducit in patiens. Nã primo quidẽ dat formã, ſcđo dat motũ ꝯsequentem formã: sicut generans dat corpori grauitatẽ, & motũ ꝯsequentem ipsam. Et ipsa grauitas, q̃ est principiũ motus ad locũ connaturalẽ, pp connaturalitatẽ põt quodãmodo dici amor naturalis: sic ẽt ipsum appetibile dat appetitui primo quidẽ quandã coaptationẽ ad ipsum, q̃ est q̃dã cõplacentia appetibilis, ex qua sequiť motus ad appetibile. Nã appetitiuus motus circulo agiť, ut dr̃ in 3. de anima. Appetibile. n. mouet appetitum, faciens se quodãmõ in eius intentione: & appetit⁹ tendit in appetibile realiter cõsequẽdũ, ut sit ibi finis motus, ubi fuit principiũ. Prima ergo immutatio appetitus ab appetibili, uocať amor, q nihil est aliud q̃ cõplacentia appetibilis: & ex hac cõplacentia sequiť motus in appetibile, qui est desideriũ, & ultimo quies, q̃ est gaudiũ. Sic ergo cũ amor consistat in quadã immutatione appetitus ab appetibili, manifestũ est, ꝙ amor est passio, proprie quidẽ ſm quod est in concupiscibili, cõiter autẽ & extenso nomine, secundum quod est in uoluntate.

*text. 55. tom. 2.

concl. m.

Ad 1^m ergo dicẽdũ, ꝙ qa uirtus significat principiũ motus, uel actionis: iõ amor inquãtũ est principiũ appetitiui motus, à Dion. uocatur uirtus.

*c. 4. par. 4. de diui. no. in principio. D. 105.

Ad 2^m dicendũ, ꝙ unio pertinet ad amorẽ, inquantũ per complacentiã appetitus amans se hẽt ad id, quod amat, sicut ad seipsum, uel ad aliquid sui. & sic patet, ꝙ amor non est ipsa relatio unionis, sed unio est consequens amorẽ, vnde & Dionys. dicit ꝙ amor est uirtus unitiua. Et Philosophus dicit in 2. Politicæ, quòd unio est opus amoris.

*Ca. 4. de di. no. in part. 2. & in part. 1. declinando ad fin.

Ad 3^m dicẽdũ, ꝙ amor etsi nõ noiet motũ appetitus tẽdẽtẽ in appetibile, noiat tñ motũ appetit⁹, quo imutať ab appetibili, ut ei appetibile ꝯplaceat.

†lib. 2. polit. ca. 2. a med. t. 5.

151

Articvlvs III.

Vtrum amor sit idem quod dilectio.

Medina art 3.

Porrecta per totum. 1. d. 10. in expo. lit. & 3. d. 27 q. 2. ar. 1. & d. 4. lec. 9. co. 1. & & 5. & psal. 17. & Ioan. 21. lect. 3.

AD TERTIVM sic proceditũ. Videť ꝙ amor sit idẽ qđ dilectio. Dion. enĩ 4. cap. de diui. no. dicit, ꝙ hoc mõ se hñt amor & dilectio, sicut quatuor, & bis duo, rectilineũ, & rectas habẽs lineas: sed illa significãt idẽ. ergo amor & dilectio significãt idẽ.

*cap. 4. in 1. par. aliquantulũ post mediũ ...

¶ 2 Præt. Appetitiui motus ſm obiecta differunt: sed idẽ ẽ obiectũ dilectiõis, & amoris. ergo sũt idẽ.

¶ 3 Præt. Si dilectio, & amor in aliquo differũt, maxime in hoc differre vĩr, ꝙ dilectio sit in bono accipienda, amor aũt in malo, ut quidam dixerunt, secundum qđ Aug. narrat in 14. de ciui. Dei. sed hoc modo non differunt, quia, ut ibidem Aug. dicit, in sacris scripturis vtrunq; accipitur in bono, & in malo. ergo amor, & dilectio non differunt, sicut ipse Aug. ibidem concludit, quòd non est aliud amorem dicere, & aliud dilectionem dicere.

†ca. 7. ante med. *libro 14. de ciuit. Dei, ca. 7. 7. tom. 9.

Sed contra est, ꝙ Diony. dicit 4. cap. de diui. nom. ꝙ quibusdam sanctorum uisum est diuinius esse nomen amoris, quàm nomen dilectionis.

*in par te circa med. & fi

Resp. Dicendum, ꝙ quatuor nomina inueniunť ad idẽ quodammodo pertinẽtia, scilicet amor, dilectio, charitas, & amicitia. Differunt tñ in hoc, ꝙ amicitia ſm Philosophum in 8. Ethi. est quasi habitus: amor aũt & dilectio significantur per modum actus, uel passionis: charitas aũt utroq; modo accipi põt, differenter tñ significatur actus per ista tria: nam amor cõius inter ea est. omnis. n. amor dilectio est, uel charitas, sed non econuerso: addit. n. dilectio supra amorem, electionẽ præcedentẽ, ut ipsum nomen sonat. vnde dilectio non est in concupiscibili, sed in uoluntate tñ, & est in sola rationali natura: charitas aũt addit supra amorẽ perfectionẽ quandam amoris, inquantum id, quod amatur, magni pretij æstimatur, ut ipsum nomen designat.

*ca. 5. parũ a medio. to. 5.

concl. m

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ Dion. loquitur de amore, & dilectione secundum quod sunt in appetitu intellectiuo: sic. n. amor idẽ est qđ dilectio.

AD

Ad 2^m. dicendum, q obiectum amoris est cōmunius quàm obiectum dilectionis, quia ad plura se extendit amor quàm dilectio, sicut * dictum est.

*In corp. art.

Ad 3^m dicendū, q nō differunt amor & dilectio sm drīam boni & mali, sed sicut * dictū est, in parte tñ intellectiua: idem est amor & dilectio: & sic loquitur ibi * Aug. de amore: vnde parū post subdit, q recta uoluntas est amor bonus: & q peruersa uoluntas est malus amor: qa tñ amor, qui est passio concupiscibilis, plurimos inclinat ad malū, inde habuerunt occasionē, qui pdictam drīam assignauerunt.

*In corp. art. * cap. 7. & 9 lib. 14. de ciuit. Dei. to. 5.

Ad 4^m dicendum, q ideo aliqui posuerunt ēt in ipsa uoluntate nomen amoris, esse diuinius noīe dilectionis: quia amor importat quandā passionē, pcipue sm qd est in appetitu sensitiuo, dilectio aūt prǽsupponit iudiciū rōnis: magis aūt in Deū homo pōt tendere per amorē passiue quodammodo ab ipso Deo attractus, q ad hoc eū propria rō possit ducere, quod pertinet ad rōnem dilectionis, vt * dictū est: & pp hoc, diuinius est amor quàm dilectio.

*In corp. art.

SVPER Q. XXVI. ART. IIII.
Medina ar. 4.

152 *Porrella per totum.* 1. q. 60. a. 3. cor. & art. 4. ad 3. Et mal. q. 1. ar. 5. cor Et uersi. q. 4. ar. 3. Et Dio. 4. li. 9. & 10. & lob. 13. lc. 4. * cap. 5. a med. t. 5.

IN quæst. 26. omissis primis tribus articulis, in quarto hoc solū aduerte, q distinctio amoris in amorem amicitiæ, & cōcupiscentię non est tam diuisio amoris, quàm amatorū: seu, (& in idē redit) nō est diuisio amoris scdm se, sed scdm diuersa nodeamata. Cū.n. omne concupitū alicui concupiscatur, null' amor concupiscētiæ est sine amore amicitiæ illius, cui cōcupiscitur Et rursus, cum omni amico aliquod bonū uelimus, nullus amor amicitiæ est sine amore cōcupiscentiæ boni concupiti amato. Nō ergo distinguit amor in amorē amicitiæ, & concupiscentiæ, tanquàm in diuersos amores, sed tanquàm in diuersos modos amādi. Vnus enim, & idē amor est amicitiæ respectu amici, & cōcupiscētiæ respectu boni illi uoliti. Et si qñq; inuenias diuersos esse amores, sane interpretare, & denominari amorē qñq; à concupiscentia, qñq; ab amicitia scito, propter obiectum de quo est sermo, ut patet, cum est sermo de amore ad irrationalia, uel delectabilia, uel utilia: in his n. a concupiscētia amor denominatur, q tamen nō est sine amore amicitiæ ad se, uel aliū. Cū uero de amore parentū aut filiorum, ab amicitia denominatio fit amoris, qui tamē eis cōcupiscat bonum vitæ, &c.

†8 Eth. c. 3. tom. 5.

*cap. 2. parum ante med. t. 1. *cap. 11. a medio illius to. 5.

* ca 4. in prin. t. 6

ARTICVLVS IIII.

Vtrum amor conuenienter diuidatur in amorem amicitiæ, & amorem concupiscentiæ.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q amor inconuenienter diuidatur in amorē amicitiæ & cōcupiscētiæ. Amor.n. est passio, ^h amicitia uero est habitus, ut dicit Philosophus in 8. Ethic. sed habitus non pōt esse pars diuisiua passiōis. ergo amor nō cōueniēter diuidit p amorē ɔcupiscētię, & amorē amicitię.

¶ 2 Præt. Nihil diuiditur per id, quod ei connumeratur. Nō.n. hō connumeratur animali: sed ^h concupiscentia connumeratur amori, sicut alia passio ab amore. ergo amor non potest diuidi per concupiscentiam.

I

¶ 3 Præt. Secundū Philosophū in 8.† Eth. triplex est amicitia, vtilis, delectabilis, & honesta: sed ^h amicitia vtilis, & delectabilis hēt cōcupiscētiā. ergo cōcupiscētia nō dēt diuidi ɔ amicitiā.

Sed contra, Quędā dicimur amare, qa ea concupiscimus: sicut dr̄ aliquis amare uinum pp dulce, quod in eo cōcupiscit, ut dr̄ in 2.* Topic. sed ad uinum, & ad huiusmodi non habemus amicitiam, ut dicitur in 8.* Ethic. ergo alius est amor concupiscentiæ, & alius est amor amicitiæ.

K

Respon. Dicendum, q sicut Philosophus dicit in 2.* Rheto. Amare est uelle alicui bonū. Sic ergo motus amoris in duo tendit, s. in bonū qd quis vult alicui, vel sibi, vel alij, & in illud, cui vult bonū. ^m Ad illud ego bonū qd quis vult alteri, hr̄ amor concupiscentiæ: ad illud aūt, cui aliquis vult bonum, hr̄ amor amicitiæ: * hæc autē diuisio est sm prius, & posterius. Nam id quod amatur amore amicitiæ, simpliciter, & per se amatur: quod aūt amatur amore cōcupiscentiæ, non simpliciter & sm se amatur, sed amatur alteri. Sicut enim ens per se simpliciter est, quod hēt esse: ens aūt sm quid, quod est in alio: ita & bonū, quod cōuertitur cum ente, simpliciter q dē est quod ipsum hēt bonitatē. Quod aūt est bonū alterius, est bonum secundum quid: & per consequens amor, quo amatur aliquid vt ei sit bonum, est amor simpliciter: amor autem, quo amatur aliquid vt sit bonū alterius, est amor secundum quid.

F

G

Ad primvm ergo dicendum, q amor non diuiditur per amicitiam, & concupiscentiam: sed per amorē amicitiæ & concupiscentiæ. Nam ille proprie dicitur amicus, cui aliquod bonū uolumus: illud autem dicimur concupiscere, quod uolumus H nobis. & per hoc patet solutio ad secundum.

Ad 3^m dicendum, q in amicitia, utilis, & delectabilis, vult quidē aliquis aliquod bonum amico, & quantum ad hoc saluatur ibi ratio amicitiæ: sed qa illud bonum refert ulterius ad suam delectatione, & utilitatem: inde est, q amicitia vtilis, & delectabilis, inquantum trahitur ad amorem concupiscētiæ, deficit à ratione ueræ amicitiæ.

QVAESTIO XXVII.

De causa amoris, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de causa amoris.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum bonum sit sola causa amoris.

¶ Secundo, Vtrum cognitio sit causa amoris.

¶ Tertio, Vtrum similitudo.

¶ Quarto, Vtrum aliqua alia animæ passionum.

ARTICVLVS I.

Vtrum bonum sit sola causa amoris.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q non solum bonum sit causa amoris. Bonum enim nō est causa amoris, ^b nisi quia amatur: sed contingit etiā malū amari, secundū illud Psal. 10. Qui di igit iniquitatem, odit animam suam: alioquin omnis amor esset bonus. ergo non solum bonum est causa amoris.

SVP. QVÆ. XXVII. ARTIC. I.
Medina ar. 4.

IN corpore primi articuli quæst. uigesimæ septimæ notato, q qa ratio cōsistit in hoc, Bonū est propriū obiectū amoris: ergo est ppria causa amoris: & pbatur sequela: quia obiectum potentiæ passiuę comparatur ad ipsam, ut causa motus uel actus ipsius: ac per hoc obiectum proprium talis actus huiusmodi potentiæ, est propria causa illius act': amor autem est actus potentiæ appetitiuæ, quę est passiua. Ex his habes de mente diui Thomæ quatuor, scilicet q uis appetitiua est passiua, & quòd obiectum eius est causa actiua: & q bonum efficit ut causat amorem: & quòd uniuersaliter, obiectum proprium cuiusque actiua, appe i.' est causa actiua illius: quæ malui me-

153 *Porrella per totum.* Inf. q. 26. art. 1. Et Dio. 4. l. 14.

memoriæ commendanda sunt.
¶ In rñsiona ad 3. scito Nouitiæ, formalē rñsionem consistere in hoc, ꝙ pulchrū est quædā boni species. & ppea nō obstat adę quata causalitati boni respectu amoris, ꝙ pulchrum sit amabile, utpote, non extraneum ab illo. Connumeratur tamen bonū pulchrū in amabilitate: qa addit supra ipsum sicut scdm qd ad simpliciter: bonū est n quod simpliciter cōplacet pulchrū autē, quod scdm apprehensionem, vt in litera dicitur.

* Rhe.ca. 4. post med.
* In par. i. parū ante mediū
* ca. 3. in princ. to. 3. & c. 4.
* q. 26. ar. 1.

¶ 2 Præt. Philosophus dicit in 2.* Rheto. quòd eos, q mala sua dicunt, amamus. ergo uidetur ꝙ malum sit causa amoris.

¶ 3 Præt. Dio. dicit 4. cap. de * diui. no. ꝙ non solum bonum, sed ētpulchrum est oībus amabile.

Sed contra est, quod Aug. dicit 8. de * Trinit. Non amatur certe, nisi bonū solum. ergo bonum est causa amoris.

Respon. Dicendū, ꝙ sicut * s. dictum est, Amor ad appetitiuā B potentiam pertinet, quæ est uis passiua: unde obiectum eius cō paratur ad ipsam, sicut cā motus uel actus ipsius. Oportet igit ut illud sit ꝓprie cā amoris qđ est amoris obiectū: amoris aūt ꝓpriū obiectū, est bonū: qa, ut* dictū est, amor importat quādā cōnaturalitatē, vel cōplacētiā amātis ad amatū. unicuiq; aūt est bonū id, qđ est sibi cōnaturale, & ꝓportionatū: vñ relinquit, ꝙ bonū sit ꝓptia cā amoris.

* q. 26. ar. 1. & 2.
concl.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ malū nunq̄ amat nisi sub rōne boni. s. inquantum est ẜm quid bonū, C & apprehenditur ut simpliciter bonum: & sic aliquis amor est malus, inquantum tendit in id, quod non est simpliciter uerum bonum. Et per hunc modum homo diligit iniquitatem, inquantum per iniquitatem adipiscitur aliquod bonum pura, delectationem, uel pecuniam, uel aliquid huiusmodi.

Ad 2m dicendū, ꝙ illi qui mala sua dicunt, non propter mala amantur, sed ꝑꝑ hoc, ꝙ dicunt mala: hoc enim, quod est dicere mala sua, habet rōnem boni, inquantū excludit fictionē, seu simulationē:

Ad 3m dicendum, ꝙ pulchrum est idē bono sola rōne differens. Cum. n. bonum sit quod oīa ap- D petunt, de rōne boni est, ꝙ in eo quietetur appetitus: sed ad rōnē pulchri ꝑtinet, ꝙ in eius aspectu, seu cognitione quietetur appetitus: vñ & illi sensus præcipue respiciunt pulchrum, qui maxime cognoscitiui sunt. s. uisus, & auditus rōni deseruiētes. Dicimus. n. pulchra uisibilia, & pulchros sonos: in sensibilibus aūt aliorum sensuum non utimur noīe pulchritudinis. nō. n. dicimus pulchros sapores, aut odores. Et sic patet, ꝙ pulchū addit s̄ bonum quendam ordinem ad uim cognoscitiuam, ita ꝙ bonū dicat id, quod simpliciter cōplacet appetitui: pulchrum aūt dicatur id, cuius ipsa apprehēsio placet. E

SVPER Q. XXVII. ART. II.

154 Porrecta per totum. Medina art. 2.
2. 2. q. 26 ar. 2. ad 1. & 1. d. 25. q. 4. ar. 2. ad 3.
* q. 35. ante med. to. 4.

In ar. 2. eiusdē q8. aduerte, ꝙ in litera ob negatur, ꝙ maior cognitio cā maiorem amorem, sed ꝙ maior amor necessario exigat maiorē cognitionē. Et multū subtilis rō de hoc tradditur ex illa radicali

Articvlvs II.

Vtrum cognitio sit causa amoris.

Ad secvndvm sic ꝓceditur. Vr ꝙ cognitio n̄ sit cā amoris. Quòd. n. aliquid q̄ratur, hoc cōtingit ex amore: sed aliqua q̄runtur, q̄ nesciunt, sicut scientię. cū. n. in his idem sit eas hēre, qđ eas ꝯnoscere, ut Aug. dicit in lib. 83.* quæst. si cognoscerent, haberent, & nō quærerentur. ergo A cognitio non est causa amoris.

¶ 2 Præt. Eiusdem rationis videtur esse, quòd aliquid incognitū ametur, & quòd aliquid ametur plusquàm cognoscatur: sed aliqua amantur plusquàm cognoscant, sicut Deus, qui in hac uita pōt per seipsum amari non aūt ꝑ seipsum cognosci. ergo cognitio non est causa amoris.

¶ 3 Præt. Si cognitio esset causa amoris, nō posset īueniri amor, ubi non est cognitio: sed in oībus rebus inuenit amor, ut dicit Dion. in 4. cap. de* diui. no. nō āt in oibus inuenitur cognitio: ergo cognitio non est cā amoris.

Sed contra est, ꝙ Aug. probat in 10. de* Tri. ꝙ nullus potest amare aliquid incognitum.

Respon. Dicendū, ꝙ sicut dictum est, Bonum est cā amoris per modum obiecti: bonum aūt nō est obiectum appetitus, nisi prout est apprehensum, & ideo amor requirit aliquam apprehēsionem boni quod amatur: & ꝑꝑ hoc Philosophus dicit 9.* Ethi. ꝙ uisio corporalis est principiū amoris sensitiui: & similiter contemplatio spiritualis pulchritudinis, uel bonitatis est principiū amoris spiritualis. Sic igit cognitio est causa amoris ea rōne, qua & bonum,* quod nō potest amari, nisi cognitum.

¶ 3 Præt. Si gaudium est aliud à delectatione, uidetur ꝙ pari ratione, & lętitia, & exultatio, & iucunditas significent aliquid aliud à delectatione, & sic erunt omnes diuersę passiones, quod uidetur esse falsum. non ergo gaudium differt a delectatione.

SED CONTRA est, quod in brutis animalibus nõ dicimus gaudium, sed in eis dicimus delectationẽ. non ergo est idem gaudium, & delectatio.

RESPON. Dicendum, ꝙ gaudium, vt Auicenna dicit in lib. suo de Anima, est quædam species delectationis. Est. n. considerandum, quod sicut sunt q̃dam concupiscentiæ naturales, quædam autẽ non naturales, sed cõsequuntur rõnem, ut supra dictũ est: † ita ẽt delectationum quædã sunt naturales, & quæd

a † q. præte. ar. 3. c.

quædā non naturales, quę sunt cum rōne. Vel sicut Damas. * & Greg. Nysse † dicunt, Quędam sunt corporales, quędam aīales, qđ in idē redit. Delectamur em̄, & in his, quę naturaliter cócupiscimus ea adipiscentes, & in his, q̄ concupiscimus sm̄ rōnē: sed nomen gaudij nō hēt locū, nisi in delectatione, quę consequit̃ rōnem: unde gaudium non attribuimus brutis aīalibus, sed solū nomen delectationis. Omne aūt, quod cōcupiscimus sm̄ naturam, possumus et cum delectatione rōnis concupiscere, sed non econuerso: unde de omnibus, de quibus est delectatio, pōt esse gaudium in habentibus rōnem, quamuis non semper de oibus sit gaudium. Qñq; enim aliquis sentit aliquā delectationē scđm corpus, de qua tñ non gaudet secundū rōnem. & secundum hoc patet, ꝙ delectatio est in his, plus quàm gaudium.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ cū obiectū appetitus aīalis sit bonū apprehensum, diuersitas apprehensionis pertinet quodāmodo ad diuersitatē obiecti: & sic delectationes aīales, q̄ dñr ēt gaudia, distinguunt̃ à delectationibus corporalibus, q̄ dñr solum delectationes, sicut, & de concupiscētijs supra dictū est.

AD 2ᵐ dicendū, ꝙ similis drīa inuenitur ēt in cócupiscentijs: ita quod delectatio rñdeat concupiscentiæ, & gaudium rñdeat desiderio, quod magis vr̄ pertinere ad concupiscentiā aīalem, & sic secundum differentiā motus, est etiam differentia quietis.

AD 3ᵐ dicendum, ꝙ alia nomina ad delectationē pertinentia, sunt imposita ab effectibus delectationis, nā lætitia imponitur à dilatione cordis, ac si diceret, latitia, exultatio uero dr̄ ab exterioribus signis delectationis interioris, quę apparent exterius, inquantum. s. interius gaudiū prosilit ad exteriora. Iucunditas uero dr̄ à quibusdā specialibus lætitię signis, uel effectibus: & tñ oīa ista noīa vr̄ ptinere ad gaudiū. non enim vtimur eis nisi in naturis rōnalib.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum delectatio sit in appetitu intellectiuo.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ delectatio non sit in appetitu intellectiuo. Dicit enim Philosophus in 1. Rhet. * ꝙ delectatio est motus quidam sensibilis, qui non est in parte intellectiua. ergo delectatio nō est in parte intellectiua.

¶ 2 Prẽt. Delectatio est passio quędā: sed oīs passio est in appetitu sensitiuo. ergo delectatio nō est nisi in appetitu sensitiuo.

¶ 3 Prẽt. Delectatio est communis nobis, & brutis ergo nō est nisi in parte, quę nobis, & brutis communis est.

SED CONTRA est, quod in Ps. 36. dr̄, Delectare in Domino: sed ad Deum non potest extendi appetitus sensitiuus: sed solū intellectiuus. ergo delectatio pōt esse in appetitu itellectiuo.

RESPON. Dicēdum, ꝙ sicut dictum est*, delectatio quędā sequitur apprehensionem rōnis. Ad apprehensionem aūt rōnis non solū cōmouetur appetitus sensitiuus per applicationem ad aliquid particulare, sed ēt appetitus intellectiuus, qui dr̄ uoluntas. & sm̄ hoc, in appetitu intellectiuo, siue in uoluntate, est delectatio, quæ dr̄ gaudiū, nō aūt delectatio corporalis. Hoc tñ interest inter delectationem utriusq; appetitus, ꝙ delectatio appetitus sensibilis est cū aliqua transmutatione corporali: delectatio aūt appetitus intellectiui nihil aliud est, q̄ simplex motus volūtatis. & sm̄ hoc Aug. dicit ī

SVPER QVAEST. XXXI. ART. IIII.

Me tma. ar 4.

Circa dicta in 4. artic. Scotica subtilitas discutienda occurrit. Ipse namq;, ut superius allegatum est, ponit in uoluntate non solū operationes, sed passiones, illas liberas, istas naturales: illas à uoluntate in uolūtate, istas in uolūtate ab obiecto unde in 3. senten. dist. 15. ex proposito probare nitit̃ tristitiā in uolūtate nō esse operationē eius, sed passionē quadrupliciter. primo, qa si est operatio, aut est uelle, aut nolle: sed nō ē uelle, ut patet, nec nolle, ut probatur: qa deus, & beati possunt nolle, & tamē non possunt tristari. Secundo, qa summe nolēte Sorte aliquid euenire, si illud eueniat, tristabit̃: & tamē in eo nō fiet aliqua operatio simpliciter, nec secundū aliquē gradū, qa iam non ēq̄ summe nolit. Tertio, qa operatio est immediate in potestate uoluntatis, ut patet de uelle, & nolle. Tristari autem nō est in potestate uolūtatis, cum nolitum aduenit. Quarto, qa operatio est, & à uolūtate, & in uolūtate: tristitia aūt est qdē in uolūtate, sed nō a uolūtate: est. n. de his, q̄ nobis nolentib accidūt. ¶ Ad euidentiam huius difficultatis moręq; hoc tractatu, scilicet de delectatione, quia oppositorum eadem est disciplina, nec to serius specialiter quęretur de tristitia, an sit in uolūtate: scito, ꝙ si solæ delectationes, & tristitiæ essent passiones, cum ipsæ consequantur alios motus appetitus, amorem, & odiū formaliter, uel uirtualiter (nihil. n. delectat nisi amatum & nihil cōtristat nisi odio habitum, seu nolitum) dicendum uideretur, ꝙ passiones differunt ab operationibus in uoluntate: quia illæ immediatę sunt illi, hæ autē mediātibus illis: sed qm̄, ut ex dictis patet, amor est prima passio, quæ tamen in uoluntate manifeste est operatio: ideo nō potest talis conditio uniuersaliter assignari passionibus translatis in uoluntatem. Propter ꝙ ad tales passiones descēdendo, dico quatuor. Primo ꝙ tam delectatio quàm tristitia est à uolūtate, & in uolūtate. phatur Omnis motus uolūtatis est à duobus motoribus, altero quo ad specificationē, altero quo ad exercitiū: & motor quo ad primū est obiectū, quo ad secū- F dū uero est triplex, scilicet deus, natura, & libertas, ut ex supradictis patet: & quocunq; horum causante, uoluntas ipsa causat ut ex supradictis patet. Igitur omnis motus uoluntatis causatur a uoluntate quo ad exercitium actus, ab obiecto autem quo ad specificam determinationem. Delectatio igitur, & tristitia, cū sint animi motus secūdū appetitū intellectiuū, ut modo loquimur, a uolūtate sunt, & in uoluntate, quia immanentes actus sunt. Secūdo ꝙ delectatio, propriè loquēdo non est uelle, nec tristitia nolle. probatur: qa superius fruitio actus specie distinctus ē cōtra uelle, & intēdere: constat autem, quòd delectatio in uolūtate aut ē fruitio, aut eius species. Et pari ratione tristitia, ut ibi inuenitur, distinguēda uidet̃ à nolle & hoc loquendo propriè de uelle, & nolle. Et si largo uocabulo per uelle, omnis acceptatio uoluntatis, & per nolle omnis refutatio significetur, ut Augustini authoritas in litera allata sonat, dicens ꝙ lætitia est uoluntas: sic delectatio est uelle, & tristitia nolle. Tertio ꝙ tā delectatio, quàm tristitia est à uoluntate ut natura, seu naturaliter declarat̃ ex ante dictis: & quòd aliqua operatio est à uoluntate naturaliter, & quòd fruitio dei clare uisi est naturalis. & probatur: quia non in potestate nostra esse uidet̃ tristari, uel delectari, apprehensis delectabilibus, & tristabilibus ipsi uolūtati. i. uolitis, aut nolitis à nobis. Quarto, quòd delectatio, & tristitia habēt magis rationem passionis in uoluntate, quàm amor, & odium: pro quanto illæ sunt uniuersaliter à uoluntate ut natura, hęc non. Et ideo uoluntas ad hoc se habet magis actiue, quàm ad illas immediate: quoniā ad hoc cū dominio, ad illas non. Et propterea putatę sunt uerę passiones. i. causatę solūmodo ab obiectis immediate, cum tamen sint operationes naturales ipsius uolūtatis, cōsequentes ab ipsa, & in ipsa ex obiectis apprehēsis, & uolitis, aut nolitis formaliter, uel uirtualiter. Et qm̄ hoc mediū est interesse oīo passiones, ut Scot. posuit, & esse oīno operationes uoluntatis: ideo obiecta utramque ueritatem participant, soluēda tamē simpliciter sunt, & dicendū ad primū, ꝙ tristitia, propriè loquendo, nec est uelle, nec nolle, sed

* Lib. 2. de orth. fide. c. 13 & 22. in princ.
† Lib. 4. ca. 10. & 12. in fine.
G concl. 1.
* q. prec. ar. 5. ad 2.
c. 35. to. 3
Porrecta per totum.
* Inf. q. 25. ar. 1. cor. Et 1. dist. 45. ar. cor. Et 4 di. 49 q. 1 ar. 1. q. 1. & 2.
* Li 1. theo. cap. 10. in fi.
* ar. prec.
concl. 2.

*c.6. & 8. circa pri. to.5. sed operatio cōtraria fruitioni, cōiter th lo quendo, est nolla: nō sequitur, ergo pōt esse in deo, uel beatis: quia nō ē omne nolle oon. n. sa habet cōuertibiliter, sed sicut animal, & homo.

*c.4. post med. to.5. ¶Ad secundū, ꝗ ſum menolente Sorteali ꝗd euenire, & tñ eueniente tristabitur, resultante ex euētu apprehenso uoluntate nouo motu tristitię, nec inconueniens cōtra doctū istis in abusione uocabulorum, ꝗ cū summa noltione obiecti absolute, uel futuri, adueniat alia nolitio eiusdē: a præsentis: sic. n. causat tristitiam. Aliter. n. mouet præsens, & aliter abs. os obiectum, ut dictum est:

*li.7. eth. c.vl. circa fine to.5. ¶Ad tertium negatur ꝗ oīs operatio sit immediate in potestate voluntatis: immo aliqua ouniq. ut prima: aliqua mediatē, ut de lectatio, mediante. s. apprehensione, uel amore obiecti.

†c.vl. non remote a fine. ¶Ad quartum, dr. ꝗ cum hoc, ꝗ tristitia est de his, quæ nobis nolentib. accidūt, stat ꝗ fit à noluntate ut natura immediate.

SVP. QVÆS. XXXI. ART. V.

*c.ol. non procul a fine. *Medina. ar. 5.*

IN articulo quinto nota illa uerba, Vnde, & delectatiões sensibiles nō sunt totæ simul. Ex hoc. n. patet, ꝗ cū de ratione delectationis dr. ꝗ est tota simul, intelligit̄ de ea per se: licet per accidens cōtingat oppositū. Cō sitio n. in qua delectatio cōsistit, nō ast successiua nisi rōne motus adiūcti, ut hic dr: & ex hoc ipso

177 deficit à perfectione delectationis illa, quę

Porrecta per totum. *Inf. q. 38 art. 4. cor. Et 4. d. 49. q. 3. art. 5. q. 1. Ett. Eth. le. 13. co. a. Et 12. Met. le. 6. hoc accidēs habet annexum, ex quo nō est tota simul. Delectatio igitur secundū se est tota simul, & absque tēpe, ut in articulo secūdo discussum est: per accidens aūt aliqua est non tota simul, & in tempore.

*c.2. Et 3. to.5.

4. de ciuit. Dei, ꝗ cupiditas, & lętitia nihil est aliud, quàm uoluntas in eorum consecutione, quę uolumus.

A Ad primum ergo dicendū, ꝗ in illa diffinitione Philosophi, sensibile ponit̄ cōiter pro quacunque apprehensione. Dicit. n. Philosophus in 10. Eth.* ꝗ sm̄ omnem sensum est delectatio, similiter autem, & secundū intellectum, & speculationem: uel potest dici, ꝗ ipse diffinit delectationem appetitus sensitiui.

Ad 2m dicendū est, ꝗ delectatio habet rōnem passionis, proprie loquendo, inquantum ē cū aliqua transmutatione corporali: & sic non est in appetitu intellectiuo, sed sm̄ simplicem motum. sic enim etiam est in Deo, & in angelis: vnde dicit Philosophus in 7. Eth. * quòd Deus una simplici operatione gaudet. Et Dio. dicit in fin. cæle. Hierar. † ꝗ angeli nō sunt susceptibiles nostræ passibilis delectationis, sed congaudent Deo secundum incorruptionis lætitiam.

C Ad 3m dicendū, ꝗ in nobis non solū est delectatio, in qua cōicamus cum brutis: sed etiam in qua cōicamus cum angelis. vnde ibidem Dionys. dicit, * ꝗ sancti homines multotiens fiūt in participatione delectationū angelicarum; & ita in nobis est delectatio non solum in appetitu sensitiuo, in quo communicamus cum brutis, sed etiam in appetitu intellectiuo, in quo cō municamus cum angelis.

ARTICVLVS V.

Vtrum delectationes corporales, & sensibiles sint maiores delectationibus spiritualibus, & intelligibilibus.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝗ delectationes corporales, & sensibiles sint maiores delectationibus spiritualibus intelligibilibus. Oēs enim aliquam delectationem sequuntur, secundū Philosophū in 10. Eth.* sed plures sequuntur delectationes sensibiles, quàm delectationes spirituales intelligibiles: ergo delectationes corporales sunt maiores.

2 ¶Prę. Magnitudo cāę ex effectu cognoscit: sed delectatiões corporales habēt fortiores effect*. trāsmutāt. n. corpus, & ꝗbusdā insanias faciūt, ut dr̄ in

A 7. Ethi.* ergo delectatiōes corporales sūt fortiores. *c. 5. circa me. t. 5.

3 ¶Prę. Delectatiões corporales oportet temperare, & refrænare propter earum vehementiam: sed delectationes spirituales non oportet refrænare. ergo delectationes corporales sunt maiores.

Sed contra est, qđ dr̄ in Psal. 118. Quàm dulcia faucib. meis eloquia tua super melori meo. Et Philosophus dicit in 10. Ethi.* ꝗ maxima delectatio est, quæ est secundum operationem sapientiæ. *c. 7. & 8. to. 5. art. 1.

Respon. Dicendū, ꝗ sicut iā dictū est, *Delectatio puenit ex cōiunctione cōuenietis, cū sentit, & cognoscit. In operib. aūt aīæ, pcipue sensitiuę, & itel

B lectiuę, est hoc cōsiderandū, ꝗ cū nō transeant in materiā exteriorē, sunt actus, uel pfectiones operantis, scilicet intelligere, sentire, uelle, & huiusmodi: nam actiones, q̄ transeunt in exteriorē materiā, magis sunt actiones, & pfectiones materię trāsmutatæ: Motus enim est actus mobilis à mouente. Sic igitur pdictæ actiones aīæ sēsitiuæ, & intellectiuę, & ipsæ sunt quoddam bonū operantis, & sunt ēt cognitæ p sensum, uel intellectum: unde ēt ex ipsis consurgit delectatio, & non solum ex eorū obiectis. Si igitur cōparēt delectationes intelligibiles delectationib. sensibilibus, sm̄ qđ delectamur in ipsis actionib. (puta, in cognitione sensus, & in cognitione intellectus) non est dubiū, ꝗ multo sunt maiores delectatiōes intelligibiles, quàm sensibiles.* Multo. n. magis delectatur hō de hoc, ꝗ cognoscit aliquid intelligēdo, quàm de hoc, quòd cognoscit aliquid sentiendo: quia intellectualis cognitio & pfectior est, & ēt magis cognoscitur, quia intellectus magis reflectitur supra actū suū, quàm sensus. Est ēt cognitio intellectiua magis dilecta: nullus. n. est q nō uellet magis carere uisu corporali, quàm uisu intellectuali, eo mō quo bestiæ, uel stulti carēt sicut Aug. dicit in lib. de ciuit. Dei.* Sed si cōparētur delectationes intelligibiles spūales delectationibus sensibilibus corporalibus, sic sm̄ se, & sm̄ simpliciter loquēdo, delectationes spūales sunt maiores: & hoc apparet sm̄ tria, q̄ requirunt̄ ad delectationem, s. bonum coniunctum, & id, cui cōiungit̄, & ipsa coniunctio. Nā ipsum bonū spirituale, & est maius, q̄ corporale bonū, & est magis dilectū: cuius signū est, ꝗ hoīes ēt à maximis corporalib. uoluptatibus abstinent, ut non pdant honorē, qui est bonum intelligibile: similiter ēt ipsa pars intellectiua est multo nobilior, & magis cognoscitiua, quā pars sensitiua. Coniunctio ēt utriusque est magis

D *Ti. 14. de tri. ca. 14. post medū, to. 3. concl. p*

E intima, & magis pfecta, & magis firma. Intimior quidē est, quia sensus sistit circa exteriora accidētia rei: intellectus uero penetrat usq; ad rei essentiam. Obiectū enim intellectus est quod qd est. pfectior aūt est, qa coniunctioni sensibilis ad sensum adiūgitur motus, q est actus imperfectus: unde, & delectationes sensibiles nō sunt totę simul, sed in eis aliquid ptransit, & aliqđ expectat̄ cōsummandū, ut patet in delectatione ciborū, & uenereorū: sed intelligibilia sunt absque motu, unde delectationes tales sunt totæ simul, est ēt infirmior, qa delectabilia corporalia sūt corruptibilia, & cito deficiūt: bona uero spūalia sunt incorruptibilia: sed quo ad nos, *concl. 2* dele-

delectatiões corporales sunt magis vehemētes ꝑꝑ tria. Primo, qa sēsibilia sūt magis nota quo ad nos, quàm intelligibilia. Scđo ēt, qa delectationes sēsibiles, cū sint passiones sensitiui appetitus, sunt cū aliqua transmutatione corporali, qđ nō cōtingit ī delectationib. spūalibus, nisi p quandā redūdantiā à superiori appetitu ī inferiorē. Tertio, qa delectationes corporales appetunť ut medicinæ q̄dā ꝯ corporales defectus, vel molestias, ex quib. tristitię q̄dā cōsequūť: vñ delectationes corporales, tristitijs hmôi superuenientes, magis sentiuntur: & p consequens, magis acceptantur, q̄ delectationes spūales, quæ non habent tristitias ꝯrias, ut infra* dicetur. [*q.34. ar. 4.]

Ad primum ergo dicendū, ꝙ iō plures sequunť delectationes corporales: quia bonā sensibilia sūt magis, & pluribus nota: & ēt quia hoīes indigent delectationibus, vt medicinis ꝯ multiplices dolores, & tristitias. Et cum plures hoīum nō possint attingere ad delectationes spūales, q̄ sunt ꝓprie uirtuosorū, cōsequens est, ꝙ declinent ad corporales.

Ad 2ᵐ dicendū, ꝙ transmutatio corporis magis contingit ex delectationibus corporalibus, inquātum sunt passiones appetitus sensitiui.

Ad 3ᵐ dicēdū, ꝙ delectationes corporales sunt secundū partē sensitiuā, q̄ regulať rōne: & iō indi- H gent tēperari, & refrænari p rōnē, sed delectationes spūales sunt secundū mentē, quæ est ipsa regula: vnde sunt secundū seipsas sobriæ, & moderatæ.

Articvlvs VI.

Vtrum delectationes tactus sint maiores delectationibus, quæ sunt secundum alios sensus.

AD sextvm sic proceditur. Vř ꝙ delectationes, q̄ sūt secūdū tactum, nō sint maiores delectationib. quæ sunt secūdū alios sensus. Illa enim[h] delecta- I tio vř esse maxima, qua exclusa, gaudium omne cessat: sed talis est delectatio quæ est secūdū uisum. Dř.n. Tobiæ 5. Quale gaudiū erit mihi, qui in tenebris sedeo, & lumē cęli ñ video? ergo đ lectatio, q̄ ē p visum, ē maxima inter sensibiles delectationes.

¶2 Præt. Vnicuique fit delectabile illud, quod[h] amat, vt Philosophus dicit in 1. Rhetor.* sed inter alios sensus maxime diligiť K visus. ergo delectatio, quæ est secundum uisum, est maxima. [*c. 11. t. 6.]

¶3 Præt.[h] Principiū amicitiæ delectabilis, maxime est uisio: sed cā talis amicitiæ est delectatio. ergo secundum uisum uidetur esse maxime delectatio. [*c. 10. t. 5.]

Sed contra est, ꝙ Philosophus dicit in 3. Eth.* ꝙ maxime delectatiōes sunt secūdū tactū.

Respon. Dicendum, ꝙ sicut iam dictum est, *[*art. 2.] Vnumquodq; F inquantū amatur, efficitur delectabile: sensus autem, ut dř in 1. Met.* ꝑꝑ duo diligūtur, s. ꝑꝑ cognitionē, & ꝑꝑ vtilitatem: vñ, & vtroque modo contingit esse delectationem secundū sensum: Sed quia apprehendere ipsam cognitionem tanq̄ bonū quoddā, proprium est hoīs: iō primæ delectationes sensuū, q̄. s. sunt secūdum cognitionē, sunt ꝓprię hoīum: delectatiōes aūt sensuū, [*li. 1. metap. nō ꝓcul. a prin. to. 3.] G inquantum diliguntur ꝑꝑ utilitatem, sunt cōes oībus animalibus. Si igitur loquamur de delectatione sensus, quę est rōne cognitionis, manifestum est, ꝙ secundū uisum est maior delectatio, quàm s̄m aliquē aliū sensū. Si autem loquamur de delectatione sensus, quæ est rōne utilitatis, sic maxima delectatio ē secūdū tactū. Vtilitas. n. sensibiliū attenditur secundū ordinē ad ꝯ- H seruationē naturæ aīalis: ad hāc aūt utilitatē propinquius se habent sensibilia tactus. Est. n. tactus cognoscitiuus eorū, ex quibus cōsistit anima l. s. calidi, & frigidi, & humidi, & sicci, & hmôi: vñ secundū hoc declaratiōes, q̄ sunt secūdū tactū, sunt maiores, quasi fini propinquiores: & ꝑꝑ hoc ēt aīalia alia, q̄ non habent delectationē secundū sensū, nisi rōne utilitatis, nō delectantur secundū alios sensus, nisi in ordine ad sensibilia tactus. Neque. n. odoribus leporum canes gaudent, sed cibatione: neque leo uoce bouis, sed comestione, ut dicitur in 3. Eth.* Cum igitur delectatio tactus sit maxima rōne utilitatis, delectatio aūt uisus ratione cognitionis, si[m] quis vtranq; comparare velit, inueniet simpliciter delectationē tactus esse maiorem delectatione uisus, secundū qđ consistit infra limites sensibilis delectationis: *quia manifestū est ꝙ id, quod est naturale, in unoquoq; est potentissimum. Huiusmodi aūt delectationes tactus sunt, ad quas ordinantur concupiscentię naturales, sicut cibi, & uenerea, & huiusmodi. Sed si K consideremus delectationes uisus, secundum quod uisus deseruit intellectui, sic p delectationes uisus erunt potiores *ea ratione, qua, & intelligibiles delectationes sunt potiores sensibilibus. [*c. 10. post med. t. 5.] [concl. m] [concl. p]

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ gaudium, sicut supra dictum est, * significat animalem delectationem, & hæc maxime pertinet ad uisum: sed delectatio naturalis magis pertinet ad tactum. [*ar. 3.]

Ad 2ᵐ dicendum, ꝙ uisus maxime diligitur ꝓpter cognitionem, eo ꝙ multas rerum differentias nobis ostendit, ut ibidem dicitur.* [*li. 1. Met. c. 1a prin. tom. 3.]

Ad 3ᵐ dicendū, ꝙ alio modo delectatio est cā amoris carnalis, & alio mō visio: ua delectatio, & maxi-

SVP. QVÆS. XXXI. ART. VI.

Medina ar. 6.

178 [Porrecta per totum.] IN articulo sexto aduerte, ꝙ tū dř, ꝙ delectationes tact⁹ sunt ad quas ordinātur concupiscēnę naturales, pōt īplicıter intelligi. Primo cū petitione, u. s. ad solas delectationes sēsuum inquātū utiles, q̄ appellanť in litera delectationes tact⁹, ordinentur cōcupiscē. [*1. 2. q. 15. art. 3 cut. Et q. 141. ar. 4. q. i. et ait 3 & ar. 7. cor. Et 4. d. 49 q. 3. art 1. q. 2. Et mal. q. 11. ar. 4 cor. & ad 1.] naturales: & hunc sensum insinuat distinctio harum delectationū contra delectationes sensuum, inquantum faciunt cognoscere, cū illę sint naturales, istæ nō: & iō illæ potiores. Sed cōtra hunc sensū occurrit authoritas Aristotelis in primo Rhethoricæ capitulo de emotione, ponēs cōcupiscentias & delectationes naturales, quæcunque sunt, nō per æstimare aliquid: & subdit, ꝙ tales sūt quæcunque dicunť esse natura: & subiūgit de sensibus oībus. Et cōfirmatur rōne, quia pulchra delectāt visū: & similiter harmonia cantus auditū, & ēt sont absq; oī visione, & absque existimatione, sola naturali conuenientia, ut experientia testatur. Secundo igitur possunt intelligi secundū excellentiā, vt. s. ad primas delectatiōes maxime ordinentť cōcupiscentiæ naturales. Et ex hoc habet intētum author ex naturalitate. qa ex hoc, ꝙ naturale est potēssimum in vnoquoque magis naturale ē potentius: ac per hoc delectatiōes illę, ad quas ꝑcipue ordinanť cōcupiscētiæ naturales, sunt maiores. Pōt ēt tertio dici, ꝙ licet ambæ delectationes, s. tactus, & uisus, sint secūdum se naturales cū suis concupiscentijs: comparatæ tñ adinuicem, delectatio uisus habet rōnē aīalis, & delectatio tactus, naturalis: quia tact⁹ fundamentum est, & necessarium naturæ, visus aūt ad bene esse posterius aduenit. Et quia litera cōparabat delectationē horum duorum sensuū ideo illā, quæ tactus est, distinxit contra istā, ut naturalē cōtra aīalem. & huic sēsui fauent cōparatiua adverbia in rńsione ad primū in lřa posita.

maxime,quæ est ſm tactũ, est eã amicitiæ delectabilis per modum finis: visio autem est causa,ficut vnde est principium motus, inquantũ per uisum amabilis imprimit species rei, quæ allicit ad amandum,& ad concupiscendum eius delectationem.

Articvlvs VII.

Vtrum aliqua delectatio sit non naturalis.

Medina artic.7.

179 *Porrecta per totum.* AD SEPTIMVM sic procedit̃. Vr̃ ꝙ nulla delectatio sit innaturalis. Delectatio.n.in affectibus animæ proportionatur quieti in corporibus: sed appetitus corporis naturalis nõ quiescit nisi in loco connaturali.ergo nec quies appetitus aĩalis, q̃ B est delectatio, potest esse nisi in aliquo connaturali.nulla ergo delectatio est non naturalis.

¶2Præt. Illud qđ est ꝯ naturã, ẽ uiolẽtũ:sed omne violentũ est ꝯtristans,ut dr̃ in 5.Metaph.* ergo nihil,quod est contra naturam,est delectabile.

Te.l. tex. c.11.circa prin. t.6.

¶3Præt. Constitui in propriam naturã,cum sentitur,causat delectationẽ,ut patet in diffinitiõe Philosophi supra posita:sed cõstitui ĩ naturã,unicuiq; est naturale;qa motus naturalis est,q est ad terminũ naturalem.ergo omnis delectatio est naturalis.

ar.1.huius q.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 7. Ethic.* ꝙ quædam delectationes sunt ægritudina- C les,& contra naturam.

c.12. parũ a principio, & c.vi. to.5.

RESPON. Dicendum,ꝙ naturale dr̃,qđ est ſm naturam,ut dr̃ in 2.Physi.* Natura aũt in hoĩe dupliciter sumi põt,Vno modo prout intellectus, & rõ est potissime hoĩs natura:quia ſm eam hõ in specie constituitur,& secundum hoc naturales delectationes hoium dici possunt:quæ sunt in eo,qđ cõuenit homini secundum rõnem:sicut delectari in cõtemplatione ueritatis,& in actibus uirtutum,est naturale hoium. Alio modo põt sumi natura in hoĩe secundum quod condiuiditur rõni,s.id,quod est cõe homini,& alijs,præcipue ꝙ rõni non obedit:& se- D cundum hoc ea,quæ pertinent ad conseruationem corporis,uel secundum indiuiduum,ut cib. potus, lectus,& hmõi:uel secũdum speciẽ,sicut uenereorum usus dicuntur homini delectabilia naturaliter. secundũ utrasq; aũt delectationes cõtingit aliquas esse i naturales,simpliciter loquẽdo,sed connaturales secundũ qd. Contingit.n.in aliquo indiuiduo corrũpi aliqđ principiorũ naturaliũ spẽi: & sic id, quod est ꝯ naturam spẽi,fieri per accidens naturale huic indiuiduo:sicut huic aquæ calefactæ est naturale,ꝙ calefaciat. Ita igitur contingit,ꝙ id,qđ est ꝯ naturam hoĩs,uel quantum ad rõnem, vel quantum ad corporis conseruationem,fiat huic homini E connaturale pp aliquam corruptionem naturę in eo existentem:quæ quidem corruptio põt esse,uel ex parte corporis,sicut ex ægritudine,sicut febricitantibus dulcia uidentur amara, & econuerso: siue pp malam complexionẽ,sicut aliqui delectãtur in comestione terræ,uel carbonũ,uel aliquorũ hmõi:uel etiam ex parte animæ,sicut pp consuetudinem aliqui delectantur in comedendo hoies, uel in coitu bestiarum, aut masculorum, aut aliorum huiusmodi, quæ non sunt secundum naturam humanam. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ex eo co. Et 5.habetur, to.2.

concl.m

Articvlvs VIII.

Vtrum delectatio possit esse delectationi contraria.

AD OCTAVVM sic procedit̃. Vr̃ ꝙ delectationi non sit delectatio ꝯria. Passiones.n.aiæ spẽm,& ꝯrietatẽ recipiunt ſm obiectũ:obiectũ aũt delectationis est bonũ.cũ igit̃ bonũ non sit contrarium bono, sed bonũ malo contrarietur,& malũ malo,ut dicitur in prædicamentis: *videtur quòd delectatio non sit contraria delectationi.

¶2Præt. Vni est ꝯriũ unũ ut pbatur in 10.Metap.† sed delectationi ꝯtraria ẽ tristitia:nõ ergo delectationi ꝯtraria ẽ delectatio.

¶3Præt. Si delectationi cõtraria est delectatio, hoc nõ ẽ nisi pp contrarietatẽ eorũ, in quib. aliquis delectatur: sed hæc differẽtia ẽ materialis,cõtrarietas aũt est differẽtia ſm formã, ut dr̃ in 10.Met.* ergo cõtrarietas nõ ẽ delectationis ad delectationẽ.

SED CONTRA, Ea,quæ se impediũt in eodẽ genere existẽtia secũdũ Philosoph. sũt cõtraria: sed quædã delectationes se inuicem impediunt,ut dicitur in 10. Ethic.† ergo aliquæ delectationes sunt contrariæ.

RESP. Dicendũ,ꝙ delectatio in affectionibus aiæ,sicut dictũ est,* proportionatur quieti in corporibus naturalib. Dicũtur aũt duæ quietes esse contrariæ, quæ sunt in contrarijs terminis sicut quies q̃ est sursum,ei,q̃ est deorsũ,ut dr̃ 5.Physi.* vñ,& cõtingit in affectibus animæ duas delectationes esse contrarias.

AD PRIMVM ergo dicendũ,ꝙ verbum illud Philosophi,est intelligendũ,ſm qđ bonũ, & malum accipit̃ in uirtutibus, & uitijs:nã inueniunt̃ duo cõtraria uitia,non aũt inuenit uirtus contraria uirtuti. In alijs aũt nil prohibet duo bona esse aduincẽ cõtraria:sicut calidũ,& frigidũ,quorũ unũ est bonum igni,alterum aquæ. Et per hunc modũ delectatio põt esse delectationi contraria, sed hoc in bono uirtutis esse non põt:quia bonum virtutis nõ accipitur,nisi p conuenientiã ad aliqđ nnũ.s. rõnẽ.

AD 2m dicendum,ꝙ delectatio se habet in affectib.aiæ,sicut qes naturalis in corporibus: est.n.in aliquo conuenienti,& quasi connaturali. Tristitia aũt se habet sicut quies uiolenta. Tristabile.n.repugnat appetitui animali,sicut loc quietis uiolẽtæ appetitui naturali:quieti aũt naturali opponit̃

&

SVP. QVÆS. XXXI. ART. VIII.

Medina ar.8.

171 *Porrecta per totum.* ARticulo septimo omisso,circa octauum in respõsione ad tertium, dubium occurrit: quia superius in q.30.art. secundo dictum est, ꝙ differentia obiecti secundum naturam facit materialem diuersitatem passionũ, hic uero dicitur ꝙ obiecta delectationũ diuersificant nõ solũ materialiter,sed formaliter delectationẽ.

In post p̃ die.ca.de opposiꝰ circa prĩ. tom.1.

†Tex. 17. to.3.

¶Ad hoc dicit breuiter, ꝙ doctrinæ superiori nõ repugnat præsens: quon ĩbi didicimus, ꝙ diuersitas obiecti secundum uirtutem causat diuersitatem passionũ, nõ autem diuersitas secundum naturam. Et utrunque est uerum uniuersaliter intellectum: non enim omnis diuersitas naturæ obiecti diuersificat speciem passionis nunc uero dicimus, ꝙ aliqua diuersitas naturæ obiecti (illa scilicet quę redundat in diuersam rationẽ delectabilis) diuersificat speciem passionis constat autem hæc sibi inuicem non aduersari, nec hoc est singulare in delectatione: nam idem est de concupiscentia iudicium. Cũ n. concupiscẽtia sit appetitus delectabilis, ad delectationẽ, q̃ se habeat vt motus ad quietem ipsam terminãtẽ, cõsequens est,ꝙ delectabilib. ex stentib. cõtrarijs,ac p hoc distinctis spẽ, necesse sit, & delectationes, & cõcupiscentias esse contrarias, ac per hoc specifice distinctas.

text.13. to.3.

li.10.Meta.tex.13. Et 14.t.3.

†c.5. Iter principiũ & mediũ to.5.

ar.2.huius q.

li.5.Phy. tex. 54.t. 2.

concl.m

& quies uiolenta eiusdem corporis, & quies naturalis alterius ut dicitur in 5. Physi.* unde delectationi opponitur; & delectatio, & tristitia.

AD 3^m dicendũ, ꝙ ea in qbus delectamur, cũ sint obiecta delectationis, non solum faciunt differentiã materialẽ, sed ẽt formalem, si sit diuersa rõ delectabilitatis. Diuersa.n.rõ obiecti diuersificat speciẽ actus, uel passionis, ut ex supradictis patet *.

QVAEST. XXXII.

De causa delectationis, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de causis delectationis.

Et circa hoc quærun- tur octo.

¶Primo, Vtrum operatio sit cã propria delectationis.

¶Secũdo, Vtrum motus sit causa delectationis.

¶Tertio, Vtrũ spes, & memoria.

¶Quarto, Vtrum tristitia.

¶Quinto, Vtrũ actiones aliorũ sint nobis delectationis cã.

¶Sexto, Vtrum benefacere alteri sit causa delectationis.

¶Septimo, Vtrum similitudo sit causa delectationis.

¶Octauo, Vtrum admiratio sit causa delectationis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum operatio sit causa propria delectationis.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr, ꝙ operatio n sit ꝓpria & prima cã delectationis. ut.n. Philosoph⁹ dicit in 1. Rhet.* Delectari, consistit in hoc, qđ sensus aliqd patiaṫ. Requiriṫ.n. ad delectationẽ cognitio, sicut dictũ ẽ:* sed ꝑ pri⁹ sunt cognoscibilia obiecta operationũ, q̃ ipsę operationes. ergo operatio n est propria causa delectationis.

¶2 Præ. Delectatio potissime cõsistit in fine adepto: hoc enim ẽ qđ præcipue concupiscitur: sed n sẽp operatio ẽ finis, sed qñq; ipsũ operatũ. n ergo operatio ẽ ꝓpria, & ꝑ se, cã delectationis.

¶3 Præt. Otiũ, & requies dicunṫ ꝑ cessationem operationis: hęc autem sunt delectabilia, vt dr̃ in 1. Rheto.* non ergo operatio est propria causa delectationis.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit 7. & 10. Eth.* ꝙ delectatio est operatio connaturalis, & non impedita.

RESP. Dicendũ, ꝙ sicut supra dictum est,* ad delectationẽ duo requiruntur. s. consecutio boni conuenientis, & cognitio hmõi adeptionis: utrunq; aũt horũ in quadã operatione consistit. Nã actualis cognitio operatio ẽ q̃dã: similiter bonum conueniẽs adipiscimur aliqua operatione. ipsa ẽt operatio propria, est qđdã bonũ cõueniens: vñ oportet, ꝙ omnis delectatio aliquam operationem consequatur.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ipsa obiecta operationum non sunt delectabilia, nisi inquãtum coniunguntur nobis, uel ꝑ cognitionẽ solã, sicut cũ delectamur in cõsideratione, uel inspectiõe aliquorũ, uel quocunq; alio modo simul cũ cognitione: sicut cũ aliqs delectaṫ in hoc, ꝙ cognoscit se habere quodcũq; bonum puta, diuitias, uel honorẽ, uel aliqd hmõi, q̃ quidẽ non essent delectabilia, nisi inquãtũ apprehenduntur ut habita. Vt.n. Philosophus dicit in 2. Polit.* Magnam delectationẽ habet, putare aliquid sibi propriũ, q̃ procedit ex naturali amore alicuius ad seipsum. Habere aũt hmõi, nihil est aliud quàm uti eis, uel posse uti: & hoc est per aliquam operationem. unde manifestũ est, ꝙ omnis delectatio in operationem reducitur sicut in causam.

AD 2^m dicendum, ꝙ etiã in illis, in quibus operationes non sunt fines, sed operata ipsa, operata sũt delectabilia inquãtũ sũt habita, vel facta, quod refert ad aliquem usum, uel operationẽ.

AD 3^m dicendũ, ꝙ operatio-

SVPER QVÆST. XXXII. ART. I.

Medina ar. 1.

CIrca primum articulum q. 32. dubium occurrit, An operatio sit propria cã delectationis, ut constitutio in cõnaturale bonũ: an indistincte. Et ut clarior sit qstio, recolito, ꝙ in diffinitione delectationis positi sunt duo actus pro cã delectationis. s. cognitio, & cõstitutio (& qa nulli dubiũ est ꝙ cognitio ẽ operatio, si ea rõne operatio est cã ꝓpria delectationis, qa oportet cognitionem interuenire ut tãm) qstionis solutio clara ẽ. Quia vero satis ambiguũ est, an constitutio sit necessario operatio: ideo si ea rõne operatio cã propria delectationis di, quia omnis ita que constitutio talis in connaturale bonũ causans delectationẽ est operatio, singulare dictum, & disputabile est. Et est inter hos duos sensus tanta differẽtia, ꝙ in primo indistincte, & sine cõtradictione aliqua operatio ponitur cã delectationis: in secundo uero operatio ponitur prima cã eiusdẽ, & ut constituens in connaturale. Et ꝓ parte affirmatiua huius secundi sensus sunt uerba authoris in litera uolentis, ꝙ consecutio boni conuenientis consistat in operatione. Et in responsione ad primum dicitur, ꝙ quæ habemus, non delectant, nisi apprehensa ut habita: & habere nihil aliud est quã eis uti, uel posse uti: quod est per aliquam operationẽ. Pro parte uero negatiua est, quia proprium esse, & uiuere, & alia huiusmodi delectant: & tñ constitutio nostra in eis non est per operari, sed per esse. Delectant quoq; nos multa, in quibus cõstituimur non per operari, sed ꝑ recipere, seu pati: ut patet cum in calefieri, uel refrigerari delectamus delectat, & conueniens locus in quo per esse in loco, non per operari constituimur.

¶Ad euidentiam huius dubij scito, quòd quia delectatio quietem habet, consecutio boni connaturalis exigitur ad căndam delectationem propter consecutum esse, quod est totum simul, & consecutum esse exigitur per esse, quod est magis à motu elongatum. Et propterea magis causa est delectationis consecutum esse, quàm consecutio, & magis esse quàm consecutum esse. in cuius signũ scientiæ, & uirtutes olim acquisitæ, uel inditæ modo, ut inexistẽtes apprehensæ delectant, & non solum quando acquisitæ sunt, aut secundũ acquisitionis memoriam. Et omnis consecutio, & omne consecutum esse delectat, inquantum ponit in aliquo esse consono. Vñ cũ in diffinitione delectationis dr̃, ꝙ delectatio est constitutio tota simul in naturã &c. nõe constitutionis intellige non solũ consecutũ esse, sed esse: siue sit tale esse per constitutionem, siue non. Constituit enim Deus gloriosus in esse sine constitutione, & delectationẽ tamen summam apprehensum in eo facit: & nos nostrum esse apprehensum delectat non quia à natura cõstitutum, sed quia inest nobis. Nihil.n. minus delectaret, si non aliunde haberemus: pro intellectu tñ literæ expresse dicentis utrunq; requisitum ad delectationis cãm in operatione consistere, distingue, & dicito, ꝙ delectabilia sunt duplicia, quędam congenita, & quædam superuenientia. Et quod author de superuenientibus solicitus in litera, consecutionis nomine intentionẽ suã significauit, & uoluit cõsecutionem in operatione consistere extenso operationis uocabulo ad oẽm actionem, passionem, motumq;. Delectabilia quippe oĩa, quæ superueniunt, iunguntur nobis motu aliquo, uel ut obiecta operationũ immanentiũ, uel saltẽ ut materia usus ut in responsione ad primum, & secundũ dr̃. Nec tamen tacuit omnino author de cõstitutione causante delectationem in congenitis: nam in ar. 7. expresse dixit, ꝙ simile inquantum vnum, ẽ delectabile. Constat enim ꝙ unitas similium, est unitas in essendo: & qa (ve dicitur in 1. Rhet. Aristot.) simile delectat ut ipsum et, consequens est, quod cõstitutio in delectatione congenitorum fient & in delectatione similium, sit secũdum esse, etiam si nulla inde operatio proueniret. Et per hæc patet solutio obiectorum, & quæstionis.

*Lib. 5. Phy. tex. 54. & 55. tom. 2.
†quæst. 23.
*Cap. 11. nõ peul a prin. t. 6.
*Lib. 7. c. 12. & 13. & lib. 10. ca. 4 & 5. tom. 5.
*q. præcedẽ. art. 1.
Caiet. in
*Li. 2. Pol. ca. 3. ante medium tom. 5.
*4 di. 49. q. 3. ar. 5. q. 4. co.
*C. 11. t. 6
*q. 31. ar. 1.
172 Porrecta per totum.

¶Circa

nes sunt delectabiles, inquantū sunt proportionatæ, & connaturales operanti. Cū aūt uirtus humana sit finita, scd̄m aliquam mensurā operatio est sibi ꝓportionata. vnde si excedat illā mensurā, iā nō erit sibi proportionata, nec delectabilis, sed magis laboriosa, & accidiās: & scd̄m hoc ocium & ludus, & alia, quæ ad requiem pertinent, delectabilia sunt, inquantum auferunt tristitiam, quę est ex labore.

B

ARTICVLVS II.

Vtrum motus sit causa delectationis.
Medina art 2.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur, ꝙ motus non sit cā delectationis: Quia, sicut supra dictū est, * bonū præsentialiter h adeptū est cā delectationis. vñ Philosophus in 7. Eth. * dicit, † ꝙ delectatio nō cōparatur generationi, sed operationi rei iā existentis. Id aūt, qđ mouetur ad aliud, nondū habet illud, sed quodammō est in uia gñationis respectu illius, scd̄m qđ oī motui adiungitur gñatio, & corruptio, vt dr̄ in 8. Phys. * ergo motus non est causa delectationis.

C

¶ 2 Pręt. h Motus præcipue laborem, & lassitudinē inducit in operib^a: sed operatiōes ex hoc, quòd sunt laboriosæ, & lassantes, non sunt delectabiles, sed magis afflictiuę. ergo motus nō est causa delectationis.

¶ 3 Præt. Motus importat innouationē quandā, q̄ opponit^h cōsuetudini: sed ea quæ sunt cōsueta, sunt nobis delectabilia, ut Philosoph. dicit in 1. Rhet. * ergo motus non est cā delectationis.

SED CONTRA est, qđ Aug. dicit in 8. Confess. * Quid est hoc, dñe Deus meus, cū tu in æternū tibiipsi sis gaudiū, & q̄dā de te circa te semp gaudeant, ꝙ hæc rerū pars alterno defectu, & ꝓfectu, offensionibus, & ꝯciliationibus gaudēt? Ex quo accipitur, ꝙ hoīes gaudēt, & delectanī in q̄buſdam alternationibus: & sic motus vr̄ esse cā delectationis.

B

RESP. Dicendum, ꝙ ad delectationē tria requiruntur. s. bonū delectans, coniunctio delectabilis, & tertiū quod est cognitio huius cōiunctionis; & scd̄m hæc tria motus efficitur delectabilis, * vt Philosophus dicit in 7. Ethic. & in 1. Rhe. * Nam ex parte nostra, qui delectamur, transmutatio efficit nobis delectabilis ꝓp hoc ꝙ natura nr̄a transmutabilis est, & ꝓp hoc, quod est nobis cōueniens nūc, non erit cōueniens postea: sicut calefieri ad ignē est coneeniens hoī in hieme, non aūt in æstate. Ex parte uero boni delectantis, quod nobis coniungitur, fit ēt transmutatio delectabilis: quia actio cōtinuata alicuius agētis auget effectū, sicut quāto aliq̄s diutius appropinquat igni, magis calefit, & desiccat. * Naturalis aūt habitudo in quadā mēsura cōsistit: & iō qñ cōtinuata p̄sētia delectabilis supexcedit mēsuram nālis habitudinis, efficit remotio eius delectabilis. Ex parte uero ipsi^a cognitionis, q a

C

D

¶ Circa causam delectationis ex parte obiecti, scilicet bonum cōueniens, dubium occurrit, an sit conueniens formaliter, an denominatiue, id est, an obiectum causans delectationē sit res denominata a relatione conuenientiæ, an sit ipsa conuenientia. Quòd. n. res sit absoluta, quæ denominatur cōueniens, ꝓbatur ex cōmuni cōditione act uorū, ratio. n. agēdi in quolibet actiuo res absoluta est, relatio autē actiui, aut approximationis cōditio ē sine qua nō. Cōstat autem ꝙ bonum conueniēs actiuū est delectationis. Quòd autē sit ipsa cōuenientia, ꝓbatur ex eo, ꝙ nisi apprehēdatur ali qđ ut cōueniens, nō causatur delectatio.

171 *Porrecta per totum.*

¶ In hac dubitatione inuenio Scotum in 4. sent distin. 49. q. 3. art. 2. ad 3. tenuisse, ꝙ conueniens, & disconuenientia scd̄m sola absoluta dicunt rationes causandi delectationem, & tristitiam scd̄m relationes uero dicit causas, sine quibus non, ut relationes actiui, & approximationis, nec aliud inuenio eius fundamentum. Mihi uero uidetur, ꝙ relatio conuenientiæ uel disconuenientiæ in actu exercito, concurrat ad causandam delectationē, uel tristitiam, ut ratio agendi. & moueor ex eo, ꝙ delectatio, & tristitia de eodem differunt specie, utpote contrariæ. ergo delectabile, & tristabile earum obiecta, & propria per se positiue actiua differunt specie secūdum rationes agendi illas, sed non secūdum rationes absolutas. ergo secundum rationes respectiuas conuenientiæ, & disconuenientiæ. Prima sequela patet notatis terminis appositis in consequēte ad excludēdas causas excedentes, aut p accidens, aut negatiue: ut nauta præsens, uel absens causat contraria. & differentiam actiuorum secundum impertinentia, aut substrata, & alia huiusmodi. Oportet enim contrarias actiones à contrarijs rationibus agendi proficisci in naturalibus agentibus propriis, qualia sunt delectabile uel tristabile. Destructio uero consequentis patet ad sensum experimur enim quòd idem absolutū, puta calor, modo causat delectationē, modo tristitiam, apprehensus, uel sensatus ut conueniens, uel disconueniens. Existente igitur forma absoluta eadem, & facto transitu de delectabili in tristabile propter variationem de conuenientia in disconuenientiam, & per se causans contrarijs actionibus, et passionibus, scilicet delectatione & tristitia, manifestum fit, quòd conuenientia, & disconuenientia ut rationes agendi concurrunt. Et confirmatur hoc, quia illud qđ concurrit ad causandam delectationem, uel tristitiam ut apprehensum, non se habet ut conditio approximationis, sed ut ratio agendi: quoniam apprehensum est, ꝙ mouet, appetitum, ut ratio agendi, sed conuenientia uel disconuenientia occurrit ad hæc, ut apprehensa: quoniam quantumcunque aliquis frigens calefieret conuenienter, nisi perciperet illud ut conueniēs. in actu exercito, ut exercet conuenientiam, non delectaretur & hoc manifestius apparet in delectatione uel tristitia imaginationem, uel rationem cōsequente. Ouis enim nunquàm fugeret lupum, nisi apprehenderet ipsum ut disconuenientem, eliciendo ex ipso intentionem inimici. Et conuerso experimur propter uariatas relationes importantes conuenientiā, uel disconuenientiam apprehensas de aliquo, nasci immutari à delectatione in tristitiam & econuerso terminantes certas passiones. & qđ forte fallit putantes oppositum, est, quia non aduertunt, ꝙ relationes sunt in genere formarum actiuarum ut apprehensæ, quamuis non sint in genere actiuarū formarum ut existentes. Et qui negat hoc, neget quoque æstimatiuam, cuius obiectū sunt intentiones insensatæ, elicitæ ex sensatis, ut utile, amicum, inimicū &c. ex q̄bus causanī passiones in animalibus l'ōt quoque esse causa deceptionis nō distinguere inter apprehēdere relationē absolutus in actu signato uel exercito. Verbi gratia, Ouis nouit agnum ut terminum lactationis, nō ꝙ oportet eam apprehendere ipsam relationē termini, ꝙ esset apprehēdere eā in actu signato, sed quia apprehendit agnum ut exercentem relationem termini lactationis, & simile est in aliis. Ex talibus. n. apprehensionibus relationū causanī passiones, qđ forte Scotus non negat. i. & si destruxisse tunc duæ delectationis causæ, scilicet constitutio, & bonū connaturale: reliqua autē, scilicet apprehēsio, superius diuidenda est. ad hæc. n. tria reducuntur omnia causantia delectationem, quæ per totam hanc trigesimam secundam disputantur, & in 1. Rhetor. tanguntur operatio enim delectat, & ut constitutio, & ut bonum conueniens: motus, ut afficiens bonum conueniens, vel auferens disconueniens: memoria, & spes ut supplentes constitutionem: tristitia per accidens, ratione oblationis uel memoriæ. alienæ actiones, ut in proprio nos bono faciunt constitui passione, uel æstimata possessione, uel deuotionae. benefacere quoque, & similis, & admirari ad eadem spectare, exercitatis non est difficile deducere. Vnum tamen in his aduerte quòd quia in his, quæ ad appetitum spectant, nihil differt esse aut apparere propterea delectatio causatur ex æstimato habere, ex æstimato possidere, ex te presentare, abundare, & similibus: & non solum ea habere, possidere, abundare, & similibus, in huiusmodi enim ipsa imaginatio horum delectant sic constituit in cōnaturale bonum, ut supplent uicem ipsius habere, & non solum ut apprehensio tale, autem est dispositio eorū, qui delectantur principatu, honore & similibus.

E

¶ Super

*4. di. 49. q. 3. art. 2. ad 3.
*q. pręced ar. 1.
*c. 12. to. 5.
*tex. 24. in fine, to. 2.
*c. 11. non procul a principio tomo. 6.
* c. 3. post med. to. 1.
concl. m
*li. 7. eth. c. 7. Et. 1. Rh. c. 11. to. 5. & 6.

hõ desiderat cognoscere aliqđ totũ, & pfectũ. Cũ ergo aliqua nõ poterũt apprehẽdi tota simul, delectat in his trãsmutatio, ut unũ trãseat, & alterũ succedat, & sic totũ sẽtiat. vnde Aug. dicit in 4. Cõfes. * Nõ uis utiq; stare syllabã, sed trãsuolare, ut aliæ ueniãt, & totũ audias: ita semp oia, ex qb. vnũ aliquid cõstat, & nõ sunt oia simul, plus delectãt oĩa, q̃ singula, si possint sentiri oia. Si ergo sit aliqua res; cuiu' natura sit i trãsmutabilis, & ñ possit i ea fieri excessus nãlis habitudinis p ꝯtinuationẽ delectabilis, & q̃ possit totũ suũ delectabile simul intueri, nõ erit ei trãsmutatio delectabilis: & q̃tũ aliq̃ delectationes plus adhoc accedũt, tãto plus ꝯtinuari pñt. G

*l.b.4.Cõfess.c.11.a med.to.1.

Ad 1ᵐ ergo dicẽdũ, ꝙ id, qđ mouet, etsi nondũ hẽat pfecte id, ad qđ mouet, incipit tñ iam aliquid hr̃e eius, ad qđ mouet: & ẽm hoc ipse motus habet aliqd delectationis, deficit tñ à delectationis perfectione: nã pfectiores delectationes sunt in reb. immobilibus. Motus ẽt efficit delectabilis inquantum per ipsum fit aliquid cõueniens, quod prius cõueniens nõ erat, uel desiuit esse, ut supra dictum * est.

*In corp. art.

Ad 2ᵐ dicendũ, ꝙ motus laborẽ, & lassitudinẽ inducit, secundũ quod transcẽdit habitudinẽ naturalem: sic aũt motus non est delectabilis, sed scđm quod remouẽtur contraria habitudinis naturalis. H

Ad 3ᵐ dicẽdũ, ꝙ id, qđ ẽ ꝯsuetũ, efficit delectabile, inquantũ efficit nãle: nã cõsuetudo est quasi altera natura. Mot' aũt ẽ delectabilis, nõ qdẽ quo recedit à cõsuetudinẽ, sed magis ẽm qđ p ipsũ impedit corruptio nãlis habitudinis, q̃ posset prouenire ex assiduitate alicuius operationis. Et sic ex eadẽ cã cõ naturalitatis efficit ꝯsuetudo delectabilis, & mot'.

ARTICVLVS III.

Vtrum spes, & memoria sint causa delectationis.

174 Medina art. 3.

Porrecta per totum. Inf. q. 40. art. 8. Et 22. q. 10. art. 1. ad 1. Et 12. Me. le. 6. co. 5. *lib 2. orth. fidei, c. 12. in fi.

AD TERTIVM sic procedit. Videt ꝙ memoria, & spes nõ sint cãæ delectationis. Delectatio. n. ẽ đ bono h pñti, vt Dama. dicit *: sed memoria, & spes sũt đ absẽti. est. n. memoria pteritorũ, spes vero futurorũ. ergo memoria, & spes ñ sũt cã delectatiõis.

¶ 2 Præt. h Idẽ nõ est cã ꝯriorũ: sed spes est cã afflictionis. dr̃. n. Prouerb. 14. Spes, q̃ differtur, affligit animam. ergo spes non est causa delectationis.

¶ 3 Præt. Sicut spes cõuenit cum delectatione in eo, quod est de bono: ita ẽt, & concupiscentia, & amor. h non ergo magis debet assignari spes causa delectationis, quàm concupiscentia, uel amor.

Sed cont. est, quod dr̃ Rom. 12. Spe gaudentes. & in psal. 76. Memor fui Dei, & delectatus sum.

Respon. Dicendũ, ꝙ delectatio cãtur ex præsentia boni cõuenientis, ẽm qđ sentit, vel qualitercunq; pcipit. Est aũt aliqd præsens nobis dupliciter, Vno mõ, scđm cognitionẽ, prout. s. cognitum est in cognoscente scđm suã similitudinẽ: Alio mõ, scđm rẽ, prout. s. unũ alteri realiter cõiungit uel actu, uel potẽtia scđm quẽcunq; cõiunctionis modũ. Et qa maior est cõiunctio scđm rẽ, q̃ scđm similitudinẽ, q̃ est coniunctio cognitionis, itẽ maior est coniunctio rei in actu q̃ in potentia: ĩõ ᵐ maxima est delectatio, quæ fit per sensum, * qui requirit præsentiã rei sensibilis. ᴾ Scđm aũt gradum tenet delectatio F spei, ᵍ in qua nõ solũ est delectabilis cõiũctio scđm apprehensionẽ, sed ẽt scđm facultatem, uel possibilitatem adipiscendi bonum, quod delectat. ᶠ Tertium autem gradum tenet delectatio memoriæ, quæ habet solam coniunctionem apprehensionis.

Concl. m

a vel p.

Concl. f

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ spes, & memoria sunt quidẽ eorum, quæ sunt simpliciter absentia, quæ tñ secundum quid sunt præsentia, scilicet, uel secundũ apprehensionẽ solam, uel secundum apprehensionẽ, & facultatem, ad minus æstimatam.

Ad 2ᵐ dicẽdũ, ꝙ nihil phibet idẽ ẽm diuersa, esse cãm ꝯriorũ. Sic igit spes, inquantũ hẽt præsentẽ G æstimationẽ boni futuri, delectationẽ cãt: inquantum aũt caret præsentia eius, causat afflictionem.

Ad 3ᵐ dicendũ, ꝙ amor, & concupiscẽtia delectationẽ causant. Omne. n. amatũ fit delectabile amanti, eo ꝙ amor est q̃dã unio, uel connaturalitas amãtis ad amatũ. Similiter ẽt omne concupitũ est delectabile cõcupiscenti, cũ cõcupiscentia sit pcipue appetitus delectationis: sed tñ spes, inquantũ importat quandã certitudinẽ realis p̃sentiæ boni delectantis, quã non importat, nec amor, nec cõcupiscentia, magis ponit cã delectationis, q̃ illa: & similiter magis q̃ memoria, q̃ est de eo, qđ iã trãsijt.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum tristitia sit causa delectationis.

Medina art. 4.

175 Porrecta per totum. Inf. q. 35. ar. 5. ad 1. & q6. 48. ar. 1. cor. *q. 29. ar. 2.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur ꝙ tristitia non sit causa delectationis. Contrarium enim h non est causa contrarij: sed tristitia contrariatur delectationi. ergo non est causa delectationis.

¶ 2 Præt. h Contrariorũ ꝯrij sunt effectus: sed delectabilia memorata sunt cã delectationis. ergo tristia memorata sunt cã doloris, & nõ delectationis.

¶ 3 Præt. Sicut se habet tristitia ad delectationem, ita odium ad amorẽ: sed odium h nõ est causa amoris, sed magis econuerso, ut supra dictum est. * ergo tristitia non est causa delectationis. I

Sed cont. est, quod in Psal. 41. dicitur, Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Per panẽ aũt refectio delectationis intelligit: ergo lacrymæ, q̃ ex tristitia oriũtur, possunt esse delectationis cã.

Resp. Dicendũ, ꝙ tristitia põt dupliciter considerari, Vno modo, scđm quod est in actu: Alio modo, scđm quod est in memoria: & ᵐ utroq; modo tristitia põt esse delectationis cã. ⁿ Tristitia quidẽ in actu existẽs est cã delectationis, inquantũ facit memoriã rei dilectæ, de cuius absentia aliquis tristatur, & tñ de sola eius apprehensione delectatur. K Memoria aũt tristitiæ fit cã delectationis, pp subsequentẽ euasionẽ: nam carere malo accipit in rõne boni. unde secundum qđ homo apprehendit se euasisse ab aliquib. tristibus, & dolorosis, accrescit ei gaudij materia, scđm qđ Aug. dicit 22. de Ciuit. Dei *. Quòd sæpe læti tristiũ meminimus, & sani dolorũ sine dolore, & inde amplius læti, & grati sumus. Et in 8. Cõfess. dicit †, Quòd quãto maius fuit piculũ in plio, tanto maius erit gaudiũ in triũpho.

concl. m

*Cap. 14. & ultimo a medio. 10 mo 5. [id quoq; habet] Greg. 4. moral. in fi. †l.b. 8. Cõfess. c. 3. ante mediũ. tom. 1. *l. 8. text. 8. tom. 2.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ contrariũ qñq; per accidens est causa contrarij, sicut frigidũ quandoq; calefacit, ut dicitur in 8. Physic. * & similiter

tristitia

tristitia per accidens est delectationis causa, inquã-tum fit per eam appręhensio alicuius delectabilis.

Ad 2m dicẽdum, ꝙ tristitia memorata, inquantũ sunt tristitia, & delectabilibus contraria, nõ causant delectationẽ, sed inquantum ab eis homo liberatur: & similiter memoria delectabilium ex eo, ꝙ sunt amissa, potest causare tristitiam.

Ad 3m dicendum, ꝙ odium ẽt per accidens põt esse causa amoris prout scilicet aliqui diligunt se, inquantum conueniunt in odio unius, & eiusdem.

Articulus V.

Vtrum actiones aliorum sint nobis causa delectationis.

176 *Porrecta per totum.*

Medina ar. 5.

Ad quintvm sic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ actiones aliorũ nõ sint nobis delectationis cã. Causa. n. delectationis est proprium bonũ h cõiunctum: sed aliorum operationes non sunt nobis coniunctę. ergo non sunt nobis causa delectationis.

¶ 2 Præt. Operatio est proprium bonũ operantis. si igitur operationes aliorum sint nobis cã delectationis pari rõne omnia alia bona aliorum erunt nobis h delectationis, causa: quod patet esse falsum.

¶ 3 Præt. Operatio est delectabilis, h inquantũ ꝓcedit ex habitu nobis innato. unde dr̃ in 2. Eth.* ꝙ signũ generati habitus oportet accipere fientẽ in C opere delectationẽ: sed operationes aliorũ nõ ꝓcedũt ex habitibus, q ĩ nobis sũt, sed interdũ ex habitibus, q sunt in operãtibus. nõ ergo operationes aliorũ sũt nobis delectabiles, sed ipsis operãtibus.

*Cap. 3. in principio to. 5.

Sed con. ẽ, qđ dr̃, ĩ scđa Canonica Ioãnis. Gauisus sũ ualde, q̃a iueni đ filijs tuis ambulãtes ĩ ueritate.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ sicut iã dictũ ẽ,* ad delectationẽ duo reqrunt̃. s. ꝯsecutio ꝓprij boni, & cognitio ꝓprij boni cõsecuti.m Tripliciter ergo operatio alteri' põt eẽ delectationis cã.n Vno mõ inquãtum p operationẽ alicui' ꝯseqmur aliqđ bonũ, & s̃m hoc operationes illorũ, q nobis aliqđ bonũ faciũt, sũt nobis delectabiles, q̃a bene pati ab alio ẽ delectabile. Alio mõ s̃m qđ p operationes aliorum efficit̃ nobis aliqua cognitio, uel aliqua æstimatio ꝓprij boni, & pp hoc hoies delectãt̃ ĩ hoc ꝙ laudãtur, uł honorãt̃ ab alijs, q̃a. s. p hoc accipiũt ęstimationẽ, in seipsis aliqđ bonũ eẽ: & q̃a ista ęstimatio fortius generat̃ ex testimonio bonorũ & sapiẽtiũ, iõ ĩ horũ laudibus, & honoribus hõies magis delectant̃. Et q̃a adulator ẽ apparẽs laudator, pp hoc ẽt adulationes qbusdã sũt delectabiles. Et q̃a amor ẽ alicui' boni, & admiratio ẽ alicui' magni, idcirco amari ab alijs & ĩ admiratiõe haberi ẽ delectabile, inquãtũ p hoc fit hoĩ æstimatio ꝓpriæ bonitatis, uel magnitudinis, ĩ qbus aliqs delectat̃. Tertio mõ inquãtũ ipsæ operationes aliorũ si sint bonæ, ęstimãt̃ ut bonũ ꝓpriũ pp uim amoris, q facit ęstimare amicũ quasi eundẽ sibi: & pp odium, qđ facit æstimare bonũ alteri' eẽ sibi ꝯriũ, efficit̃ mala operatio inimici delectabilis. unde dicit̃ 1. ad Corinth. 13. quòd charitas non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati.

*Art. 1. huius quæst.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ operatio alteri' põt esse mihi coniuncta, uel per effectum, sicut in primo modo, uel per appræhensionem, sicut in secũdo modo, uel per affectionẽ, sicut in tertio mõ.

Ad 2m dicendũ, ꝙ ratio illa ꝓcedit quãtũ ad tertium modum: non autẽ inquantũ ad duos, primos.

Ad 3m dicendum, ꝙ operationes aliorũ etsi nõ procedant ex habitibus, q in me sunt, causant tñ ĩ me aliqd delectabile, uel faciũt mihi æstimationẽ siue appræhensionẽ ꝓprij habitus uel procedunt ex habitu illius, qui est unum mecum per amorẽ.

Articulus VI.

Vtrum benefacere alteri sit causa delectationis.

Medina ar. 6.

177 *Porrecta per totum.*

Ad sextvm sic ꝓceditur. Vr̃, ꝙ benefacere alteri non sit delectationis cã. Delectatio. n. causatur h ex consecutione proprij boni, sicut supra dictũ est:* sed benefacere non pertinet ad cõsecutionẽ proprii boni, sed magis ad emissionem. ergo magis uidetur esse causa tristitiæ, q̃ delectationis.

*Arti. preced.

¶ 2 Præt. Philosoph. dicit in 4. Eth.* ꝙ illiberalitas cõnaturalior est hominibus, q̃ ꝓdigalitas: sed ad ꝓdigalitatẽ ꝑtinet h benefacere alijs, ad illiberalitatẽ aũt ꝑtinet desistere à benefaciẽdo. cũ ergo operatio ꝯnaturalis sit delectabilis unicuiq; ut dr̃ ĩ 7. & 10. Eth.* vr̃ ꝙ bñfacere alijs nõ sit cã delectationis.

*ca p. 1. à medio. to. 5.

*Lib. 7. ca. 12. & 13. & li. 10. c. 4. & 5. to. 5.

¶ 3 Præt. Cõtrarii effectus h ex cõtrariis causis ꝓcedunt: sed q̃dã, q̃ ꝑtinent ad malefacere, sunt naturaliter hoi delectabilia, sicut uincere, redarguere, vel increpare alios, & ẽt punire inquantũ ad iratos, ut dicit Philosophus in 1. Rhet.* ergo benefacere magis est causa tristitiæ, quàm delectationis.

*Ca. 11. to mo. 6.

Sed contra est, quod Philosoph. dicit in primo Politicor.* quòd largiri, & auxiliari amicis, aut extraneis, est delectabilissimum.

*li. 1. Pol. ca. 5. ante med. t. 5.

Respon. Dicẽdũ, ꝙ hoc ipsũ, qđ ẽ m bñfacere alteri, põt tripliciter eẽ delectationis cã*. Vno mõ p cõparationẽ ad effectũ qđ ẽ bonũ ĩ altero cõstitutũ: & s̃m hoc, inquantũ bonũ alteri' reputam' quasi nostrũ bonũ pp unionẽ amoris, delectamur ĩ bono, qđ p nos fit aliis, ꝑcipue amicis, sicut ĩ bono ꝓprio. Alio mõ p cõparationẽ ad finẽ: sicut cũ aliqs p hoc, ꝙ alteri bñfacit, sperat conseq aliqđ bonũ sibiipsi, uel à Deo, uel ab hoie: spes aũt delectationis ẽ cã. Tertio mõ p cõparationẽ ad principiũ, & sic hoc, qđ ẽ bñfacere alteri, põt esse delectabile p cõparationẽ ad triplex principiũ. Quorũ unũ ẽ facultas bñfaciẽdi, & s̃m hoc bñfacere alteri fit delectabile, inquãtũ p hoc fit hoĩ q̃dã imaginatio abũdantis boni ĩ seipso exĩstẽtis, ex quo possit aliis cõmunicare: & iõ hoies delectant̃ ĩ filiis, & operib' ꝓpriis. sicut qbus cõmunicãt ꝓpriũ bonũ. Aliud principiũ ẽ habitus inclinãs, s̃m quẽ bñfacere fit alicui connaturale: unde liberales delectabiliter dãt aliis. Tertiũ principiũ ẽ motiuũ, puta cũ aliqs mouetur ab aliquo quẽ diligit, ad benefaciendũ alicui: oĩa. n. q̃ facimus, uel patimur pp amicum, delectabilia sunt, quia amor præcipua causa delectationis est.

*Concl. in

Ad primvm ergo dicendum est, ꝙ emissio inquantum est indicatiua proprii boni, est delectabilis: sed inquantum euacuat proprium bonum, põt esse contristans, sicut quando est immoderata.

Ad 2m dicendum, qđ prodigalitas habet immoderatam emissionem, quæ repugnat naturæ: &

ideo prodigalitas dicitur esse contra naturam.

Ad 3m dicēdum, ꝙ uincere, redarguere, & punire, nō ē delectabile inquantū est in malū alterius, sed inquantū ꝑtinet ad ꝓpriū bonū, qđ plus homo amat, q̄ odiat malū alterius. Vincere.n. est delectabile naturaliter, inquantū ꝑ hoc fit æstimatio ꝓpriæ excellētiæ: & ꝓp hoc oēs ludi i qbus est concertatio, & in qbus pōt esse uictoria, sūt maxime delectabiles, & uniuersaliter oēs ꝯcertationes, ſm qđ hēnt spē uictoriæ. Redarguere aūt, & increpare pōt esse dupliciter delectationis causa. Vno mō, inquantū facit homini imaginationē ꝓpriæ sapiētiæ, & excellētiæ: increpare.n. & corripere est sapiētū & maiorū. Alio mō, ſm qđ aliqs increpando, & reprehendendo, alteri benefacit, qđ ē delectabile, ut dictū est irato aūt est delectabile punire, inquantū vr̄ remouere apparentē minorationē, q̄ vr̄ esse ex ꝑcedenti læsione. Cū.n. aliqs est ab alio læsus, vr̄ ꝑ hoc ab alio minoratus esse: & iō appetit ab hac minoratione liberari ꝑ retributionem læsionis. Et sic patet ꝙ benefacere alteri, per se pōt esse delectabile: sed malefacere alteri non est delectabile, nisi inquantum uidetur pertinere ad proprium bonum.

F Ad primum ergo dicendū, ꝙ cū sit q̄dā cōicatio principātis ad subiectū, ē ibi q̄dā similitudo tn̄ ſm quandā excellētiā, eoꝙ pricipari, & ꝑesse ꝑtinēt ad excellentiā ꝓprij boni sapientū.n. & meliorum est principari, & ꝑesse: unde ꝑ hoc fit hōi propriæ bonitatis imaginatio, uel quia per hoc ꝙ homo principatur & ꝑest, alijs benefacit, qđ est delectabile.

Ad 2m dicedū, ꝙ id, in quo delectatur tristatus, etsi nō sit simile tristitiæ, est tn̄ simile hōi ꝯtristato: q̄a tristitiæ ꝯriantē ꝓprio bono ei9, q̄ tristat̄. & iō appetit delectatio ab his q̄ in tristitia sunt, ut cōferēs ad propriū bonū, inquātū ē medicatiua cōtrarij. Et ista ē causa, quare delectationes corporales, q̄
X bus sūt cōtrariæ quædā tristitiæ, magis appetunt̄, q̄ delectationes intellectuales, q̄ nō hēnt cōtrarietatē tristitiæ, ut infra dicet̄. * Exinde ēt ē, q̄ oīa aīalia naturaliter appetūt delectationē: q̄a sempꝑ animal laborat ꝑ sensum, & motū: & ꝓp hoc ēt iuuenes maxime delectationes appetūt ꝓp multas trāsmutationes in eis existentes, dū sūt in statu augmenti. & ēt melancholici uehemēter appetunt delectationes ad expellendum tristitiā: q̄a corpus eorū quasi prauo humore corroditur, ut dicitur in 7. Ethico. *

*q. 35. ar. 1.

*Cap. 14. post medium illius. to. 5.

Ad 3m dicendū, ꝙ bona corporalia in quadā mēsura ꝯsistūt: & iō superexcessus similiū corrūpit ꝓpriū bonū, & ꝓp hoc efficit fastidiosum, & cōtristās, inquantū contrariatur bono ꝓprio hominis.

ARTICVLVS VII.

Vtrum similitudo sit causa delectationis.

Medina ar. 7 I

178 *Porrecta per totum.*

AD SEPTIMVM sic ꝓcedit̄. Vr̄ ꝙ similitudo non sit causa delectationis. Principari.n. & ꝑesse ih quādā dissimilitudinē iportat: sed pricipari, & ꝑesse naturaliter ē delectabile, ut dr̄ i 1. Rhet. * ergo dissimilitudo magis ē causa delectationis, q̄ similitudo.

*Cap. 11. non procul a fine. to. 6.

¶ 2 Præt. Nihil magis est dissimile delectationi, q̄ tristitia: sed illi, q̄ patiūtur tristitiā, maxime sequunt̄ h delectationes, ut dicitur in 7. Eth. * ergo dissimilitudo est magis causa delectationis, quàm similitudo.

*Cap. 14. circa medium. to. 5.

¶ 3 Præt. Illi, qui sunt repleti aliquibus delectationibus, nō delectantur in eis, sed magis fastidiunt h eas, sicut patet in repletione ciborū. non ergo similitudo est delectationis causa. H

SED CONTRA est, qđ similitudo ē causa amoris, ut dictum est supra: * amor aūt est causa delectationis. ergo similitudo est causa delectationis.

*q. 27. a. 3.

RESPON. Dicendū, ꝙ similitudo est q̄dam unitas, unde id, qđ m est simile, inquātū est unū, est delectabile n, sicut & amabile, ut sup. dictū est * & si quidē id, qđ est simile, proprium bonū non corrūpat, sed augeat, est simpl'r delectabile, puta hō homini, & iuuenis iuueni. Si uero sit corruptiuū ꝓprij boni, sic ꝑ accidēs efficit̄ fastidiosum uel cōtristās, non quidē inquantū est simile, & vnū, sed inquātū cor- D rumpit id, qđ est magis unū. Qđ aūt aliquid simile corrumpat propriū bonū, cōtingit dupliciter. Vno mō, quia corrūpit mensurā proprij boni per quendam excessum. bonū.n. ꝑcipue corporale, ut sanitas in quadā cōmensuratione consistit, & ꝓp hoc superabundātes cibi, uel quælibet delectationes corporales fastidiūtur. Alio mō, per directam contrarietatē ad propriū bonū, sicut figuli abominantur alios figulos, non inquantū sūt figuli, sed inquātū per eos amittunt excellentiam propriam, siue proprium lucrum, quæ appetunt sicut propriū bonū.

Concl. m

*q. 27. a. 3.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum admiratio sit causa delectationis.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur ꝙ admiratio non sit causa delectationis. Admirari.n. ē ignorātis naturæ, ut Dā. dicit: * sed h ignorātia nō ē delectabilis, sed magis sciētia. ergo admiratio nō ē cā delectatiōis.

H ¶ 2 Præt. Admiratio ē principiū sapiētiæ, quasi uia ad inquirēdū ueritatē, ut dr̄ i princi. Metaph. † Sed h delectabilius est cōtēplari iā cognita, q̄ inqrere ignota, ut Philosoph. dicit in 10. Eth. * cū hoc habeat difficultatē, & impedimentū, illud aūt non habeat: delectatio aūt causatur ex operatione h nō impedita, ut dr̄ in 7. Ethic. † ergo admiratio non ē causa delectationis, sed magis delectationem impedit.

† Cap. 2. circa medium to. 3.

*7. paulo post princ. to. 5.

¶ 3 Præt. Vnusqnisq; in cōsuetis delectat̄: unde operationes habituū per cōsuetudinē acquisitorū sunt delectabiles: sed h cōsueta non sunt admirabilia, ut dicit Aug. sup Io. * ergo admiratio cōtrariat̄ cāæ delectationis.

† ca. 12. & 13. & li. 10. c. 4. & 5. to. 5.

*tract. 24. circa prin. & li. 50. hom. hom. 12.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 1. Rhetor. † quòd admiratio est delectationis causa.

† lib. 1. Rhet. ca. 11. post medium, to. 6.

RESPON. Dicendū, quòd Adipisci desiderata est delectabile, ut supra dictum est. * & ideo quanto aliculus

*a. 3. ad 3.

SVPER Q. XXXII. ART. VIII.

Medina art. 8.

179 *Porrecta per totum.*

Circa octauū eiusdem 32. quæst. artic. aliqui non aliter d scussi, scito, ꝙ admirātis in ipso admirationis actu vr̄ habere tria. Primo, nouitatē, uel arduæ rei intellectū desiderata: secūdo collationē illius cum occulta causa: tertio, naturalē quandā concupiscentiā cognoscēdi causā, sicut uniuersaliter imperfecta appetūt perfici. Et ppea admirari cōstituit habētē in id, qđ est ſm naturā. Nosse.n. & cōferre, & appetere scire, cōnaturalia sunt, & naturaliter in his gaudet anima. Præter hæc autem tria, quæ omnis mirans communia uidet, inest scrutatoribus rationalis concupiscentia sciēdi causam, quæ est causa delectationis, sicut cætera desiderata, ut in artic. 3. ad tertiū habes.

*L. 2. Orth. fidei, ca. 22.

alicuius rei amatæ magis accrescit desideriũ, tanto A magis ք adeptionẽ accrescit delectatio: & et i ipso augmẽto desiderij fit augmentũ delectationis, ẽm qđ fit et spes rei amatæ, sicut s. dictũ est, * ꝙ ipsum desiderium ex spe est delectabile. Est aũt admiratio desideriũ quoddã sciẽdi, qđ in hoie ꝓtingit ex hoc, ꝙ videt effectũ, & ignorat cãm: uel ex hoc, ꝙ cã ta lis effectus excedit cognitionẽ, aut facultatẽ ipsi⁹. & iõ admiratio est cã delectationis, inquantũ hẽt adiunctã spẽ ꝯsẽqndi cognitionẽ eius, qđ scire desiderat. Et ꝑ hoc, oĩa admirabilia sũt delectabilia *, sicut q̃ sunt rara, & oẽs repræsentationes rerum, et quæ in se non sunt delectabiles. Gaudet.n.anima B in collatione unius ad alterũ: quia conferre vnum alteri, est proprius, & connaturalis actus rõnis, ut Philosophus dicit in sua Poetica. * & ꝑ hoc etiã liberari a magnis periculis, magis est delectabile, quia est admirabile, vt dicitur in primo Rhetor. *

Art. 3.

Concl.

In arte Poeticæ c. 2. non lõge a prin. tom. 6.

capit. 11. post med. cap. 10. 6.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ admiratio nõ est delectabilis inquantũ hẽt ignorãtiã, sed inq̃tũ hẽt desideriũ addiscẽdi cãm, & inquãtũ admirãs aliqd nouũ addiscit, scilicet talẽ esse, quẽ nõ æstimabat.

Ad 2m dicendum, ꝙ delectatio duo hẽt, scilicet quietẽ in bono, & hmõi quietis ꝑceptionẽ. Quantũ igit ad primũ, cũ sit pfectius cõtẽplari ueritatẽ C cognitã, q̃ inquirere ignotã contẽplationes rerum scitarũ ꝑ se loquendo, sunt magis delectabiles, q̃ inquisitiones rerũ ignotarũ: tñ per accidens, quãtũ ad ẽm, cõtingit ꝙ inquisitiones sunt q̃nq; delectabiliores, ẽm qđ ex maiori desiderio ꝓcedũt. Desideriũ aũt maius excitat̃ ex ꝑceptione ignorãtiæ: vñ maxime hõ delectat̃ i his, q̃ de nouo iuenit, aut addiscit.

Ad 3m dicendum, ꝙ ea, q̃ sunt consueta, sunt delectabilia ad operandũ, inquantũ sunt quasi connaturalia: sed tñ ea, quæ sunt rara, pñt esse delectabilia uel ratione cognitionis, quia desideratur eorũ scientia, inquantum sunt mira: uel rõne operatio- D nis, quia ex desiderio magis inclinatur mẽs ad hoc, ꝙ intense in nouitate operet̃, ut dr̃ in 10. Eth.* Perfectior.n. operatio causat ꝑfectiorẽ delectationẽ.

cap. 4. in ter med. & finem. to. 5.

QVAESTIO XXXIII.

De effectibus delectationis, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectibus delectationis.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum delectationis sit dilatare.

¶ Secundo, Vtrum delectatio causet sui sitim, uel E desiderium.

¶ Tertio, Vtrũ delectatio impediat vsum rationis.

¶ Quarto, Vtrum delectatio perficiat operationẽ.

ARTICVLVS I.

Vtrum delectationis sit dilatare.

Medina art. 1.

180 Porrecta per totum. Iaf. q. 17. art. 2. cor.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ dilatatio nõ sit effectus delectationis. Dilatatio enim vr̃ ad amorẽ magis ꝑtinere, ẽm ꝙ dicit Apost. 2. ad Corint. 6. Cor nostrũ dilatatũ est. Vnde, & de præcepto charitatis in Psal. 118. dicitur, Latum mandatum tuum nimis: sed delectatio est alia passio ab amore. ergo dilatatio nõ est effectus delectationis.

¶ 2 Præt. Ex hoc, ꝙ aliquid dilatatur, efficit capacius ad recipiendũ: sed receptio pertinet ad desideriũ, quod est rei nondum habitæ. ergo dilatatio magis vr̃ pertinere ad desiderium, q̃ ad delectationem.

¶ 3 Præt. Constrictio dilatationi opponit̃: sed constrictio vr̃ad delectationem pertinere. nam illud constringimus, quod firmiter uolumus retinere: & talis est affectio appetitus circa rem delectantem. ergo dilatatio ad delectationem non pertinet.

SED CONTRA est, qđ ad expressionem gaudij dr̃ Isai. 60. Videbis, & afflues: & mirabit̃, & dilabitur cor tuum.* Ipsa ẽt delectatio ex dilatatione nomen accepit, ut lætitia nominetur, sicut s. dictum est.

RESP. Dicendũ, ꝙ latitudo est q̃dã dimensio magnitudinis corporalis. vnde in affectionibus animæ nõ nisi ẽm metaphorã dr̃. * Dilatatio aũt dr̃ quasi motus ad latitudinẽ, & competit delectationi ẽm duo, quæ ad delectationẽ requirunt̃, quorũ unum est ex parte apprehensiuæ virtutis, quę apprehendit coniunctionẽ alicuius boni cõuenientis. Ex hac aũt apprehensione apprehendit se hõ perfectionẽ quandã adeptũ, quæ est spũalis magnitudo: & ẽm hoc aĩus hoĩs dr̃ per delectationẽ magnificari, seu dilatari. Aliud aũt est ex parte appetitiuæ virtutis, q̃ assentit rei delectabili, & in ea quiescit, quodammodo se pbens ei ad eã interius capiendã, & sic dilatatur affectus hominis per delectationem, quasi se tradens ad continendũ interius rẽ delectantem.

q. 31. ar. 3. ad 3.

Concl.

Ad primum dicendum, ꝙ nihil prohibet in his, quæ dñr metaphorice, idem diuersis attribui ẽm diuersas similitudines: & ẽm hoc, dilatatio pertinet ad amorẽ ratione cuiusdam extensionis, inquantũ affectus amantis ad alios extenditur, ut curet non solum, quæ sua sunt, sed quæ aliorum: ad delectationem uerò pertinet dilatatio, inquantum aliquid in seipso ampliatur, ut quasi capacius reddatur.

Ad 2m dicendum, ꝙ desideriũ hẽt quidẽ aliquã ampliationẽ ex imaginatione rei desideratæ, sed multo magis ex pñtia rei iã delectantis, quia magis præbet se animus rei iã delectanti, quàm rei nõ habitæ desideratæ, cũ delectatio sit finis desiderij.

Ad 3m dicendũ, ꝙ ille qui delectatur, cõstringit quidẽ rem delectantẽ, dum ei fortiter inhæret, sed cor suum ampliat, ut perfecte delectabili fruatur.

ARTICVLVS II.

Vtrum delectatio causet sui sitim, uel desiderium.

Medina art. 2.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ delectatio nõ causet desideriũ suiipsius. Omnis.n. motus cessat, cũ peruenerit ad quietẽ: sed delectatio est quasi q̃dã quies motus desiderij, ut sup. dictũ est.* cessat ergo motus desiderij, cũ ad delectationẽ peruenerit. nõ ergo delectatio causat desideriũ.

181 Porrecta per totum. 4. dist. 49. q. 3. art. 2. ad 1. q. 23. art. 4 & q. 30. art. 2.

¶ 2 Præt. Oppositum non est causa sui oppositi: sed delectatio quodammodo desiderio opponitur ex parte obiecti. nam desiderium est boni non habiti: delectatio uero boni iam habiti. ergo delectatio non causat desiderium suiipsius.

¶ 3 Præt. Fastidiũ desiderio repugnat: sed delectatio plerunq; cãt fastidiũ. nõ ergo facit sui desiderium

SED CONTRA est, qđ Dominus dicit Ioã.4. Qui F biberit ex hac aqua, sitiet iterum. per aquam autẽ significatur, secũdum Aug.* delectatio corporalis.

*Tract.15. super Io. non multũ remote ante mediũ. tom.9. concl. m

RESP. Dicendũ, ꝙ delectatio dupliciter põt cõsiderari. Vno mõ ſm qđ est in actu: alio mõ ſm quod est in memoria. Itẽ sitis, uel desideriũ põt dupliciter accipi. Vno mõ proprie, ſm qđ importat appetitũ rei nõ habitæ: alio mõ cõiter ſm qđ importat exclusionẽ fastidij.m Scđm igit qđ est in actu, delectatio nõ cát sitim, uel desideriũ suiipsius, ꝑ se loquẽdo, sed solũ ꝑaccidẽs. Si tñ sitis, uel desideriũ dicat rei nõ habitæ appetitus n, tũc delectatio non cát simpliciter sitim, uel desideriũ: nã delectatio ẽ G affectio appetitus circa rẽ præsentẽ. Sed cõtingit rẽ ꝑ̃sentẽ nõ ꝑfecte haberi, & hoc põt esse, uel ex parte rei habitæ, vel ex parte habẽtis. Ex parte qdẽ rei habitæ, eo ꝙ res habita nõ est tota simul, vñ successiue recipit: & dũ aliquis delectat in eo, qđ hẽt, desiderat potiri eo, qđ restat: sicut qui audit primã partẽ uersus, & in hoc delectatur, desiderat alterã partẽ uersus audire, ut Aug. dicit 4. Cõfes.* Et hoc mõ oẽs fere delectationes corporales faciũt suiipsarũ sitim quousq; cõsummentur, eo ꝙ tales delectationes cõsequuntur aliquẽ motũ, sicut patet in delectationibꝰ ciborũ. Ex parte aũt ipsius habẽtis, sicut H cũ aliquis aliquã rẽ in se ꝑfectã existẽtẽ nõ statim perfecte hẽt, sed paulatim acquirit: sicut in mũdo isto, percipiẽtes aliqđ imperfecte de diuina cognitione, delectamur, & ipsa delectatio excitat sitim, vel desideriũ ꝑfectę cognitiõis: ſm qđ põt intelligi qđ hr̃ Eccl.24. Qui bibũt me, adhuc sitiẽt.p Siuero ꝑ sitim, uel desideriũ intelligatur sola intẽsio affectus tollens fastidiũ, sic delectationes spũales maxime faciũt sitim, uel desideriũ suiipsarũ q. Delectationes .n. corporales, qa augmẽtatæ, uel cõtinuatæ faciũt superexcrescentiã naturalis habitudinis, efficiunt fastidiosæ, ut patet in delectatione ciborũ. & ꝑꝑ I hoc qñ aliquis iã ꝑuenit ad ꝑfectũ in delectationibus corporalibus, fastidit eas, & qñq; appetit aliquas alias: sed delectationes spũales nõ superexcrescunt nãlẽ habitudinẽ, sed ꝑficiũt naturã. unde cũ ꝑuenitur ad consummationẽ in ipsis, tũc sunt magis delectabiles, nisi forte ꝑ accidẽs, inquantũ operationi cõtẽplatiuæ adiungunt aliquæ operationes uirtutũ corporaliũ, q̃ per assiduitatẽ operandi lassant. Et per hũc modũ ẽt põt intelligi qđ dr̃ Eccle. 24. Qui bibit me, adhuc sitiet. Quia ẽt de angelis, q perfecte Deũ cognoscunt, & delectant in ipso, dr̃ 1. Petr. 1. ꝙ* desiderãt in eũ ꝓspicere. Si uero cõsi- K deretur delectatio ꝓut est in memoria, & nõ in actu, sic ꝑ se nata est cáre suiipsius sitim, & desideriũ s, qñ s. hõ redit ad illã dispõnẽ, in qua erat sibi delectabile qđ præterijt: si uero immutatus sit ab illa dispõne, memoria delectatiõis ñ cát ieo delectationẽ, sed fastidiũ, sicut pleno existẽti, memoria cibi.

concl. p

concl. s

*cap.11.a med. t.2.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ qñ delectatio ẽ ꝑfecta, tũc hẽt omnimodã quietẽ, & cessat motus desiderii tẽdẽtis in nõ habitũ: sed qñ impfecte hr̃, tũc nõ oĩno cessat motus desiderii tẽdẽtis ĩ nõ habitũ.

AD 2m dicendum, ꝙ id, quod imperfecte hr̃, ſm quid habetur, & secundum quid non habet: & ideo F simul de eo potest esse & desiderium, & delectatio.

AD 3m dicendum, ꝙ delectationes alio mõ causant fastidiũ, & alio modo desideriũ, ut dictũ est.*

*In corp. art.

ARTICVLVS III.

Vtrum delectatio impediat vsum rationis.

Medina art.3.

AD TERTIVM sic proceditur. Videt ꝙ delectatio nõ impediat vsum rõnis.h Quies .n. maxime ꝯfert ad debitũ rõnis usum. vnde dr̃ in 7. Physic.* ꝙ in sedendo, & quiescendo fit aĩa sciens & prudens. & Sapien.8. Intrans in domũ meã conquiescã cum illa, scilicet sapientia: sed delectatio est q̃dã quies. G ergo non impedit, sed magis iuuat rationis vsum. 181

*Porrecta per totum. Inf.q.34. ar.1.ad 1. Et 2. 2. q. 15. art. 3. & q.53.a. 6. Et 4.d. 40. q.3.a. 2. q.3. ad 3. & ar.5. q.1. ad 4. Et ma. q. 10. art. 1. ad 7. *text.20. tom.2.

¶2 Præt. Ea, quæ non sunt h in eodem, etiam si sint contraria, non se impediunt: sed delectatio est in parte appetitiua, usus aũt rõnis in parte appręhensiua. ergo delectatio non impedit rationis vsum.

¶3 Pręt. Qđ impedit ab alio, vr̃ quodãmodo transmutari ab ipso: sed usus appręhẽsiuę uirtutis magis mouet h delectationẽ, q̃ à delectatiõe moueat: ẽ .n. cã delectatiõis. ergo delectatio ñ ĩpedit vsũ rõnis.

SED CONT. est, qđ Philosophus dicit in 6. Eth.* ꝙ delectatio corrumpit existimationem prudentiæ.

*cap.5.tomo 5.

RESP. Dicendũ, ꝙ sicut dr̃ in 10. Eth.* m Delecta- H tiones ꝓpriæ adaugent operationes, extraneæ uero impediũt n. Est ergo q̃dam delectatio, q̃ hr̃ de ipso actu rõnis: sicut cũ aliquis delectatur in cõtemplãdo, uel ratiocinãdo, & talis delectatio nõ impedit usum rõnis, sed adiuuat: qa illud atentius operamur, in quo delectamur. attentio aũt adiuuat operationẽ: sed delectationes corporales impediũt vsũ rõnis triplici rõne. Primo qdẽ, rõne distractionis: quia, sicut iã dictum est,* ad ea, in qbus delectamur, multũ attẽdimus. Cũ aũt attẽtio fortiter inhæserit alicui rei, debilitatur circa alias res, uel totaliter ab eis reuocat, & ſm hoc, si delectatio corporalis fue- I rit magna, uel totaliter impediet usũ rõnis ad se intẽtionẽ animi attrahẽdo, uel multũ ĩpediet. Scđo, rõne ꝯtrarietatis: q̃dã .n. delectationes, maxime suꝑexcedẽtes, sũt ꝯ ordinẽ rõnis. & ꝑ hũc modũ Philosoph. dicit ĩ 6. Eth.* ꝙ delectationes corporales corrũpũt existimationẽ prudẽtię, nõ aũt existimationẽ speculatiuã, cui delectatio nõ ꝯriat, puta, ꝙ triangulus hẽt tres angulos æquales duobꝰ rectis: ſm aũt primũ modũ utranq; impedit. Tertio mõ, ſm quandã ligationẽ, inquantũ. s. ad delectationẽ corporalẽ seqtur q̃dã trãsmutatio corporalis, maior ẽt q̃ in alijs passionibus, quanto uehementius K afficitur appetitus ad rem ꝑ̃sentem, q̃ ad rem absentem. huiusmodi autem corporales perturbationes impediunt usum rationis, sicut patet in uinolentis, qui habent usum rationis ligatum, uel impeditum.

*cap.5.parum ante med. t.5. concl. m

*q.4.art.1. ad 3.

*cap.5.tomo 5.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ delectatio corporalis habet quidem quietem appetitus in delectabili, quæ quies interdũ contrariatur rationi. sed ex parte corporis semper habet transmutationem, & quantum ad utrumq; impedit rationis vsum.

AD 2m dicendum, ꝙ uis appetitiua, & appręhensiua sunt quidem diuersæ partes, sed unius animæ: & ideo cũ intentio animæ uehementer applicat ad actum unius, impeditur ab actu contrario alterius.

AD

AD 3m dicendum, ꝙ usus rationis requirit debitum usum imaginationis, & aliarum uirium sensitiuarum, quæ utuntur organo corporali: & ideo ex transmutatione corporali usus rationis impeditur, impedito actu uirtutis imaginatiuæ, & aliarum sensitiuarum. A

ARTICVLVS IIII.

Vtrum delectatio perficiat operationem.

181 *Medina art.4.*

Porrecta per totum. Inf.q.14. arti.4. ad tertiū, & q.40.a.8. cor. Et 4. dist.17.q. 2.ar.3.q. 1. ad 1. Et veri.q. 26.ar.10. cor.& ad 2.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur ꝙ delectatio non perficiat operationē. Omnis.n.humana operatio ab usu rōnis dependet: sed h delectatio impedit usum rōnis, ut dictum est.* ergo delectatio nō perficit, sed debilitat operationē humanā. B

¶2 Præt. Nihil est pfectiuū suiipsius, uel h suæ cāæ: sed delectatio est operatio, ut dr̄ in 7. & 10. Ethic.† qd̄ oportet ut intelligatur uel essentialiter, uel causaliter. ergo delectatio non perficit operationem.

¶3 Præt. Si delectatio perficit operationē, h aut pficit ipsam sicut finis, aut sicut forma, aut sicut agēs: sed nō sicut finis, quia operationes non q̄runt pp delectationē, sed magis econuerso, ut sup. dictum est:* nec iterū per modū efficientis, qa magis operatio est cā efficiens delectationis: nec iterum sicut forma. non enim perficit delectatio operationem, C ut habitus quidam, secundum Philosophum in 10. Ethi.* delectatio ergo non perficit operationem.

*arti.preced. †Lib. 7. Eth.c.12. & 13. & lib. 10. c. 6. & 1. & 4.10.5. *art.preced.

SED CONTRA est, quod dicitur ibidem, quod delectatio operationem perficit.

*Lib. 10. Eth. c. 4. post medium illius tom.5. *Sencl.* m.

RESPON. Dicendum, ꝙ m delectatio dupliciter operationem perficit.* Vno modo per modū finis, non quidem secundum quod finis dr̄ id, propter quod aliquid est, sed ꝯm quod omne bonum completiue superueniens, potest dici finis: & secundū hoc dicit Philosoph. in 10. Eth.* ꝙ delectatio perficit operationem, sicut quidam superueniēs finis, inquantum scilicet super hoc bonum, qd̄ est operatio, superuenit aliud bonum quod est delectatio, quæ importat quietationem appetitus in bono p̄supposito. Secundo modo, ex parte causæ agētis, non quidem directe: quia Philosophus dicit in 10. Ethi.* quòd perficit operationē delectatio, non sicut medicus sanum, sed sicut sanitas: indirecte autem, inquantum scilicet agens, quia delectatur in sua actione, uehementius attendit ad ipsam, & diligentius eam operatur: & secundum hoc dicitur in 10. Ethico.* quòd delectationes adaugent proprias operationes, & impediunt extraneas. D

*Lib. 10. Eth.ca 4. post medium illius 10. 5.

*Eod.lib. & ca.nūc citat.

*Lib. 10. Eth.ca.5. parū ante med.t.5.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ non omnis delectatio impedit actum rationis, sed delectatio corporalis, quæ non consequitur actum rationis, sed actum concupiscibilis, qui per delectationem augetur: delectatio autem, quæ consequitur actum rationis, fortificat rationis usum. E

AD 2m dicendum, ꝙ sicut dicitur in 2. Phys.* contingit quòd duo sibiinuicem sunt causa, ita ꝙ vnū sit causa efficiens, & aliud causa finalis alterius. & per hunc modum operatio causat delectationem sicut causa efficiens. delectatio autem perficit operationem per modum finis, ut dictum est.*

*Tex. 19 tom.2.

*In corp. art.

AD 3m patet responsio ex dictis.

QVAESTIO XXXIIII.

De bonitate, & malitia delectationū, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandū est de bonitate, & malitia delectationum. ET circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primo, Vtrum omnis delectatio sit mala.

¶Secundo, Dato ꝙ non, Vtrum omnis delectatio sit bona.

¶Tertio, Vtrum aliqua delectatio sit optima.

¶Quarto, Vtrum delectatio sit mensura, uel regula, secundum quam iudicetur bonū, uel malum in moralibus.

SVPER QVÆST. XXXIIII.

OMissā quæstione quadragesimatertia, circa quæstionem 34. aduerte, ꝙ author post tractatū de bonitate, & malitia passionū in communi, examinare uolēs bonitatē, & malitiā passionū in speciali, circa duas istā passiones, s. delectationē, & tristitiam quæstiones mouet singillatim d̄ bonitate & malitia. & ratio est qa ad istas terminatur oēs aliæ passiones, & ab eis quodamō regulantur, ut infra habetur.

ARTICVLVS I.

Vtrum omnis delectatio sit mala.

Medina art.3. 184

Porrecta per totum. 4. dis. 19. q.1. ar.4. q.1.co. Et ueri.q.15. a.4. Et 10. Eth. lec.1. a.1. & 4.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, ꝙ oīs delectatio sit mala. Illud.n. quod corrūpit prudentiā, & h impedit rōnis usum, vr̄ esse ꝯm se malum: quia bonum hoīs est ꝯm rōnem esse, vt Dio. dicit in 4. c. de diui. no.* sed delectatio corrūpit prudentiam, & impedit rōnis vsum: & tanto magis, quanto delectationes sunt maiores. vnde in delectationibus venereis, q̄ sunt maximæ, impossibile est aliquid intelligere, vt dr̄ in 7. Ethi.† Et Hier. ēt dicit sup Mat:* ꝙ illo tpe, quo cōiugales actus gerunt, præsentia Sancti Spiritus non dabitur, ēt si propheta uideat esse, qui officio generationis obsequit. ergo delectatio est ꝯm se malū. ergo omnis delectatio mala.

*pa. 4. nō remote a fin. †Cap. 11. non pcul a fine. *Hiero. 1 ep. de monogamia a mediū tom.1.

¶2 Præt. h Illud qd̄ fugit uirtuosus, & prosequit aliquis deficiens à virtute esse ꝯm se malū, & fugiendū: quia, vt dr̄ in 10. Eth.† Virtuosus est quasi mensura, & regula humanorū actuum. Et Apostolus dicit 1. ad Corin. 2. Spiritualis iudicat omnia: sed pueri, & bestiæ, in quibus non est uirtus, prosequuntur delectationes: fugit aūt eas temperatus. ergo delectationes secundum se sunt malæ, & fugiendę.

†Cap. 5. paulo ante finem tom.5.

¶3 Præt. h Virtus, & ars sunt circa difficile, & bonū, vr dr̄ in 2. Ethic.* sed nulla ars ordinata est ad delectationē. ergo delectatio non est aliquid bonum.

*Cap. 3. non multum ante fin. to. 5.

SED CONTRA est, qd̄ in ps. 36. dr̄: Delectare in Domino. cum igitur ad nihil mali authoritas diuina inducat, vr̄ quòd non omnis delectatio sit mala.

*Cap. 2. & 3. tom. 5.

RESP. Dicendū, ꝙ sicut dr̄ in 10. Eth.* aliqui posuerunt oēs delectationes esse malas, cuius ratio vr̄ fuisse: quia intentionē suā referebant ad solas delectationes sensibiles, & corporales, quæ sunt magis manifestę. Nā & in cæteris intelligibilia à sensibilib⁹ antiq Philosophi nō distinguebāt, nec intellectū à sensu, ut dr̄ in li. de Ani.* Delectatiōes aūt corporales arbitrabant dicendū oēs esse malas, ut sic homines, qui ad delectationes immoderatas sunt proni, a delectationibus se retrahentes, ad medium virtutis pueniant. Sed hæc existimatio non fuit cōueniens: cum enim nullus possit uiuere sine aliqua

*Li. 3. tex. 150. to. 2.

ne delectabile ē bonū bonitate morali, q̄ attenditur fm rōne.

Ad 2m dicēdū, q̄ iō delectatio nō q̄rit pp aliud, q̄a ē qes in fine. finē aūt cōtingit esse bonū & malū, q̄uis nūq̄ sit finis, nisi fm q̄d est bonū quo ad hunc: ita etiam est de delectatione.

Ad 3m dicēdū, q̄ hoc mō oīa appetūt delectationē, sicut, & bonū, cū delectatio sit qes appetitus ī bono: sed sicut cōtingit nō oē bonū, q̄d appetitur, esse p se & uere bonū, ita nō oīs delectatio est per se, & uere bona.

ARTICVLVS III.

Vtrum aliqua delectatio sit optimum.

Ad tertium sic pceditur. Vr q̄ nulla delectatio sit optimū. Nulla. n. generatio est optimū, nā generatio nō pōt esse ultim* finis: sed h delectatio q̄ seqt generationē nā ex eo, q̄ alqd cōstituit ī suā naturā, delectat, ut supra dictū ē. *ergo nulla delectatio pōt esse optimū.

¶ 2 Præt. Illud q̄d est h optimum, nullo addito pōt fieri melius: sed delectatio aliquo addito fit melior. est enim melior delectatio cum uirtute q̄ sine uirtute. ergo delectatio nō est optimū.

¶ 3 Præt. Id h q̄d est optimum, ē uniuersaliter bonū, sicut per se bonū existens. nam q̄d est per se, est prius & potius eo q̄d est p accidens: sed delectatio nō ē uniuersaliter bonū, ut dictū est *ergo delectatio nō ē optimū.

Sed contra. Beatitudo, est optimū, cum sit finis humanæ uitæ: sed beatitudo nō ē sine delectatione dr enim ī psalm. 15. Adimplebis me lætitia cū uultu tuo, delectationes in dextera tua usque in finem.

Respon. Dicendū, q̄ * Plato nō posuit oēs delectationes esse malas, sicut Stoici: neq; omnes esse bonas, sicut Epicurei: sed qualdā esse bonas, & qualdā esse malas, ita tñ q̄ nulla sit summum bonum, uel optimū. Sed quantū ex eius rationibus datur intelligi, in duobus deficit. In uno quidē, q̄a cū uideret delectationes sensibiles, & corporales ī quodā motu, & generatione cōsistere, sicut patet A in repletione ciborū, & hmōi, æstimauit oēs delectationes cōseq generationē, & motū: unde cū generatio, & motus sint act* impfecti sequeret q̄ delectatio nō haberet rōnem ultimæ perfectionis: sed hoc manifeste apparet falsum in delectationib* intellectualibus. Aliqs. n. nō solū delectatur in gnatione scientiæ, puta, cum addiscit, aut miratur, sicut supra dictum est: sed etiam in contemplando secundum scientiam iam acquisitam. Alio uero mō quia dicebat optimum illud, q̄d est simpliciter summū bonū, q̄d. s. est ipsū bonum quasi abstractū, & non participatum, sicut ipse Deus ē summum bonum: nos aūt loqui C mur de optimo in rebus humanis: optimū aūt in unaquaq; re ē ultimus finis. Finis aūt ut* sup. dictū ē, dupliciter dr. s. ipsa res, & usus rei: sicut finis auari, est uel pecunia, uel possessio pecuniæ. & fm hoc, ultimus finis hominis dici pōt, uel ipse Deus, q̄ est summum bonū simpliciter, uel fruitio ipsius, q̄ importat delectationem quādam in ultimo fine, & p hūc modū aliqua delectatio hominis pōt dici optimum inter bona humana.*

Ad primum ergo dicendum, D quòd non omnis delectatio cōsequitur generationem, sed aliquæ delectationes consequuntur operationes perfectas, ut * dictum est: & ideo nihil prohibet aliquam delectationem esse optimam, etsi nō oīs sit talis.

Ad 2m dicendum, q̄ ratio illa procedit de optimo simpliciter, p cuius participationem oia sunt bona, vn ex nullius aditione fit melius: sed in aliis bonis uniuersaliter uerum est, q̄ quodlibet bonum ex additione alterius fit melius. Quamuis posset dici, q̄ delectatio non est aliquid extraneū ab opera E tione uirtutis, sed concomitās ipsā, ut in 1. *Eth. dr. *c.8. a me d. 10. 3.

Ad 3m dicendum, q̄ delectatio non habet q̄ sit optimum ex hoc, quòd est delectatio, sed ex hoc q̄ est perfecta quies in optimo. unde non oportet, q̄ omnis delectatio sit optima, aut etiam bona: sicut aliqua scientia est optima, non tamen omnis.

ARTICVLVS IIII.

187 Porrecta per totum.

Vtrum delectatio sit mensura, uel regula, secundum quam iudicetur bonum, uel malum, in moralibus.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quòd delectatio non sit mensura, uel regula boni, & mali moralis. Omnia. n. mensurantur h primo sui generis, ut dr in * 10. Metap. sed delectatio non est * 4. dist. 49. q. 3 ar. 4. q. 1 ad 1. * 10. 3 Meta. tex. 3. & 4.

SVPER QVÆST. XXXIIII.

ART. III.

Medina ar. 3.

In ar. 3. dubiū Thomist. molestū occurrit pp illa uerba, Aliqua delectatio hoīs pōt dici optimū inter bona humana. Repugnat siquidē hoc doctrinæ authoris tenētis opationē pcedentem, puta, uisionem Dei, esse optimū inter bona humana.

186 Porrecta per totum. ¶ Ad hoc licet diuersimode dici possit, puta, q̄ delectatio ē optimū, ut accidēs, operatio āt ut substātia, iuxta dictū in q. 2. ar. 6. uel q̄ delectatio ē optimū in genere motuū * 4. dl. 49. q. 3. a. 4. q. 3. & 3. c6. c. 26. ad 3. & 10. eth. lec. 4. appetitiuorum, uel q̄ est optimū fcdm se, quia hēt iō se vt ultimo quietet appetitū, licet hēat aliud optimū melius ipso, non ut bonū magis bonū, sed ut optimo in ordine optimū alterius ordinis. honestum. n. & *q. 3 1. a. 1 delectabile duorū bonorū ordines constituunt. Ad literam tñ loquendo, distinguo: q̄a aut est sermo d bonitate naturæ, aut morali. Siquis. n. inspexerit, q̄ tractatus iste de bonitate, & malitia ē moralis, uidebit q̄ q̄ō ail de optimo moraliter. i. summe consonāte rōni, omittendāq; cēsebit contradōnem aliis dictis S. Th. puta q̄ uisio est nobilior, q̄ est finis ēt delectationis. Hæc. n. omnia ad maiorē bonitatē naturæ spectāt: delectatio *2. 2. hoi* quæst. siquidē, & operatio consequēs eadē numero bonitate morali, bonæ sūt. Eadē q̄ppe consonantia, uel dissonantia cōsonāt, uel dissonant rōni, ac p hoc optimam operationē sequens delectatio, optima est nō *apud Aristot. li. 10. eth. c. 2. tom. 5. minori bonitate, & nō magis, nec minus bona moraliter. Nec obstat huic sensui, q̄ in rñsione ad scdm i 1* resp. author vr velle, q̄ delectatio ē melior actu uirtutis, q̄sa quitur. hoc. n. author nun dicit; nec intendit dicere: sed 1a resp: ibi data respōdet maiori propositioni argumenti, quæ est cōsisa propositio. s. Optimū nullo adiecto fit melius: & dicit q̄ ē uera de optimo simpliciter, & nō de optimo in genere, quale ē delectatio: & iō dato ēt q̄ ex actu uirtutis esset melior, adhuc stasq; sit optimū ī genere. Scda uero resp. respondet minori. s. Delectatio addita opationi est melior: & dicit q̄ operatio non ē adiecta delectationi, sed intranea eidē: & hæc resp. nullam patitur in se calumniā, & nihil extorquētiōis saluat. Sic. n. & ē optima moraliter inter bona humana sūme consonans rōni: quia nihil est melius moraliter ipsa: & est minus bona naturaliter operatione, quā sequitur q̄ est optima, & ī genere moris, & naturæ in utroq; ordine ultimi* finis existens, quāuis diuersimode: quia in *q. 1. ar. 8 illo cōi sibi, & delectationi, bonitate: ī isto, propria. pp quod in isto ordine finis est ēt delectationis in illo autem non.

SVPER QVÆST. XXXIIII.

ART. IIII.

conclus. ∞

Medina ar. 4.

In tit. art. 4. adoerte, q̄ quia mēsura est certificatiua, quātitatis mēsurabilium, & regula certificatiua dispositionis, & utrūque horum exigit pri- mitatem in cognoscē- * in corp. ar. do, & quodammō in essendo secūdum aliquod gen* causæ, idcirco

circo anthor. proponẽdu hũc articulũ 1 enumeretibe omniũ erudeorũ in principio q. q̃rit, utrũ delectatio sit mensure scdm quã iu dicetur: hic uero absolute, utrũ sit mensura, quasi ibi primitaté in cognoscẽdo, hic in essendo insinnans. Et in corpore articuli, mensurem scdm cognitionẽ, & iudiciũ determinat: in rñsionibus uero ad primum, & ultimum, causalitatem finalem quodammodo attribuit. Et scito, q̃ quia ad rõnẽ mensuræ, & regulæ nõ sufficit primitas in essendo, sed exigitur q̃ sit nobis certissima, idõ licet bonum honestum sit scdm se prius, & certius q̃ delectabile, quæ consequitur ad illud, & põt esse bona, & mala delectatio: quia tñ delectatio est nobis magis certa, ideo ipsi attribuitur ratio mensuræ, & operatio ipsa mendicat quo ad hoc a delectatione, propter qd author studuit in corpore articuli ad ꝓbandum rõnẽ mensuræ in delectatione ex cognitione, & iudicio. Et tñ fuit saluare utcunq; prioritatem in essendo, ut patet in rñsione ad tertiũ, ubi finis ratiõe, satis large propter hoc saluandũ utitur.

¶Circa caleem responsionis ad tertium in eodem quarto articulo, dubium occurrit nouitijs, q̃ uel aduersari supradictis. Si. n. bonitas delectationis est cã quodãmodo bonitatis in operatione aut econuerso, sequitur nõ esse eandem numero bonitatem utriusque, cuius oppositum dictum fuit.

¶Ad hoc breuiter dr, q̃ (ut ex superius dictis apparet,) in analoga causalitate seu reduñdã tia, saluatur identitas numeralis in causa, & causato. vñ hoc nihil obstat proposito: sicut nec bonitati huius actus exterioris, & interior s.

*tex. 4. to. 3.

*c. 5. post mediũ. to. 5.

* sup. illud uerb. Psal mistæ to. 8.

*cap. 11. in princ. to. 5.

*q 20 ar. 1.

concl. m

primũ in genere moraliũ, sed ꝓ- F cedunt ipsam amor, & desideriũ: nõ ergo ẽ regula bonitatis, & malitiæ in moralibus.

¶ 2 Præt. Mensurã, & regulã oportet eẽ uniformẽ: & idõ motus, q ẽ maxime uniformis, est mẽsura & regula oium motuũ, ut dr, i 10.* Meta. sed delectatio ẽ uaria & multiformis, cũ q̃dã earũ sint bonæ, & q̃dã malæ. ergo delectatio non est mensura & regula moralium.

G ¶ 3 Præt. Certius iudiciũ sumit̃ d̃ effectu ꝑ causã, q̃ econuerso sed bonitas, uel malitia operationis ẽ causa bonitatis, uel malitiæ delectationis, qa bonę delectationes sũt q̃ ↄsequunt̃ bonas operatiões, malæ aũt q̃ malas, ut dr i 10. Eth. ergo delectationes nõ sũt regula, & mẽsura bonitatis & malitiæ i moralib⁹.

Sed contra, est qd̃* Aug. dicit sup illud Psal. 7. Scrutãs corda, & renes De⁹. Finis curæ & cognitionis ẽ delectatio ad quẽ qs nitit̃ ꝑuenire. Et Philosoph. dicit ĩ 7. Eth. q̃ delectatio ẽ finis architectus, idest pricipalis, ad quẽ respiciẽtes, unũquodq; hoc quidem malum, hoc autẽ bonum simpliciter dicimus. H

Respon. Dicendũ, q̃ bonitas uel malitia moralis pricipaliter in uolũtate cõsistit, ut* supra dictũ est utrũ aũt uoluntas sit bona, uel mala, ꝑcipue ex fine cognoscit: id aũt hr̃ pro fine, i quo uoluntas quiescit, quies aũt uoluntatis, & cuiuslibet appetit⁹ i bono, ẽ delectatio: & idõ scdm delectationẽ uolũtatis hũanę ꝑcipue iudicat̃ hõ bon⁹, uel mal⁹. Est. n. bon⁹, & uirtuos⁹, q gaudet ĩ operib⁹ uirtutũ: mal⁹ aũt q ĩ operibus malis. Delectationis aũt appetitus sensitiui nõ sũt regula bonitatis, uel malitiæ moralis: nã cib⁹ cõiter delectabilis ẽ scdm appetitũ sẽsitiuũ bonis, & malis: sed uolũtas bonorũ delectatur in eis scdm cõuenientiam rationis, quam non curat uoluntas malorum. I K

Ad primum ergo dicendũ, q̃ amor, & desideriũ sunt priora delectatione in uia generationis: sed delectatio est prior scdm rationẽ finis, qui in operabilibus hẽt rationẽ principij, a quo maxime sumit̃ iudicium, sicut a regula, uel mensura.

Ad 2m dicẽdum, quòd ois delectatio in hoc est F uniformis, quòd est quies in aliquo bono: & scdm hoc potest esse regula uel mensura. Nam ille bonus est, cuius uoluntas quiescit in uero bono: malus autem cuius uoluntas quiescit in malo

Ad 3m dicendum, q̃ cũ delectatio ꝑficiat operationẽ ꝑ modũ finis, ut* supra dictũ est, nõ põt esse operatio ꝑfecte bona, nisi ẽt adsit delectatio in bono: nã bonitas rei pẽdet ex fine, & sic quodãmodo bonitas delectationis ẽ cã bonitatis in operatione. *q. 33. a. 4

QAESTIO XXXV.

De dolore, seu tristitia secundum se, in octo articulos diuisa.

G Deinde considerandum est de dolore, & tristitia.

¶Et circa hoc primo cõsiderandum est de tristitia seu dolore secundum se. Secundo, de causis eius. Tertio, de effectibus ipsius. Quarto, de remedijs. Quinto, de bonitate, uel malitia eius.

Circa primum quæruntur octo.

¶Primo, Vtrum dolor sit passio animæ.

¶Secũdo, Vtrum tristitia sit idem quòd dolor.

¶Tertio, Vtrum tristitia, seu dolor sit contraria delectationi.

¶Quarto, Vtrũ ois tristitia oĩ delectationi ↄtrariet̃.

H ¶ Quinto, Vtrum delectationi contemplationis sit aliqua tristitia contraria.

¶Sexto, Vtrum magis fugiẽda sit tristitia, quàm delectatio appetenda.

¶Septimo, Vtrũ dolor exterior sit maior, q̃ dolor interior.

¶Octauo, De speciebus tristitiæ.

Articvlvs primvs.

Vtrum dolor sit passio animæ.

Medina ar. 1.

Ad primvm sic ꝓcedit̃, Vr̃ q̃ dolor nõ sit passio animę. Nulla. n. passio animæ ẽ i corpore, sed dolor põt eẽ ĩ corpore. dicit. n. August. in lib. de* uera relig. q̃ dolor, q h dr corporis est, corruptio repentina salutis eius rei, quã male utẽdo anima corruptioni abnoxiauit. ergo dolor nõ ẽ passio animę. I

¶2 Præt. Ois passio animæ ꝑtinet ad uĩ appetitiuã: sed dolor nõ pertinet ad uim appetitiuã, sed magis apprehensiuã. dicit. n. Aug. in lib. de* natura boni, quòd dolorem in corpore facit b sensus resistens corpori potentiori. ergo dolor non est passio aię.

¶3 Præt. Ois passio aię ꝑtinet ad appetitũ aĩalem, sed dolor nõ ꝑtinet ad appetitũ aĩalẽ, sed magis h ad appetitũ nalẽ. dicit. n. Aug. 8.* sup Genes ad litterã: Nisi aliqd̃ bonũ remãsisset i natura, nulli⁹ boni amissi esset dolor i pęna. ergo dolor nõ ẽ passio aię. K

Sed contra est, qd̃ Aug 14. de ciuit. Dei. ponit dolorẽ inter passiones animæ, inducens illud Virgil. Hinc metuunt, cupiunt gaudentq; dolentque.

Resp. Dicendum, q̃ sicut ad delectationem duo requiruntur. s. coniunctio boni, & perceptio hmõi coniunctionis. ita ẽt ad dolorem duo requirũtur. s. coniunctio alicuius mali, quod ea ratione est malũ, quia priuat aliquod bonum, & perceptio hmõi coniunctionis. Quicquid aũt coniungitur, si nõ habeat, respectu eius cui coniungitur, rõnẽ boni, uel mali, non põt causare delectationem, uel dolorẽ. ex quo patet, q̃ aliquid sub ratione boni, vel ma-

188 Porrecta per totum. 1. q. 34. ar. 2. & 9. & q 85. art. 1. c.

*c. 12. parũ a princ. tom. 1.

*c. 20. paulo post princ. to. 6.

*c. 14. circa mediũ to. 3.

* cap. 8. a med. circa fi. to. 5.

li ē obiectū delectatiōis, & doloris. Bonū aūt, & malū inq̄tū hmōi, sunt obiecta appetitus. vñ patet, ꝙ delectatio, & dolor ad appetitū ꝑtinēt, oīs aūt motus appetitiuus, seu inclinatio ꝯñs apꝑhensionē ꝑtinet ad appetitū intellectiuū, uel sēsitiuū: nā inclinatio appetit* naturalis nō cōsequit apꝑhensionē ipsius appetentis, sed alterius, ut in 1.* dictū est. Cū igit delectatio, & dolor ꝓsupponāt ī eodē subiecto sensū, uel apꝑhensionē aliq̄, manifestū est, ꝙ dolor sicut, & delectatio, est in appetitu intellectiuo, uel sensitiuo. Oīs aūt mot* appetit* sensitiui dr̄ passio vt* supra dictū est: & ꝑcipue illi, q in defectū sonāt. vñ dolor scd̄m qd̄ ē in appetitu sensitiuo, ꝓpriissime dr̄ passio aīæ:* sicut molestiæ corporales propriæ passiones corporis dicantur. unde, & Aug. 14. de ciuitate Dei, dolorē spāliter ægritudinē noiat.

*p. p. q. 103. ar. 1.
*q. 22. a. 1. concl.
*c. 7. circa finem. & a. 8. t. 5.

Ad 1ᵐ ergo dicēdū, ꝙ dolor dr̄ esse corporis: qa cā doloris ē in corpore, puta, cū patimur aliqd̄ nociuū corpori, sed mot* doloris semp ē in aīa: nā corpus non pōt dolere nisi dolente aīa, ut* Aug. dicit.

*li. 12. sup. genes. ad literam c. 24. to. 3.

Ad 2ᵐ dicendum, ꝙ dolor dr̄ esse sensus, non qa sit actus sensitiuæ uirtutis, sed quia requiritur ad dolorem corporalem, sicut ad delectationem.

Ad 3ᵐ dicendum, ꝙ dolor de amissione boni demonstrat bonitatē naturæ, non quia dolor sit actus naturalis appetitus, sed quia natura aliquid appetit ut bonum, quod cum remoueri sentitur, sequitur doloris passio in appetitu sensitiuo.

Articvlvs II.

189 Porrecta per totum. 3. q. 15. a. 6. cor. Et 3. d. 15. q. 2. ar. 3. q. 1. & 2. Et ver. q. 26. ar. 3. ad 9. & arti. 4. ad 4.

Vtrum tristitia sit idem quòd dolor. *Medina art. 2.*

Ad secvndvm sic proceditur. Vr̄ ꝙ tristitia non sit dolor. Dicit. n. Aug. 14. de* ciu. Dei, ꝙ dolor in corporibus dicitur, tristitia autem dicitur magis in anima. ergo tristitia non est dolor.

*c. 7. in fi. & c. 8. t. 5.

¶ 2 Præt. Dolor non est nisi de præsenti malo: sed tristitia potest esse de præterito, & de futuro, sicut pœnitentia est tristitia de præterito, & anxietas de futuro. ergo tristitia omnino à dolore differt.

¶ 3 Præt. Dolor non vr̄ consequi nisi sensum tactus: sed tristitia potest consequi ex oībus sensibus. ergo tristitia non est dolor, sed sē habet in pluribus.

Sed contra est, quod Apost. dicit ad Ro. 9. Tristitia est mihi magna, & cōtinuus dolor cordi meo, pro eodem utens tristitia, & dolore.

Vtrum quilibet actus augeat habitũ.

AD TERTIVM sic procedit̃. Videt̃ q quilibet actus augeat habitum. Multiplicata. n.

SVPER QVÆST. LII. ARTIC. III.

Medina art. 3.

IN artic. 3. eiusdem quæstionis quinquagesimæ secundæ, nihil scribẽdum occurrit, nisi pro Nouitiis, quòd sicut actu genitum habitum in anima potuit anima intensiori actu generare ipsum, ita post genitũ põt intẽsiori actu q̃ sit ille ẽt ed quem se extẽdit pñens habit⁹, augere eũdẽ, eodẽ utẽs principio actiuo intẽsiur, q̃ pri⁹ usus fuerit. ex hac utiq; parte hẽt uim augmẽtatiuã, vñ hẽt generatiuam: quã itaq; ad augendum uẽnihilo opere est iam inchoatus habitus non ea ratione, quia nihil phibet augere aliquid seipsum, ut patet ex secundo de aĩa, qm̃ hoc de augmento

mento proprie sumpto dñ hoc aũt de quo loquimur augmentũ, metaphorice dr̃ augmentũ: proprie uero est motus intẽsionis, sed ea potius rõne, qa actus elicitus ab habitu inchoato, & subiectũ disponit ꝑparans ipsum ad perfectius sortiẽdũ habitũ: & perfectiore est, cũ ex tota uirtute habitus procedit, ita ut ad perfectionem maiorẽ deducere possit habitũ.

*q. 52. ar. 2.

*cap. 1. & 2. to. 5.

cã multiplicatur effectus: sed actus sunt cã habituum aliquorum, vt* supra dictũ est. ergo habitus augetur multiplicatis actib.

¶2 Præt. De similibus idẽ est iudicium: sed oẽs actus ab eodem habitu procedẽtes sunt similes, vt dicitur in 2.* Eth. ergo si aliqui actus augeant habitum, quilibet actus augebit ipsum.

¶3 Præt. Simile augetur suo simili: sed quilibet actus est simili habitui à quo procedit. ergo quilibet actus augeet habitum.

*c. 2. t. 5.

Sed cont. Idẽ nõ ẽ ꝯriorũ cã: sed sicut dr̃ i 2.* Eth. aliq act⁹ ab habitu ꝓcedẽtes diminuũt ipsũ vt pote, cũ negligẽter fiũt. ergo nõ ois act⁹ habitũ auget.

*c. 1. & 2. tom. 5.

Resp. Dicendũ, q̃ similes actus similes habitus cãnt, vt dr̃ in 2. Eth. Similitudo aũt, & dissimilitudo nõ solũ attendit̃ ſm qualitatẽ eandẽ, vel diuersam, sed ẽt ſm eundẽ uel diuersum participationis modum. Est.n. dissimile nõ solũ nigrũ albo, sed ẽt minus albũ magis albo: nã ẽt motus fit a minus albo ĩ magis albũ, tanquàm ex opposito in oppositũ, ut dr̃ in 5.* Phisi. Quia vero usus habituũ in uoluntate hois cõsistit, ut ex* supradictis patet, sicut cõtingit q̃ aliqs habens habitũ non utit̃ illo, uel ẽt agit actũ ꝯtrariũ: ita ẽt põt cõtingere q̃ utitur habitu ſm actũ nõ rñdentẽ proportionaliter intẽsioni habitus. Si igit̃ intẽsio actus proportionaliter æquet intensioni habitus, uel ẽt superexcedat, qlibet act⁹ vel auget habitũ, uel disponit ad augmẽtũ ipsius, ut loquamur de augmẽto habituũ ad similitudinẽ augmẽti aialis. Nõ.n. qđlibet alimẽtũ asũptũ actu auget aial, sicut nec q̃libet gutta cauat lapidẽ, sed multiplicato alimẽto tandẽ fit augmẽtũ: ita ẽt multiplicatis actib. crescit habit⁹. Si * uero intẽsio act⁹ ꝓportionaliter deficiat ab itẽsiõe habit⁹, talis act⁹ nõ disponit ad augmẽtũ habitus, sed magis ad diminutionẽ ipsius*. Et per hoc patet rñsio ad obiecta.

*tex. 52. tom. 2.

*q. 49. ar. 3. & q. 50. ar. 5.

Comel. *

QVAESTIO LIII.

De corruptione, & diminutione habituum, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de diminutione & corruptione habituum.

Et circa hoc quæruntur tria.

¶Primo. Vtrum habitus corrũpi possit.

¶Secũdo. Vtrũ possit diminui.

¶Tertio. De modo corruptionis & diminutionis.

ARTICVLVS I.

Vtrum habitus corrumpi possit.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr̃ q̃ habitus corrũpi nõ possit. Habitus.n. inest sicut natura qdã. uñ operationes ſm habitũ sũt delectabiles: sed natura nõ corrũpit̃ manẽte eo, cui⁹ est natura. ergo neq; habitus corrũpi potest manente subiecto.

¶2 Præt. Ois corruptio formæ, uel est per corruptionẽ subiecti uel est a ꝯtrario, sicut ægritudo corrũpitur corrupto aiali, uel ẽt supueniẽte sanitate: sed sciẽtia, q̃ est quidã habitus, non põt corrũpi p corruptionẽ subiecti qa intellect⁹, q est subiectũ eius est substãtia qdã, & non corrũpitur, ut dr̃ in 1.* de Anima. Et similiter ẽt non põt corrũpi a cõtrario: nã spẽs intelligibiles non sunt adinuicẽ contrariæ, ut dr̃ in 7.* Metaph. ergo habit⁹ sciẽtiæ nullo modo corrũpi potest.

¶3 Præt. Ois corruptio est p aliquẽ motum: sed habitus sciẽtiæ qui est in aĩa, nõ põt corrumpi per motum per se ipsius animæ, quia aĩa p se nõ mouetur, mouet̃ aũt p accidẽs p motũ corporis. nulla aũt trãsmutatio corporalis vr̃ posse corrumpere spẽs intelligibiles exiltẽtes in intellectu, cũ intellect⁹ sit p se loc⁹ specierũ sine corpore. uñ ponit̃ q̃ nec p seniũ, nec p mortẽ corrũpunt̃ habitus. ergo scientia corrũpi non põt, & per cõsequens nec habitus uirtutis, qui ẽt est ĩ aĩa rõnali: & sicut Philosophus dicit in 1.* Ethic. Virtutes sunt permanentiores disciplinis.

Sed contra est, qđ Philosophus dicit in lib.* de longitu. & breuitate uitæ, q̃ sciẽtiæ corruptio ẽ obliuio, & deceptio. peccando etiam aliquis habitũ uirtutis amittit, & ex cõtrarijs actibus uirtutes generantur, & corrumpuntur, ut dicitur in 2.* Eth.

Resp. Dicẽdũ, q̃ ſm se dr̃ aliqua forma corrũpi p ꝯtrarium suũ, p accidens aũt, p corruptionẽ sui subiecti. Si igit̃ fuerit aliqs * habitus, cuius subiectũ est corruptibile, & cuius cã habet cõtrariũ, utroque modo corrũpi poterit:* sicut patet de habitibus corporalibus. s. sanitate, & ægritudine. Illi uero habit⁹, quorũ subiectum est incorruptibile non possunt corrumpi p accidens. Sunt tñ habitus qdã, qui etsi principaliter sint ĩ subiecto incorruptibili, secũdario tñ sũt in subiecto corruptibili: sicut habitus sciẽtiæ, q principaliter est quidem in intellectu possibili, secũdario aũt in uiribus apprẽhensiuis sensitiuis, ut* supra dictum est. Et iõ ex parte intellectus possibilis habitus

SVPER Q. LIII. ART. I.

Med ar. 1.

IN q. 53. aduerte ex primo articulo, q̃ apud authorẽ idẽ est iudiciũ de spẽbus intelligibilibus & habitibus principiorum, quoad corruptibilitatẽ, & incorruptibilitatẽ: & nõ est idẽ iudiciũ de p̃dictis ex habitu scientiæ, & uirtutũ: & cã est ut patet in lrã, quia illa sunt à solo itellectu agẽte, ista vero ab alijs causis habẽtib. cõtraria. Ne que enim pbãtiõnata ex parte cãæ cõputanda cẽsẽt: qa aliàs dicunt non cãm, sed materialẽ cãæ esse ea q̃ sunt in parte sensitiua, ad ea q̃ sunt intellectus: ꝑꝑ qđ ẽt hic ex parte subiecti posuit hoc secundariũ subiectũ, ipsa uocans, q̃ intellectui ingenij nõ ꝑtrãsibis ieiunus. Aduerte quoq; ex eodẽ ar. q̃ hic expresse pluries habes, vñ habitũ sciẽtiæ in nobis non esse spẽs intelligibiles acceptas. ille.n. & singulæ & oẽs carent cõtrarijs, scientia aũt non, vt in lrã dr̃. Aduerte tertio ex sc̃do articulo, q̃ author undiq; affluens proprijs rõnibus, nõ solũ ad naturã rei reddit rõnẽ intẽsionis & remissionis, sed ad res sic significatas, puta concrete vel abstracte ex eadẽ radice descendit.

¶In rñsione ad tertiũ postremo in articulo tertio scrupulus occurrens Nouitijs remouẽdus est. vr̃.n. cõtrariari hic tertius articulus primo in rñsione ad tertiũ, dũ ibi dr̃, q̃ scientia ex corporalibus motib. non cõrrũpitur in se, sed in suo actu impedit̃, vt patet in ebrijs: hic vero cõfirmatur ĩ rñsione ad ultimũ, q̃ scientia corrũpit̃ ꝑꝑ mutationẽ, cui subiacent uires apprẽhẽsiuæ interiores, q̃ subsunt rpi. Ad hoc.n. dicendũ est, q̃ diligentius ꝑspecta uerba lrę sibinuicẽ non aduersant̃. Primũ.n. dictũ loquitur de motibus partis interioris sensitiuæ, sc̃dus aũt de eisdẽ ut partiũt vel non cõpetũt cõtrarias cãs habituũ & intendit author q̃ impedimenta partis sẽsitiuæ, si non ultra progrediantur, non corrũpunt scientiã, sed actũ eius: & iõ remanet post mortẽ sñaũt, vel p diuturnã cessationẽ, uel positiuam imaginationẽ ad hoc ꝑgred ant̃. q̃ ꝑpositiones cõtrariæ aut syllogismus fiat: q̃uis ex parte sensitiua inchoet tñ corruptio hæc efficaciter tamẽ corrumpitur sic ẽtiã per hmõi obliuionẽ vel deceptionem, ut in litera dicitur in 2. articulo.

*tex. 65. tom. 2.

*text. 52. tom. 3.

*ca. 10. in medio tomo. 5.

*c. 2. non multũ a ptin. t. 2.

*c. 3 in fine & c. 5. & a. 10. 5.

c. mel. *

*q. 50. ar. 3 ad 3.

bitus scientię non pōt corrūpi p accidēs, sed solū ex parte inferiorū uiriū sensitiuarū. Est igit̄ cōsiderandū, si possunt hmōi habitus p se corrūpi. Si igit̄ fuerit aliqs habitus q hēat aliqd ꝯriū, uel ex parte sua, vel ex parte suę cāę, poterit p se corrūpi: si uero nō hēt cōtrariū, nō poterit p se corrūpi. Manifestū est aūt, q spēs intelligibilis i intellectu possibili existēs, nō hēt aliqd cōtrariū: neq; iterū intellectui agēti, q est cā eius, pōt aliqd esse cōtrariū. vn̄ si aliquis habitus sit in intellectu possibili immediate ab intellectu agēte cātus, talis habitus est incorruptibilis, & p se, & p accidens. hmōi aūt sunt habit' primorū principiorū tā speculabiliū, q̄ practicorū, q nulla obliuione, vel deceptione corrūpi possunt, sicut Philosophus dicit in 6.* Eth. de prudētia, q nō pdit p obliuionē. Aliqs uero habit' est in intellectu possibili ex rōne cātus. s. habitus cōclusionū, q dr̄ sciētia, cuius cāæ dupliciter pōt aliqd cōtrariū eē. Vno mō, ex parte ipsarū ppositionū, ex qb. rō pcedit: etenim enuntiationi, q est, Bonū est bonū, cōtraria est ea, q est, Bonū nō est bonū, sm Philosophū in 2.* Periher. Alio mō, q̄tū ad ipsū procesū rōnis, put syllogismus sophistic' opponit syllogismo dialectico, vl demōstratiuo. Sic igit̄ patet, q p falsā rōnē pōt corrūpi habitus uerę opinionis, aut et sciētię. uñ Philosophus dicit, q deceptio est corruptio sciētię, sicut* s. dictū est. Virtutū uero qdā sunt intellectuales, q sunt in ipsa rōne, ut dr̄ in 6. Ethi. de qbus ē eadē rō, q est de sciētia, uel opinione. Quędā uero sunt in parte aiæ appetitiua, q sunt uirtutes morales: & eadē rō est de uitijs oppositis. Habitus aūt appetitiuę partis causant̄ p hoc, q rō nata est appetitiuam partem mouere: unde per iudiciū rōnis in contrarium mouentis quocunque modo, scilicet, siue ex ignorantia, siue ex passione, uel et ex electione, corrumpit habitus uirtutis, uel vitij.

Ca. 5. in fin. t. 5. — *C. vlt. t. 1* — *In ar. ad oppositū.* — *C. 1. t. 5.*

AD PRIMVM ergo dicendū, quòd sicut dicitur in 7.* Eth. habitus similitudinem habet naturæ, deficit tñ ab ipsa: & ideo cum natura rei nullo modo remoueatur ab ipsa, habitus difficile remouetur.

C. 10. nō longe a fine 10. 5.

AD 2m dicendū, q etsi speciebus intelligibilibus non sit aliqd cōtrariū, enuntiationib. tñ, & processui rōnis pōt aliquid esse contrariū,* ut dictum est.

In corp. art.

AD 3m dicendum, q scientia non remouetur p motū corporalē quantū ad ipsam radicē habitus, sed solū quantum ad impedimentum actus, inquātū intellectus indiget in suo actu uiribus sensitiuis, qbus impedimentū affertur p corporalem trāsmutationē. Sed p intelligibilē motū rōnis pōt corrūpi habitus sciētię, ēt quantum ad ipsam radicē habitus. & similiter ēt pōt corrumpi habitus uirtutis: tñ quoddr̄, uirtutes esse permanentiores disciplinis, intelligendum est nō ex parte subiecti, uel cau sæ, sed ex parte actus: nam uirtutū usus est cōtinu' per totam uitam, non autem usus disciplinarum.

D. 700

ARTICVLVS II.

Vtrum habitus possit diminui. *Med. ar. 2.*

174 *Perfecta per totum*

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr̄ q habitus diminui non possit. Habitus enim est quędam qualitas, & forma simplex: simplex autem aut totum habetur, aut totū amittitur. ergo habitus etsi corrumpi possit, diminui non potest.

¶ 2 Præt. Oē qd̄ conuenit accidenti, cōuenit eidem sm se, uel ratione sui subiecti: habitus aūt sm seipsum non intenditur, & remittitur, alioquin sequeretur q aliqua spēs de suis indiuiduis prædicaretur sm magis & minus. si igitur sm participationē subiecti diminui possit, sequeretur q aliquid accidat habitui proprium, quod non sit cōe ei, & subiecto cuicunq; autem formę conuenit aliquid propriū pter suum subiectum, illa forma est separabilis, ut dicitur in primo* de anima. sequitur ergo quòd habitus sit forma separabilis: quod est impossibile.

Tex. 13. tom. 2.

¶ 3 Præt. Rō, & natura habitus, sicut, & cuiuslibet accidentis, consistit in cōcretione ad subiectū: uñ & quodlibet accidēs diffinitur p suū subiectū. si igitur habitus sm seipsum nō intendit̄, neq; remittit̄ neque etiam sm concretionem sui ad subiectum diminui poterit: & ita nullo modo diminuetur.

SED CONTRA est, q ꝯtraria nata sunt fieri circa idē: augmētū aūt, & diminutio sunt cōtraria. cū igitur habitus possit augeri, vr̄ q ēt possit diminui.

RESP. Dicendū, q habitus dupliciter diminuūtur sicut, & augentur,* ut ex * supradictis patet. Et sicut ex eadem causa augentur, ex qua generātur: ita ex eadem causa diminuūtur, ex qua corrūpūtur. Nam diminutio habitus est quædam uia ad corruptionem, sicut econuerso, generatio habitus est quoddam fundamentum augmenti ipsius.

concl. *Q. 52. ar. 1.*

AD PRIMVM ergo dicendū, q habitus sm se cōsideratus, est forma simplex, & sm hoc nō accidit ei diminutio, sed sm diuersū modū participādi, q puenit ex indeterminatiōe potētię ipsius participātis, quæ s. diuersimode pōt unā formā participare, uel, quæ potest ad plura, uel ad pauciora extendi.

AD 2m dicendum, q rō illa procederet, si ipsa essentia habitus nullo mō diminueretur: hoc aūt nō ponimus, sed q qdā diminutio essentiæ habitus nō habet principium ab habitu, sed à participante.

AD 3m dicendum, q quocunque modo significetur accidens, habet dependentiam ad subiectū sm suam rōnem, aliter tñ & aliter. Nā accidens significatum in abstracto importat habitudinē ad subiectū, q incipit ab accidente, & terminat̄ ad subiectū, na albedo dr̄, qua aliqd est album: & iō in diffinitione accidentis abstracti nō ponit̄ subiectū quasi prima pars diffinitionis, q est genus, sed quasi secunda, q est differentia. dicimus enim q simitas est curuitas nasi, sed in concretis incipit habitudo à subiecto, & terminatur ad accidens. dr̄ enim albū qd̄ habet albedinem, pp quod in diffinitione hmōi accidentis ponitur subiectum tanquam genus, quod ē prima pars diffinitionis: dicimus enim q simum est nasus curuus. Sic igitur id, quod conuenit accidentibus ex parte subiecti, non autem ex ipsa rōne accidentis, non attribuitur accidenti in abstracto, sed in concreto: & huiusmodi est intensio, & remissio in quibusdam accidentibus. unde albedo non dicit̄ magis, & minus, sed album. & eadem ratio est in habitibus, & alijs qualitatibus, nisi q quidam habitus augentur, vel diminuuntur per quandam additionem, vt ex * supradictis patet.

Q. 52. ar. 2.

ARTI-

ARTICVLVS III.

Vtrum habitus corrumpatur, vel diminuatur per solam cessationem ab opere. *Med. ar. 3.*

275 *Porrecta per totum.* 2.1.q.24. art.10. Et 1.d.17.q.2.art.5. corp. *q.49. ar. 2.

AD TERTIVM sic proceditur. Vr ꝙ habitus nõ corrumpatur, aut diminuatur per solam cessationem ab opere. Habitus enim permanentiores sunt, q̄ passibiles qualitates, vt ex *supradictis appa ret: sed passibiles qualitates non corrumpuntur, neque diminuuntur per hcessatione ab actu. nõ enim albedo diminuitur, si uisum non immutet, neq; calor si non calefaciat. ergo neque habitus diminuuntur, vel corrumpuntur per cessationem ab actu.

¶ 2 Præt. Corruptio, & diminutio sunt quædam mutationes: sed nihil mutat absq; aliqua cā mouente. cum igitur cessatio ab actu non importet aliquam cām hmouentem, non uidetur ꝙ per cessationẽ ab actu possit esse diminutio, uel corruptio habitus.

¶ 3 Præt. Habitus scientiæ, & virtutis sunt in aīa intellectiua, hq̄ est supra tempus: ea uero, quæ sunt supra tẽpus, non corrumpuntur, neque diminuuntur per temporis diuturnitatem. ergo neque hmõi habitus corrumpuntur, vel diminuunt̃ p tẽporis diuturnitatẽ, si diu aliquis absq; exercitio permaneat.

*Ca. 2. nõ multũ a prin. t. 2. †Ca. 5. nõ longe a prin. t. 5.

SED CONTRA est, qđ * Philo. in li. de longitudine & breuitate uitæ dicit, ꝙ corruptio scientię nõ solum est deceptio, sed ẽt obliuio. & ẽt in 8. †Ethi. dicitur, quòd multas amicitias inappellatio dissoluit. & eadem ratione alij habitus uirtutum per cessationem ab actu diminuuntur, uel tolluntur.

*Tex. 27. tom. 2.

RESP. Dicẽdũ, ꝙ sicut dr̃ in 8. *Phys. Aliquid põt esse mouẽs dupliciter. Vno mõ, p se, ꝙ. s. mouet ẽm rõnẽ propriæ formę, sicut ignis calefacit. Alio mõ p accidens sicut id, qđ remouet prohibens, & hoc mõ cessatio ab actu cāt corruptionẽ, uel diminutionẽ habituũ, inquantũ. s. remouet̃ actus, q prohibebat cās corrũpentes, uel diminuentes habitũ. Dictũ est enim, ꝙ habitus p se corrũpuntur, uel diminuuntur ex ↄtrario agẽte. vñ quorumcunq; habituũ cõtraria subcrescunt p tẽporis tractũ, q oportet subtrahi p actũ ab habitu procedentẽ, hmõi habitus diminuunt̃, vel ẽt tollunt̃ totaliter p diuturnã cessationem ab actu, n vt patet ẽt in scientia, & in virtute. Manifestũ est. n. ꝙ habitus virtutis moralis facit hoiem promptũ ad eligendũ mediũ in operationibus, & passionibus: cũ aũt aliqs nõ utit̃ habitu virtutis ad moderandas passiones, uel operationes proprias, necesse est ꝙ proueniant multæ passiones, & operatiões pter modũ uirtutis ex inclinatione appetit' sensitiui, & aliorũ, q̇ exterius mouẽt vñ corrũpit̃ uirtus, uel diminuit̃ p cessationẽ ab actu. Similiter ẽt est ex parte habituũ intellectualiũ, ẽm quos est hõ promptus ad recte iudicãdũ de imaginatis. Cũ igitur hõ cessat ab usu intellectualis habit', insurgunt imaginationes extraneæ, & qñq; ad contrarium ducentes, ita ꝙ nisi per frequentem usum intellectualis habitus quodammodo succidantur, vel comprimantur, redditur homo minus aptus ad recte iudicandum, & qñque totaliter disponitur ad contrarium: & sic per cessationem ab actu diminuitur, vel etiam corrumpitur intellectualis habitus.

*Art. prec.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ita ẽt calor per cessationem à calefaciendo corrumperetur, si per hoc increlceret frigidũ, qđ est calidi corruptiuum.

AD 2m dicendum, quòd cessatio ab actu est mouens ad corruptionem, vel diminutionem, sicut remouens prohibens, * ut dictum est.

*In corp. art.

AD 3m dicendum, ꝙ pars intellectiua animæ ẽm se est supra tempus, sed pars sensitiua subiacet tempori: & ideo per temporis cursum transmutatur quantum ad passiones appetitiuæ partis, & ẽt quantum ad uires appręhensiuas. unde Philosophus dicit * in 4. Phys. ꝙ tempus est causa obliuionis.

*Tex. 117. & 118. t. 2.

QVAESTIO LIIII.

De distinctione habituum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandũ est de distinctione habituum. Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrũ multi habitus possint esse in una potentia.

¶ Secũdo, Vtrum habitus distinguantur secundum obiecta.

¶ Tertio, Vtrum habitus distinguantur ẽm bonũ, & malũ.

¶ Quarto, Vtrũ vnus habitus ex multis habitib. constituatur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum multi habitus possint esse in una potentia.

AD PRIMVM sic procedit̃. Videtur ꝙ non possint esse multi habitus in una potentia. Eorum. n. quæ h secundum idem distinguũtur, multiplicato uno multiplicatur, & aliud: sed secũdum idem potentiæ, & habitus distinguntur. s. secundum actus & obiecta. similiter ergo multiplicantur. non ergo possunt esse multi habitus in una potentia.

¶ 2 Præt. Potentia est uirtus quędã simplex: sed in uno subiecto h simplici non põt esse diuersitas accidentiũ, quia subiectum est cã accidentis: ab uno aũt simplici non videtur procedere nisi vnum. ergo in una potentia nõ possunt esse multi habitus.

¶ 3 Præt. h Sicut corpus formatur p figurã, h ita potentia format̃ per habitum: sed unum corpus non põt simul formari diuersis figuris. ergo neq; una potentia põt simul formari diuersis habitib. nõ ergo plures habitus possunt simul esse in una potentia.

SED CONTRA est, quod intellectus ẽ una potẽtia, in qua tñ sũt diuersarũ scientiarum habitus.

RESP. Dicendum, ꝙ sicut

SVPER Q. LIIII. ART. 1.

Med. art. 1.

IN 1. art. q. 54. aduerte Nouitie, ne fallaris in similitudine habitudinis materiæ ad formam atq; agens: & potentiæ ad habitum, atque obiectũ. Indocet enim, & tenet quantum ad determinationẽ, ad vnitatemque actus ab uno agente: sed nõ est extendẽda ad unitatẽ materiæ. nam oppositum intẽti sequeretur. s. ꝙ sicut in una materia nõ põt simile esse nisi una forma, sic oẽt in una potentia plures habitos. Similiter non est extendenda ad proportionem formę, & habitus quo ad simultatẽ, pp eandem causam: ubi esto cautus, vt proportionalis similitudo quo ad explicita tantum to litera intelligatur, & non falleris.

276 *Porrecta per totum.* 2.2.q.47. ar.5. cor. Et 3.d.33. q.1.art.1. q.1.cor. & d.35.q.2. ar.3.q.1. ad 3. Et ver. q.13. artic.2. ad 11. Et vir. q.1.ar.12. ad 4.

¶ In responsione ad primum eiusdem. 1. art. aduerte, ꝙ litera non dicit, quòd omnis diuersitas generica obiectorum cõstituat diuersitatem potentiarum, quoniam hoc manifeste est falsum. nam mathematica, & metaphysica, & naturalis, & moralis manifeste habent obiecta diuersorũ generum: de theologia quoque in principio primæ partis dicitur, ꝙ distinguitur genere à mathematica. & vere sic ẽ, quia distinguuntur genere scibilis: sed sat est huic literæ, ꝙ diuersitas aliqua obiectorũ generica constituat diuersitatem potentiarum. Ista. n. ratio to hoc stat, ꝙ diuersitas potentiarum est necessario generica: habituum

*q.49.ar.4. tam vero nō est necessario generica, sed specifica, ex hoc.n.patet, q multiplicatis habitib. non oportet multiplicare potentias, sicut nec multiplicatis spēbus, genera. Quæ aūt sic sūt distincta generica cōstituens diuersitatem potentiarum, & quæ nō, discutere alterius negotij est: & erit quæstiu specialis.

supra dictū est, habitus sunt dispositiones q̄dā alicuius in potētia existentis ad aliqd siue ad naturā, siue ad operationē, uel finē naturę. Et de illis qdē habitibus, q sunt dispositiōes ad naturā, manifestū est q possūt plures eē i uno subiecto, eo q vni* subiecti possūt diuersimode partes accipi, sm quarū dispositionē habitus dr̄: sicut si accipiantur humani corporis partes humores, prout disponunt sm naturā humanā, est ha G bitus uel dispositio sanitatis. Si uero accipiant partes similes, ut nerui, & ossa, & carnes, earū dispositio in ordine, ad naturā, est fortitudo, aut macies. Si vero accipiant mēbra, ut man*, & pes, & hmōi, earū dispositio naturæ cōueniēs, est pulchritudo: &

conclusio 1a pars. D.205. sic[m] sunt[d] plures habitus, uel dispositiōes i eodē. *

Si uero loquamur de habitib. q sūt dispositiones ad

conclusio 2a pars. opera, q ꝓprie ptinēt ad potētias, sic[m] ēt cōtingit vni* potētię esse habit* plures, *cui* rō ē: q subiectū habitus est potētia passiua, ut s. dictū est. Potē

*q.51.ar.2. tia.n.actiua tm̄ nō est alicuius habitus subiectū, ut ex supradictis patet. * Potētia aūt passiua cōparat H

q.51.ar.2. ad actū determinatū uni spēi, sicut materia ad formā: eo qd sicut materia determinat ad unā formā p vnū agēs, ita ēt potētia passiua à rōne uni* obiecti actiui determinat ad unū actū sm spēm. vñ sicut plura obiecta possunt mouere unā potētiā passiuā ita una potētia passiua pōt eē subiectū diuersorū actuū uel pfectionū scd̄m spēm. Habitus aūt sunt quædam qualitates, aut formæ inhærentes potētię quib. inclinat potētia ad determinatos actus scd̄m spēm: vñ ad unā potentiā possunt plures habitus pertinere, sicut, & plures actus specie differentes.

AD PRIMVM ergo dicendū, q sicut in reb. natura I

*Tex.26. & 11.t.3. lib. diuersitas spērū est scd̄m formā: diuersitas aūt generū est scd̄m materiā, ut dr̄ in 5 Met. *Ea.n.sunt diuersa generē, quorū ē materia diuersa: ita ēt diuersitas obiectorū scd̄m gen*, facit distinctionē potē

ta.3.post med. t.5. tiarū. Vñ Philos. dicit in 6. Eth. †qd ad ea, q̄ sūt gñe altera, sūt ēt aīæ particulę alię. Diuersitas uero obiectorū sm spēm, facit diuersitatē actuū sm spēm, & p ꝯñs habituū. Quęcūq; aūt sūt diuersa genere, sunt ēt spē diuersa, sed nō conuertit: & iō diuersa

D.1136. rū potētiarū[d] sunt diuersi actus spē, & diuersi habitus. nō aūt oportet q diuersi habitus sint diuersarū potētiarū, sed possunt esse plures unius: & sicut sūt K genera generū, & spēs spērum, ita etiam cōtingit esse diuersas species habituum, & potentiarum.

AD 2m dicendum, q potentia etsi sit quidem simplex secundum essentiam, est tamen multiplex uirtute, secundum quod ad multos actus specie differentes se extendit: & ideo nihil prohibet in una potentia esse multos habitus specie differentes.

AD 3m dicēdū, q corpus formaī p figurā sicut p ꝓpriā terminationē. habitus aūt nō est terminatio potētię, sed est dispositio ad actū, sicut ad ultimū terminū: & iō nō possent eē uni* potētię simul plu

D.50. res[d] actus, nisi forte scd̄m qd unus cōprehēdit sub

F alio: sicut nec unius corporis plures figuræ, nisi secundū qd una est in alia: sicut trigonum in tetragono. Non.n.potest intellectus simul multa actu intelligere, potest tamen simul habitu multa scire.

ARTICVLVS II.

Vtrum habitus distinguantur secundum obiecta.

AD SECVNDVM sic procedit. Vr̄ q habitus nō distinguātur scd̄m obiecta. Cōtraria.n. sunt h spē differentia: sed idē habitus sciētiæ est contrariorū, sicut medicina sani, & ægri. nō er G go secundum obiecta spē differentia habitus distinguuntur.

¶2 Pręt. Diuersę sciētię sūt diuersi habit*: sed idē scibile ptinet ad diuersas sciētias. sicut terrā eē rotūdā d̄mōstrat naturalis, & astrolog*, ut dr̄ in 2. Phys. *ergo habitus nō distinguunt sm obiecta.

¶3 Prǽt. Eiusdē act* ē idē obiectū: sed idē act* pōt ptinerē ad diuersos habit* uirtutū, si ad diuersos fines referat. sicut dare pecu H niā alicui, si sit pp Deū, ptinet ad charitatē: si uero sit pp debitū soluēdū, ptinet ad iustitiā. ergo ēt idē obiectū pt ad diuersos habit* ptinerē. ñ ergo ē diuersitas habituū sm diuersitatē obiectorū.

SED CONTRA. Actus differunt spē secundum diuersitatē obiectorū, ut supra dictum est: • sed habitus sunt dispositiones q̄dā ad actus. ergo ēt habitus distinguunt secundū diuersa obiecta.

I RESP. Dicēdū, q habitus, & ē forma q̄dā, & est habitus. Pōt[d] ergo distinctio habituū scd̄m spēm attēdi aut scd̄m cōem modū, quo formę spē distinguunt, aut scd̄m propriū modū distinctionis habituū. Distinguunt siquidē formæ adinuicē scd̄m diuersa principia actiua, eo q oē agēs facit simile scd̄m spēm, habit* aūt importat ordinē ad aliquid: oīa aūt, q̄ dñr scd̄m ordi- K nē ad aliquid, distinguuntur secundū distinctionem eorum, ad quæ dñr. Est aūt habitus dispositio quædam ad duo ordinata, s. ad naturā, & operationem cōsequentē naturā. Sic igitur[m] scd̄m tria, habitus specie distinguunt. Vno quidem mō, secundū principia actiua taliū dispositionū: alio uero modo, secundū naturā: tertio vero modo, secundum obiecta specie differentia, [n] ut per sequentia explicabitur.

SVPER Q. LIIII. ART. II.

Cap. prol. q. 3. con. 3. Med. ar. 2.

IN art. 2. dubiū occurrit ex Scoto in 3 q̄ne prologi primi sniarū, uerba huius articuli inducēte, puerse exposita nescio à se, uel ab altero. Acceptū est.n. ex hac lia, q ubi est idē scibile, puta, q terra est rotūda per Philosophiā naturalē & astrologiā, q ibi ñ sint distincti habitus, sed sunt distinctæ formę quia nō distinguunt p obiecta, sed p principia actiua In corpore namq; dr̄, q habitus inquantū formę, distinguunt per obiecta: & in rñsione ad scd̄m dr̄, q media sūt principia actiua Contra hāc sniam arguit dupliciter, Primo, q impossibile est aliqua indistincta esse scd̄m inferius ꝑhēsiū, & distincta scd̄m superius: forma aūt est superius ad habitū, ut patet. Scdo, quia hoc supponit, obiecta distinguere habitus in alio genere cāæ, q̄ effectiue, quod falsum est, si aliquo modo causant distinctionē habituum.

¶Ad hæc dr̄, q falsa est in primis interpretatio lrę. neq;.n. hoc somniauit diu* Thomas, sed intēdit, qd quia habitus, & formæ, & habitus sunt, vtraq; sortiri possūt distinctiua, s. propria formarum, & ꝓpria habituū, & non q cū distinctione illarum stet idistinctio horū. vñ in ꝓposito utraq; distinctiua cōcurrūt. s. actiuorū, & obiectorū formaliū. Terrā.n. esse rotundā, & est aliud obiectū formale, & p aliud mediū scitum est respectu astrologiæ, & philosophiæ naturalis, ut patet: nec opus est afferendo unum, afferre semp aliud: vnde

177 Porrecta per totum, Inf. ar. 3. cor. & q. 60. art. 1. cor. & q. 63. art. 4. cor. Et 5. Eth. le. 1. 5. & 2. de anima le. 6. fi.

*Tex. 17. tom. 2.

*q. 2. ar. 1. & q. 18.

D.693.

concl. m

de patet rñsio ad primū. Ad sc̄dm vero dr̄, q̄d obiectū ut obiectū, nō dicit tm̄ effectiuū, & ppterea nō prohibet quin distinguat aliter q̄ effectiue. & eueteia pŏt distinguere non solū effectiue, sed formaliter extrinsece tñ, & fine similiter habitus sunt de actibus, ut alias dictū est. Idē enim est iudicium.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ in distinctione potētiarū, uel ēt habituū, non est cōsiderandū ipsum obiectum materialiter, sed rō obiecti differēs specie, vel ēt genere: q̄uis aūt ꝯria specie differant diuersitate rerū, tñ eadē ratio est cognoscēdi utrunque. quia unū per aliud cognoscit. & ideo inquantū cōueniunt in vna ratione cognoscibilis pertinent ad unum habitū cognoscitiuū.

Ad 2m dicendū, ꝙ terrā esse rotundā per aliud mediū demonstrat naturalis, & ꝑ aliud astrologus. Astrologus.n. hoc demonstrat per media mathematica, sicut ꝑ figuras eclipsiū, uel ꝑ aliud hmōi. naturalis uero hoc demōstrat ꝑ mediū naturale, sicut ꝑ motū grauium ad mediū, uel ꝑ aliud hmōi. Tota aūt uirtus demonstrationis, quæ est syllogismus faciens scire, ut dr̄ in 1. Post. dependet ex medio: & iō diuersa media sunt sicut diuersa principia actiua, s̄m quæ habitus scientiarum diuersificantur.

Tex.5.t.1.

*li.1.Phy. tex 89 t.2 †li.7.Eth. c.8. a me. tom.5. *q.19. ar. 1.& 2.

Ad 3m dicendū, ꝙ sicut Philoso. dicit in 2. Phys.* & in 7. Ethic.† ita se hēt finis in operabilibus, sicut principiū in demonstratiuis. & iō diuersitas finium C diuersificat uirtutes, sicut & diuersitas actiuorum principiorū. sūt ēt ipsi fines obiecta actuū iteriorū q̄ maxime ꝑtinent ad uirtutes, ut ex s̄. dictis patet.

SVPER Q. LIIII. ART. III.

Medina ar.3.

278 *Porrecta per totum.* *art.2.ad 1.

In art.3. nota quòd apud authorē hic non d ꝙ impossibile est, ꝙ idē habitus transeat de bono in malū, aut econuerso: sed ꝙ impossibile ē, ꝙ sit bonus, & malus, eo q̄d sunt bonus & malus diuersarū specierum, & contrarij impossibile est.n. cōtraria esse simul in eodē indiuiduo. Et hoc bene nota prō sequentibus.

ARTICVLVS III.

Vtrum habitus distinguantur secundum bonum, & malum.

Ad tertivm sic proceditur. Videt ꝙ habitus nō distinguant s̄m bonū, & malū. Bonū .n. & malū sunt ꝯria: sed idē habitus est b contrariorū, ut sup. habitū est. †ergo habitus nō distinguntur s̄m bonum, & malum. D

¶2 Præt. Bonū conuertitur cum ente, & sic cū sit cōe b oībus, nō pŏt sumi ut dr̄ia alicui* speciei, ut patet per Philosophū in 4. Topi.* similiter ēt malū cum sit priuatio, & nō ens, nō pŏt esse alicuius entis dr̄ia. nō ergo s̄m bonū, & malū pñt habit⁹ specie distingui.

*li.4. non multū remote a princ.

¶3 Præt. h Circa idē obiectū cōtingit esse diuersos habitus malo, sicut circa cōcupiscentias, intemperantiā, & insensibilitatē: & similiter ēt plures habitus bonos. s. uirtutem humanā, & uirtutē heroicā, siue diuinā, ut patet ꝑ Philos. in 7. Ethic.* non ergo distinguuntur habitus secundum bonū, & malum.

*cap.1.circa princ. tom.5.

Sed contra est, ꝙ habitus bon⁹ ꝯriatur habitui malo, sicut uirtus uitio. sed ꝯria sūt diuersa s̄m speciē. ergo habitus differūt spē s̄m dr̄iā boni, & mali.

Respon. Dicendū, ꝙ sicut dictum est,* Habitus specie distinguuntur non solū s̄m obiecta, & principia actiua: sed ēt in ordine ad naturā. quod quidē contingit dupliciter. Vno modo s̄m conuenientiā ad naturā, uel ēt sc̄dm disconuenientiam ab ipsa: & hoc mō distinguunt specie habitus bonus, &

*ar. præc.

A malus. nā habitus bonus dr̄, q̄ disponit ad actū conuenientē naturæ agentis: habitus aūt malus dr̄, qui disponit ad actū non ꝯuenientē naturæ. sicut actus uirtutū naturæ humanæ conueniunt, eo, q̄d sunt s̄m rōnē: actus uero uitiorū cū sint ꝯ rōnem, à natura humana discordant: & sic manifestū est, quod s̄m dr̄iā boni, & mali, habitus specie distinguunt*. concl. [m]

Alio mō s̄m naturam habitus distinguunt ex eo, ꝙ habitus unus disponit ad actū conuenientē naturę inferiori: alius aūt habitus disponit ad actū conuenientē naturę superiori. & sic uirtus humana, quæ disponit ad actum conuenientē naturę humanæ, B distinguit à diuina uirtute, uel heroica, q̄ disponit ad actum conuenientem cuidā superiori naturæ.

Ad primvm ergo dicendū, ꝙ cōtrariorū pŏt esse unus habitus s̄m ꝙ cōtraria ꝯueniunt in una rōne: nunquā tñ contingit, ꝙ habitus contrarij sint uni⁹ speciei. Cōtrarietas.n. habituū est s̄m cōtrarias rōnes: & ita s̄m bonū, & malū habitus distinguuntur, scilicet inq̄tū unus habitus est bonus, & alius mal⁹, nō aūt ex hoc q̄d unus est boni, & alius est mali.

Ad 2m dicendū, ꝙ bonū d cōe omni enti non est differentia cōstituens speciem alicuius habitus, sed quoddam bonū determinatum, quod est sc̄dm conuenientiam ad determinatam naturam. s. humanā: similiter etiam malum, quod est differentia constitutiua habitus, non est priuatio pura, sed est aliq̄d determinatum repugnans determinatæ naturæ. D.970.

Ad 3m dicendū, ꝙ plures habitus boni circa idē specie distinguuntur sc̄dm conuenientiā ad diuersas naturas: ut dictum est.* plures uero habitus mali distinguuntur circa idem agendū sc̄dm diuersas repugnātias ad id, q̄d est sc̄dm naturā: sicut uni uirtuti cōtrariant diuersa uitia circa eandem materiā. *In corp. art.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum unus habitus ex multis habitibus constituatur.

Ad qvartvm sic proceditur. Vr̄ ꝙ unus habitus ex pluribus habitibus cōstituat. Illud .n. cuius generatio nō simul ꝑficit, sed successiue, vr̄ cōstitui ex h pluribus partibus: sed gñatio habitus nō est simul, sed successiue ex pluribus actibus, ut sup. habitū est.* ergo unus habitus constituit ex pluribus habitib⁹.

¶2 Præt. Ex h partibus ꝯstituitur totū: sed uni habitui assignantur multæ partes, sicut Tulli⁹ *ponit E multas partes fortitudinis, & tēperantiæ, & aliarū uirtutū. ergo unus habit⁹ ꝯstituit ex plurib⁹.

¶3 Præt. De una sola cōclusione pŏt scientia haberi actu, & h habitu: sed multę cōclusiones ptinēt ad unā sciētiā totā, sicut ad geometriā, uel arithmeticā. ergo vnus habitus cōstituit ex multis.

Sed contra Habitus cū sit

SVPER Q. LIIII. ART. IIII.

Cap.1.d.3.con.1. *Medina art.4.*

279 *Porrecta per totum.* Sup.q.51. ar.2 ad 1.

In artic.4. dubium primo occurrit ex Scoto in prologo primi sententiarum, in assignatiōe primi subiecti habitus, ubi conatur soluere hāc rationem tactam hic in litera. Quod sicut potētia una ad multa se extendit propter unitatem obiecti, ita habitus: inquit .n. Scotus, quòd proportiones obiecti ad potentiam, & obiecti ad habitum, sunt diuersæ. nam illa est actiui ad passiuum: ista est causæ ad effectum modo ita est, quòd in quodcunq; passum potest aliquod agens potest omne eiusdem rōnis agens. Prima igitur extrema ꝓpositionis actiui ad passiuum sunt communia ad omnia per se extrema

*q.51 a.1.

*lib 2 de inuētiōe in fol.4. ante finē lib.

illius proportionis. nam inter illa communissima est adæquatio: quia in quocunque est ratio unius, respicit quodcunque in quo est ratio alterius: sed prima extrema causæ, & effectus non sunt communissima, quia inter illa non est adæquatio: non enim sequitur: si commune potest causare habitum, quod speciale possit.

qualitas quædam, est forma simplex: sed nullum simplex constituitur ex pluribus. ergo unus habitus non constituitur ex pluribus habitibus.

RESP. Dicendum, quod habitus ad operationem ordinatus, de quo nunc principaliter intendimus, est perfectio quædam potentiæ: omnis autem perfectio proportionatur suo perfectibili. Unde sicut potentia cum sit una, ad multa se extendit secundum quod conveniunt in uno aliquo, idest, in generali quadam ratione obiecti: ita et habitus ad multa se extendit secundum quod habet ordinem ad aliquod unum,

¶ Ad hoc dico, quod miror valde de hoc viro. constat enim clarissime, quod proportiones istæ currunt quoad adæquationem, & quæcunque nominata pari passu. quia eisdem ratione activum, & passivum sic se habent, eadem ratione causa, & effectus. Quemcunque namque effectum potest causare aliqua causa, potest eiusdem rationis causa producere, & econverso: & non minus speciala, in quo salvatur ratio communis, potest producere effectum illius communis quam possit agere in passivum illius rationis. Non video quomodo sit intelligibile, cum activum respondeat effectui, & passivum, & per hoc respondeat patienti, quia agit in eo suum effectum, quod extrema proportionis activi ad passivum adæquentur, & activi & effectus non. Stat ergo solida ratio literæ, quæ quia perfectio proportionatur perfectibili &c.

G

¶ In eodem 4. artic. dubium tritum occurrit de habitu scientiæ, quod tangitur in responsione ad tertium, quo salvatur, quod sit una qualitas simplex. & est quæstio ista, & cum extraneis, & cum Thomistis. Cum Thomistis quidem: quia quidam eorum attribuunt S. Tho. quod putaverit habitum scientiæ esse ordinatas species intelligibiles ad unam formalem rationem obiecti scibilis. Quidam autem dicunt simplicem qualitatem esse habilitatem ad usum illarum specierum. Cum aliis vero, dum non afferunt habitum scientificum unum secundum speciem, & simplicem, extendere se ad tot rerum naturas, quot in una scientia tractari contingit. Thomistæ igitur sentientes habitum scientificum esse species ordinatas &c. super authoritatibus S. Tho. se fundant: quarum præcipuæ sunt ex hoc lib. tres. Prima est ex quæst. 52. artic. 2. ubi author vult, quod scientia augetur secundum se per additionem: ex qua arguitur sic. Scientia secundum se augetur per additionem. ergo ipsi secundum se aliquid additur: sed non nisi nova species intelligibilis. ergo species intelligibilis spectat ad habitualem scientiam in seipsa. Secunda est ex q. 65. art. 1. ad primum ubi vult, quod Geometra modico studio acquirit scientiam conclusionis, quam nunquam consideravit &c. Ex hoc arguitur, quod aliquid novum acquiritur modico studio. Tertia est ex q. 67. artic. 2. ubi vult, quod species intelligibiles se habent ad scientiam ut formales. phantasmata autem ut materialia. Ex hoc arguitur. ergo scientia formaliter est ipsa species intelligibilis. Ex tertia parte affertur art. 2. q. 12. ubi author expresse vult scientiam augeri per successivam generationem specierum intelligibilium. Et vocat hoc augmentum secundum essentiam ipsius habitus scientiæ &c. ex quæstione de veritate. quæst. 8 art. 16. ad 4. ubi dicit, quod una tota scientia comprehendit sub se diversas scientias particulares, quibus conclusiones diversæ cognoscuntur. Et in quæst. 14. art. 4. ad 8. ubi dicit, quod ordinatio aliqualis specierum intelligibilium facit habitum. Et in quæst. 10. art. 2. approbat viam dicentium, quod species conservantur in intellectu, quarum ordinatio est habitus scientiæ. Ex tertio quoque sententiarum dist. 14. art. 3. quæst. 4. ubi vult, quod scientia infusa animæ Christi, sit unus habitus, & tamen multæ species.

H

¶ Aliorum autem occurrit in primis Aureolus, deinde Gregorius de Arimino in prologo primi sententiarum quæst. 3. art. 1. pluribus rationibus. Primo ex parte operationis, quia sequeretur, quod habens habitum scientificum primæ conclusionis in geometria, posset exire in actum sciendi cæteras geometriæ conclusiones, quas nunquam consideravit: hoc est falsum. ergo. Probatur sequela: quia habitus scientiæ primæ conclusionis per se, & habitus omnium reliquarum, sunt eiusdem rationis specialissimæ, licet differant secundum perfectum, & imperfectum. Constat autem, quod in quemcunque actum potest aliqua forma, potest quælibet eiusdem rationis specialissimæ. Nec valet, inquit Gregor. si dicatur quod ista maxima tenet solum in formis eiusdem rationis, & æque perfectis: quia differentia secundum perfectum, & imperfectum non tollit, aut dat substantiam actionis: sed variat actionem etiam secundum perfectum, & imperfectum. minimus enim calor potest calefacere, & exiccare, quamvis non ita perfecte sicut intensus calor. Et confirmatur authoritate Averrois primo cœli. commen. 19. & in 3. cœli commen. 92. expresse dicentis, quod ubi est eadem forma, est eadem actio secundum speciem, licet magis vel minus perfecta.

Secundo, ex parte generationis: quia habitus habentes diversas generationes, corruptiones, intensiones, & remissiones, sunt diversi: sed respectu primæ conclusionis geometriæ, & centesimæ, habitus scientifici sunt huiusmodi. ergo minor quoad intensionem, & remissionem est clara: quoad corruptionem patet ex oblivione centesimæ demonstrationis, seu medii stante prima. & sic patet, quod oportebit generationem alia fieri. Tertio ex parte augmentationis. Habitus geometriæ per vos dupliciter augetur, scilicet, per actus frequentatos circa eandem conclusionem, & per actus circa diversas successive conclusiones. Aut ergo hoc duplici augmentationis modo acquiritur diversa secundum speciem entitas absoluta in illo habitu, aut eadem: si diversa, ergo habitus ille non est simplex qualitas. si eadem: ergo sive hoc, sive illo modo generetur, ad idem intendatur: sicut quia calor eiusdem rationis rem suscipit quomodocunque intendatur; ideo sive a sole, sive ab igne intendatur, illud est potest intensus, & tunc sequitur, & quod frequentans actus circa primam conclusionem, acquirat, seu formet notitiam centesimæ: & quod demonstrans centesimam conclusionem, intendat notitiam primæ. Quarto, ex parte oppositorum, quia scientia primæ conclusionis non opponitur ignorantiæ etiam pravæ dispositionis tam actualis, quam habitualis centesimæ, quia stant simul in eodem, ut patet. ergo non est eadem simplex qualitas habitus utriusque. Patet sequela, quia eadem qualitates secundum speciem habent eandem qualitatem secundum speciem contrariam &c.

¶ Ad evidentiam huius difficultatis, quam Thomistæ multi fugere videntur, dicentes D. Thomam modo declinare in unam, modo in alteram opinionem, etiam in hac prima secundæ, & magis declinare in opinionem dicentem, habitum scientiæ esse ordinatas species: iterum quod sententia divi Tho. est, quod habitus scientiæ est simplex qualitas extendens se ad omnes conclusiones spectantes ad eandem rationem specialissimam sub hoc genere, quod est scibile. ubi quatuor videnda sunt. primo, quod habitus scientiæ est simplex qualitas. Secundo, quomodo se habet ad istas diversas conclusiones. Tertio, quomodo se habet ad species intelligibiles, & diversitatem earum. Quarto, quid dicendum obiectis in oppositum.

¶ Quoad primum, supponendo pro nunc dari, & conservari species intelligibiles in intellectu, & unitatem specificam scientiæ attendi penes unitatem specificam scibilis, non inquantum est in hoc, vel in illo genere substantiæ, vel quantitatis, sed inquantum est in genere scibilis, quorum utrunque in doctrina authoris est indubitatum: oportet concedere, quod aliqua una habitualis scientia secundum speciem, puta geometria, duas res ponat in intellectu nostro. prima est species intelligibiles linearum, angulorum, figurarum &c. secunda est habilitas ad prompte, faciliter, delectabiliterque considerandum conclusiones scitas in geometria. Quod enim oportet ponere species intelligibiles ordinatas ad unam, & eandem rationem formalem talis scibilis, patet ex eo, quod plura secundum speciem non concurrunt ad unum secundum speciem, nisi aliquo modo ordinata ad illud unum, ut patet in pluralitate heterogeneorum tam in naturalibus, quam artificialibus. Quomodo enim species intelligibiles subiecti, puta lunæ, & species accidentis, puta eclipsis, & species causæ mediæ, puta interpositæ terræ &c. in unum secundum speciem actum sciendi convenient, nisi aliquo modo ordinatæ: & rursus quomodo tot species, tot rerum contentarum sub una specie scibilis ut sic, convenient nisi ordinatæ: ubi enim pluralitas sine ordine, ibi confusio. Quod autem exigatur habilitas aliqua ad utendum prompte, faciliter &c. speciebus istis sic ordinatis, ex hoc ipso patet, quod intellectus cum sit secundum se sicut tabula rasa, non est secundum se ordinatus ad usum talem talium sic ordinatorum ad scibile unum: sed oportet per aliquam sibi additam qualitatem respicientem per se primo illud scibile, determinari ad prompte, faciliter, & delectabiliter utendum quibuscunque speciebus, & actibus in ordine ad illud. hanc autem qualitatem, habilitatem esse constat unam iuxta unitatem sui obiecti, ac per hoc unius speciei specialissimæ, & consequenter qualitatem simplicem, cum species sit qualitatis. His autem duobus in intellectu concurrentibus profecto secundum aliquam scientiam, videndum restat, quid horum non habitus, sed habitus talis, scilicet, scientiæ humanæ, quæ est habitus per demonstrationem acquisitus, rationem essentialiter habet. Notanter autem dixi, non habitus,

I

K

bitus quia constat q species intelligibiles apud S. Tho. sunt habitus intellectuales: & similiter dixi scientiæ humanæ, quia constat in angelis habitus scientiæ nō esse nisi spēs intelligibiles. & si aduertere ad hæc duo, fuit forte occasio erroris aliquib. Quòd uerò scientia de qua loquimur, nō sit essentialiter plures species intelligibiles ordinatas, sed simplex qualitas, manifestū est ex hoc, q habitus scientificus est essentialiter in prima specie qualitatis, ut una eius species specialissima. Cōstat nanq; q nulla spēs qualitatis est composita ex plurib. qualitatib. diuersarū specierū, quales sunt species intelligibiles. ergo uel scientiæ habitū negent esse speciē aliquam essentialiter in genere qualitatis, ponendo ipsam esse unam ordine sicut exercitum, & in genere relationis formale, & materiale solum in genere qualitatis, q repugnat toti doctrinæ huius tractatus: uel concedant ipsam non esse formaliter species ordinatas, sed qualitatem simplicem ad utendum illis. Putandum est igitur, q in una scientia, puta Metaphysica, inuenit intellectus in illa perfectus sic dispositus, quod habet species intelligibiles elementorum mistorum, plantarum, animalium, hominum, quāt, qualit, relationis, motus &c. bene dispositas, quæ tenus repræsentant gradus Metaphysicales, idest, spectantes ad ens inquantum ens, & quòd habet qualitatem quandam determinantem ipsum non solum ad utendum, sed ponendum, & ordinandum species in tali ordine: & hæc qualitas est essentialiter habitus scientiæ qui dat formaliter intellectui facultatem faciendi hmōi dispositionē in specieb. & utendi illis prompte, faciliter, & delectabiliter. Et hoc hēt ex hoc, q p se primo respicit rōnē formalē obiecti scibilis specificātē, & unitatē specificā præbentē ipsi. primū.n. in unoquoq; est cā cæterorum: unde qđ aliæ spēs ad illud unum ordinent, ex habitu hēt, cui per se primo conuenit ad illud unū ordinari, & non econuerso: hoc de primo.

¶Quo ad scdm scito, q, ut patet ex 5. Metaph. & superius allegatum est, de rōne habitus est, q habens ipsum, sit partibile secdm locum, potentiam, uel speciem: & ut Simplicius superius allegatus dixit, scientia imperfecta à scientia perfecta differt in hoc, q illa est, habentis partes in potentia, ista est habentis partes secundum speciem. Ex his aūt hoc solum pro nunc accipito, q habitus scientiæ comparatus ad diuersa scire diuersarum conclusionum ut ad partes, in potentia quidem qñ est imperfectus, in actu uero quando est perfectus. Quod ut plenius intelligas, cogita, q in intellectu in quo oritur geometria, est potentia ad scire primam conclusionem, & potentia ad scire secundam, & potentia ad scire tertiam: & sic de aliis: Et quòd habitus scientiæ incipiens perficit intellectum secundum primam potentiam, deinde per secundam demonstrationem extenditur ad perficiendum intellectum secundum secundam potentiam, & per tertiā extenditur ad perficiendum scdm tertiam, & sic deinceps, nec refert si omnes istæ potentiæ sunt multæ partiales potentiæ, aut sint una: quia si ponatur una sola potentia scire omnium conclusionum, illa potentia una formaliter, & multa æquiualenter eidem habitui subiicitur paulatim, ac si essent multæ potentiæ, quib. æquiualet. Si uero ponantur multæ partiales, una habitus scientiæ habebit pro partib. subiecti non solum actus multos sciendi, sed potentias ad illos. Quomodolibet ergo ponatur referendum est ad habitus scientiæ comparatæ ad scire diuersarum conclusionum, & potentias siue distinctas, siue non ad illa scire, ut ad partes habentis ipsum. Et ex hoc manifestatur augmentum scientiæ extensiuum, quod author uocat per additionem. Ex hoc enim quod intellectus, ut est in potentia ad secundam conclusionem, non remanet interminatus, sed subiicitur illi qualitati simplici respicienti obiectum primum, extenditur habitus ad occupandum nō partem loci, sed partem potentiæ, quam prius non actuabat. & hoc bene nota, quoniam his soluētur obiecta. Hoc de secundo.

¶Quo ad tertium, scito quòd habitus scientificus quatuor habitudines habet ad species intelligibiles ordinatas. Prima est effectus ad causam: secunda causæ ad effectum: tertia complementi ad inchoationem: quarta totius ad partes nō essentiales, nec integrales, sed possibiles: Et pro manifestatione primarum duarū recolere oportet, q sicut in scientia est duplex ordo, primus est partium unius, & eiusdem demonstrationis, secūdus diuersarū demonstrationum inter se: ita est duplex collectio ordinata specierum intelligibilium. Prima est specierum facientium unam demonstrationē: secunda est specierum facientium scdam demonstrationem cū specieb. facientib. primā, & sic deinceps. Prima collectio est cā habitus scientifici: quia est cā ipsius actualis scire, qđ est effectus demonstrationis, qđ est cā ipsius habit⁹ scientifici: habitus.n. sciendi ex actu sciendi generatur. Et scito, q nō solum collectio specierum pro prima demonstratione est cā scientifici habitus sed singulæ collectiones pro singulis succedētib. demonstrationibus sunt causæ ipsius habitus, diuersimode tamen: quia prima est cā generatiua, aliæ uero sūt causæ augmētatiuæ augmento extensiuo: siquidem prima demōstratio facit habitū, subsequentes autem extendunt illum. Secunda uero collectio quo ad unitatem ordinis, est effectus ipsius habitus, quia intellectus adepto iam habitu, & determinatus iam ad obiectum scibile tale, efficitur potens ad ordinandum alias species ad acquisitā rōnem talis obiecti. Et sicut prima demonstratio in scientia una est principiū secundæ, ita proportionaliter habitus acquisitus prima demonstratione inchoat scire actuale secundæ conclusionis, adunando ad adunandum, & ordinandum species pro scda demōstratione, & sic deinceps: & hoc, ut dictum est, quia p se primò respicit formale obiectum. Tertia aūt habitudo patet ex eo, q cum obiectum proprium habitus sit & obiectum, licet partiale potentiæ, & scibile, puta unitas, siue numerus in arithmetica, obiicitur prius ordine generationis intellectui primam demonstrationem formanti per ordinatā illius demonstrationis species, quàm habitui, qui sequitur in intellectu ex scire facto per demonstrationem: sed potentiæ intellectus ad talem obiectum ut scibile, non nisi inchoatiue determinatur per hmōi species ordinatas, quia non nisi ut ordinantur ad scientiam illius obiecti: unde completiue determinatur per habitum, quo tamen intellectus non ut in uia, quemadmodum per species ordinatas, sed ut in termino: nec per modum passionis transeuntis, quemadmodum per actum sciendi, sed firmiter, & quasi immobiliter patet obiectū illud scibile ut sic. Quarta uero habitudo patet ex pcedenti, & ex repræsentatione specierum, & ex potentiis antedictis, & ex act. h. sciendi diuersas conclusiones, & retro grado ordine procedendo, si actus diuersi sciendi diuersas conclusiones in una scientia sunt uelut partes habentis habitus, & diuersæ species diuersos hmōi actus ordinantes, ut patet, consequens est, ut ipsæquoque species in partium coordinationem cadant. Idem quoq; sequitur ex eo, q ad perficiendum potentiam intellectus respectu huius conclusionis, aliæ species ordinantur ab illis, quæ ordinantur ad perficiendum potentiam respectu alterius conclusionis eiusdem scientiæ, & scibilis formaliter: cum & nostra scientia duo exigat, assimilationem intellectus ad res, de quibus est scientia, & determinationem intellectus ad componendum, diuidendum, discurrendumq; inter hmōi res, & primum fiat per species intelligibiles: secundum aūt per illam qualitatem, habilitatem, intellectum ad tale scibile & constet quòd primum ordinatur ad secundum, in quo cōsummatur scientia, consequens est q species intelligibiles repræsentando ea de quib. est scientia, clandantur sub scientia tanquàm secundaria sub principali, ac per hoc scientia per seipsam habet actum componendi &c. per species uero habet actum repræsentandi: sicut prudentia per seipsam præcipit, & p eubuliam consiliatur. Cum igitur determinatio intellectus ad scibile plura exigat, & in specieb. intelligibilib. ordinatis inchoatiue sit & in qualitate illa simplici consummetur, consequens est, quòd species intelligibiles tanquàm partes potentiales scientiæ sint, uigilandumq; sit, cum de attributis conditionibus, seu actibus scientiæ est sermo, quid, ei rōne sui immediate, & quid mediate parte potentiali, quid simpliciter, & quid secundum partem. Hæc de tertio.

¶Quoad quartum, Prima authoritas S. Tho. nihil penitus obstat, quia augmentum per additionem ibi uocatur augmentum extensiuum, ut expresse ipsemet se declarat inferius in q. 66. ar. 2. ubi repetita distinctione de augmento formæ scdm seipsam, & ex parte subiecti participantis, dicit, quòd magnitudo, uel paruitas formæ secundum seipsam attenditur secundum ea, ad q se extendit. & quia scientia modo ad pauciora, modo ad plura se extendit, nō sic suscipit augmentum. Virtus autem moralis quia ad omnia oportet q se extendat, ideo non sic augetur. unde ex hoc quòd author dicit ipsam augeri per additionem, nihil aliud habetur, nisi q augetur extensiue, quia ad plura continue se extendit. ex hoc uero, q dicit secundum seipsam sic augeri,

Marginal note: q. 52. ar. 1. & 2.

puta, ad unā specialē rōnē obiecti, uel unā naturā, uel unū principiū, ut ex supra dictis patet. Si igitur cōsideremus habitum scdm ea, ad q se extendit, sic inueniemus in eo quandam multiplicitatem. Sed quia illa multiplicitas est ordinata ad aliqd unū, ad qđ principaliter respicit habitus, inde est q prædictus habit⁹ est qualitas simplex non constituta ex plurib. habitib. et si ad multa se extendat. Non.n. unus habitus se extendit ad multa, nisi in ordine ad unum ex quo hēt unitatē.

Ad primum ergo dicēdum,

geri, nō habetur, q in ipsa sua essentia fiat additio: sed q ex ipsa eius specifica rōne habet q sic augeatur, ut in illa q. 52. declaratum est. Sedā uero authoritas ex quæst. 61. inferius, cum exemplariter ab authore inducatur, intelligēda proculdubio est iuxta sensum è seipso datū, ubi ex ꝓposito superi⁹ hoc declarauit, .s. q. 54. art. 4. ad tertiū. Inuadit ergo de acquisitione non termināte generationē sciētiæ, sed terminā-te augmentationem eiusdē: ita quòd geometria medico studio acquirit demonstratione augmentā-te scientiam, notitiā conclusionis, quā nūquam considerauit.

q successio in generatione habitus nō cōtingit ex hoc, q pars eius generetur post partem, sed ex eo, q subiectum non statim consequitur dispōnem firmam, & difficile mobilem, & ex eo, q primo imperfecte incipit esse in subiecto, & paulatim perficitur: G sicut etiā est de alijs qualitatib.

Ad 2m dicendum, q partes, q̄ singulis uirtutib. cardinalib. assignantur, non sunt partes integrales ex quib. constituatur totum: sed partes subiectiuæ, siue potentiales, ut infra patebit *.

Ad 3m dicendum, q ille, q in

hoc enim est acquirere scientiā nouæ conclusionis, quāmuis nō sit acquirere scientiā illam simpliciter, idest, acquirit illam inquantum est scientia illius conclusionis, quam nunquam considerauit, quāmuis non acquirat illā scientiam simpliciter. Tertia quoq. authoritas ex quæst. 66. inferius, non obstat: quia, ut ex dictis patet, species intelligibiles sunt principia actuum, ex q bus fiunt uirtutes intellectuales, ac per hoc dicuntur formales in uirtutibus intellectualibus, cum quo potest stare, quòd non sunt ipsæ essentiæ uirtutum intellectualium. pōt, & aliter exponi illa authoritas, ubi dicetur. sed hoc hic sufficit. Ex his autem clare liquet, quòd author in hoc opere non declinat mō in hāc mō in illam uiam: sed firmiter tenet, q est simplex qualitas. Ad authoritatem uero ex tertia parte, q. 12. allatam dicendum est in primis, q labor est in æquiuoco: qm, ut ibi patet, scientia sumitur ibi pro notitia intellectiua habituali, qua cognoscuntur omnia, quæ possunt lumine intellectus agentis cognosci: talem H autem notitiam aequisitam constat esse unum aggregatione, & non simplicitate. hic autem loquimur de aliqua una scientia, secundum speciem: unde si tota geometria in nobis per unam solam spēm naturaliter sciretur. & arithmetica p unam aliam, & Metaphysica p unam aliā. & sic deinceps, nihil deperit illam processui, qui fit in illo articulo ex propositionib. eius: & th nō uerteretur in dubium, q una scientia sedm spēm esset simplex qualitas. Probatur hoc quod dixi: quia ex hoc, q post unam speciem generatur alia, augeri dicitur in Christo scientia acquisita secundum essentiam habitus. & uere author nihil aliud intendit, nisi q in Christo fuit augmentatio habitualis notitiæ sedm essentiam, idest, q ipsa essentia habitualis notitiæ augebatur, & hoc probat, quia per additionem formæ ad formam. Et licet hæc expositio sit sufficiens, quia est literalis & satisfacit proposito. posset tamen aliter dici, q quia augmentum scientiæ intēsiuum occultum est, extensiuum uero etiam occultum nisi secū I dum annexam aggenerationem specierum intelligibilium, & author scientiæ profectum sedm essentiam distinguebat cōtra profectum quo ad effectum: ideo, ea una & eadem parte locās habitum scientiæ sedm se cum speciebus intelligibilibus, & ex alia effectum à notionibus. s. specieb. intelligibilibus declarauit profectum sciētiæ in Christo. Et uocauit augmentum secundū essentiam, ut distinguitur contra effectum, & hoc sufficiebat ꝓposito suo: prima tamen expositio amplectenda omnino est. Ad authoritates autem ex q. de ueritate. & tertio sententiarum, q̄uis posset dici, quòd author ante compositam Summam usus est opinione illa, quòd habitus scientificus esset ordinatio specierum: sed postmodum in Summa propriam sententiam dixerit, singulę tamen authoritates sane intelligi pōt. nam in q. 8. loquitur de particularibus scientiis actualibus. i. diuersis demōstrationib. diuersarum conclusionum, ad quas sedm species intelligibiles earū se habet habitus scientiæ, ut totum ad partes po K tentiales. Et hoc sufficit ad uerificandum illud dictum quasi exemplariter. in quæst. 10. non dicit, quòd ordinatio specierum est habitus, sed efficit habitum: quod concedimus, ut patet ex dictis. In q. autem 14. expresse patet, q recitatiue loquitur, & quòd nihil illius opinionis recitatæ ibi approbat nisi q species conseruentur, & uis conseruatiua sit memoria intellectiua. in tertio demum scientiarum, di. 14. dicta, & allegata quantæ sint authoritatis, manifestat ipse author in tertia parte, q. 11. artic. ult. ubi iterum tractans eandem quæstionem, determinat oppositum. Vnde tu Thomista aduerte, ex hoc, quod intellectus habet singulas species secundum singulas naturas, sequitur q habeat diuersos habitus ordinantes illas ad diuersa subiecta scibilia: non tamē quòd ipsę species sint habitus scientificus, sed sunt habitus intellectus inchoantes habitum scientiæ, & partes eius potentiales, ut dictū est. Si enim in intellectu nostro essēt uniuersales formæ, ut sunt in angelis, nō oporteret iuxta scibi-

F lium species ordinare: sed unica specie in totā unā scibilis speciē se habere unico actu sciēdi. Et hæc de authoritatib. sufficiāt, ex quib: cōiunctis huic doctrinæ cæteras, si q̄ sunt, interpretari posse facile puto. Nūc ad rōnes dicendū est allatas & firmatas, ut magis ueritas elucescat. Et ad primum dr dupliciter, primo q illa maxima. In quemcunq; actū potest forma aliqua, pōt qlibet eiusdē speciei, licet nō æque pfecte: nō est uera, nec ꝓbata, oēt assumpta ab Auer. nisi in formis simplicib. sedm essentiā & potētias, quales sunt formæ homogeneorum. In formis aūt heterogeneorum, q̄ sunt simplices sedm essentiam, multiplices autem secundum potentiam falsa est. Manifestum. n. est, q animal modo genitum, & post perfectum, sunt eiusdem speciei specialissimæ: & tamen perfectum potest in actum generationis, & imperfectū nō unde propositio illa sic uniuersaliter, est contra Arist. 4. Metheor. ponentem differentiam inter perfectum, & imperfectum in hoc, q perfectum unumquodq; est, cum pōt generare sibi simile. unde cum habitus, sit forma simplex in essentia, & multiplex in potentia. habet enim, & species intelligibiles, & potentiam subiecti ad diuersas conclusiones ut partes, illas ex parte sui, istas ex parte subiecti sui, consequens est, ut in ipso scientifico habitu locum non habeat propositio illa: sed in aliquid merito pōt perfectus, in quod non potest imperfectus. Deinde dr ad maiorem, q hic est sophisma figuræ dictionis, qm mutatq̄uid inquentū. Cum. n. demōstrationes, & cōclusiones eiusdē sciētiæ sint ordinatæ, & una oriat ex alia, actus sciēdi sequētis includit in se pfectionē pcedentis, & addit. Non. n. scit, q resoluere nescit cōclusionē quintā in primā: & sic posse in scire quintā cōclusionem, est posse in maius scire q̄ posse in scire primam conclusionem, ac p hoc motari pater quid inquantum, dum sub ly, in quemcunque actum, subsumitur actus tantus.

¶ Ad secundam dicitur, quod habere diuersas generationes, corruptiones, & intēsiones, cōtingit dupliciter; primo ut sic sit unū qd nullo mō minuetur alterū, & sic trāseat distinctio realis taliū Alio mō, ut non possit unius esse, nisi in uno alterum redūdet et sic non infert distinctionem realem illorum. Cum. n. animal aliquod augetur, sic generat noua quantitas, ut antiqua nouo mō se habeat, & similiter minuitur, & propterea non sequitur. ergo est alia realiter quantitas noua ab antiqua: & simile est in motu intensionis, & remissionis, & sic accidit in habitu scientifico: quia cum generatur scire secundæ conclusionis, habitus pcedens extenditur, & econuerso minuitur obliuione. Similiter I quòd intensiue augeatur respectu primę conclusionis, & non secundæ. perinde est ac si albedo intenderetur in una parte subiecti, & non alia, ut infra patebit.

¶ Ad tertiam rationem dr præmittendo duo: primum est. q actus sciendi habitus scientifici sunt duplices; quidam secundū unam, & eandem demonstrationem, quidem secundum aliā demonstrationē ac conclusionē, & hi actus sic se habent, q primi sunt omnino eiusdem rōnis, ut patet: secundi autem aliquo mō sunt eiusdem rationis, & aliquo modo diuersæ. si. n. sumantur in ordine ad diuersas species intelligibiles, à quibus fiunt, sic cum species tertiæ demonstrationis distinguantur specie à speciebus secundæ, etiam ipsi actus erunt diuersarum rationū. si uero sumantur in ordine ad habitum scientificum, & eius formale obiectum, sic sunt unius rationis, sicut & habitus, & obiectum sunt unius speciei specialissimæ: Et hoc ad habitum pertineant isti actus utroq; mō, quia th principaliter, & immediate K pertinent ad ipsum secūdo modo: iō licet tolerari possit sermo, dicens actus istos diuersarum rationum, formalius tamen dicuntur eiusdem rationis cum de unitate habitus est sermo. Secundum est, quòd habitus scientificus habet duas latitudines diuersarum rationum, intensiuam scilicet & extensiuam, respondentes duplicib. supradictis actib. ita quòd quantitas intellectiua eius augetur ex actib. frequentibus circa idem: identitas uero extensiua augetur ex aduenientibus actibus demonstratiuis circa diuersa. & sicut in formis materialib. calor, & latitudines eius intensiua, & extensiue non sunt ates entitates, sed una habens duas conditiones: ita in habitu. Vnde ad rationem dr. quòd habitus scientiæ augetur per utrosq; actus. s. circa eādem, & circa diuersas conclusiones, & q neutrius augmētationis est terminus aliquę omnino noua entitas, & consequēter nec eiusdem, nec diuersæ rationis: sed antiqua nouo modo se habens sedm latitudines diuersarum rationum Nam augmentum

per

*q. 57. ar. 6. & 2. 2. q. 48.

per actus circa idem, terminat habitus scd̃m latitudinē intensiuam. Augmētum uero p actus circa aliud terminat idē habitus scd̃m latitudinē extensiuā, quā constat conditionem esse alterius rōnis. Ex hoc aūt q idem habitus hebet utranq; quantitatē non sequitur q sit cōpositus ex duabus rebus diuersarum rōnum, sed solū q habeat duas quātitates non molis, sed perfectionis diuersarū rationum identificatas realiter sibi.

D.676. ¶ Ad quartā rōnem dicit, q quia habitus scientificus cōparatur ad potentias intellectiuā respectu diuersarum conclusionū, ut partes subiecti, ut ex 5. Met. deductū est, cōsequens est q habitui pficienti intellectum scd̃m potentiā ad primā conclusionē, non contrariet̃ habitus prauæ dispositionis in eodē itellectu secūdū potentiā respectu secūdæ conclusionis: sicut albo scd̃m unam partē, nō contrariat̃ nigredo eiusdē, ut est in parte ppinqua. Fit quoq; hoc manifestū ex ipso motu augmētatiuo extēsiuo. Cū.n. augmētatio extēsiua ad occupandū nouā loci partē terminet̃ in materialibus formis, & scientifici habitus augmentū extensiuū ad maiorem perfectionem extensiuam eiusdem terminetur sic, q potentia intellectus respectu nouæ conclusionis actuatæ per ipsum habitum, q prius non actuabatur: & econuerso, diminutio, ad minorem scientiam terminatur per hoc, quòd potentia in intellectu respectu scitæ conclusionis subducitur ab esse sub illo habitu, cōsequēs est ut habitus augmētatione quasi occupet nouā potētiā, seu partē potentiæ, & diminutione quasi relinquat, ac p hoc, nō magis contrariet̃ habitui, qui pficit unam potentiam seu partem potentiæ, seu potentiam partialiter contrarius habitus, ut occupat aliam potentiam, uel partem, uel eandem partialiter, quā, ut dictū est, contrario in una parte contrarium in altera. pportionabiter nanque hæ se habēt in indiuisibilibus scd̃m quantitatē molis, partes potentiæ, sicut in rebus materialiter quantis partes quantitatiuæ. Hanc aūt proportionē partium potentiæ subiecti habitus scientifici ad ipsum habitum tacite, ut affirmes hinc euenire, q habitus geometriæ augeri pōt intensiue circa quartā conclusionē, & non erit intensus circa quintā & esset ēt ecōuerso, si quinta nō dependeret ex quarta. Prouenit nanq; hoc ex eo, q frequentati actus circa quartā demonstrationē augent intēsiue habitū, ut pficit illā partē potētiæ intellectus, quæ respicit hanc cōclusionē, & nō ut pficit aliā, nec ut dictū iā est, referet, si sit una eadē pōtētia, quæ est moles æquiualenter, seu partialiter. Nec suspiceris voluntariā aut chimericā esse hāc partiū potentię subiecti habitus adinuentionē. si nanq; scripta supius ab authore notaueris, inuenies inter alia in q. 50. ar. ult. ad ult. q ēt in angelis sunt partes potentiæ, in quantum intellectus eorum per plures species perficitur, & uoluntas eorum se hēt ad plura. quid clarius? Hoc est enim quod diximus: nam constat quòd inquantum intellectus noster est in potentia ad aliam, & aliam demonstrationem, & conclusionem, est in potentia ad diuersas species, & ad proportionaliter plura, sicut uoluntas. & hæc de quarto, & tota hac materia.

aliqua scientia acquirit p demōstrationē scientiā conclusionis, vnius, hēt[a] quidē habitū, sed imperfecte. cū uero acquirit p aliquam demonstrationē scientiā conclusionis alterius, nō aggeneratur in eo alius habitus, sed habitus q prius inerat fit perfectior, utpote ad plura se extendēs, eo q cōclusiones, & demōstrationes unius scientię ordinatę sunt, & vna deriuatur ex alia.

QVÆSTIO LV.

De virtutibus, quantum ad suas essentias, in quatuor articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandū est de habitibus in speciali. Et quia habitus, ut dictū est,* distinguuntur p bonū, & malū, primo dicendū est de habitibus bonis, qui sunt uirtutes, & alia eis adiūcta. s. dona, beatitudines & fructus. Secundo de habitibus malis, scilicet de uitijs, & peccatis.

* Q. præced. ar. 3.

¶ Circa uirtutes autē quinq; cōsideranda sunt. Primo, de essentia uirtutis. Secūdo de subiecto eius. Tertio, de diuisione uirtutum. Quarto, de causa uirtutis. Quinto, de quibusdam proprietatibus virtutis.

CIRCA Primum quęruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum virtus humana sit habitus.

¶ Secundo, Vtrū sit habitus operatiuus.

¶ Tertio, Vtrum sit habitus bonus.

¶ Quarto, De diffinitione uirtutis.

ARTICVLVS I.

Vtrum virtus humana sit habitus.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr, q virtus humana non sit habitus. Virtus. n. est[b] vltimū potentiæ, ut dr̃ in 1. de cœlo:* sed ultimum uniuscuiusq; reducitur ad genus illud, cuius est vltimum, sicut punctum ad genus lineæ. ergo uirtus non reducitur ad genus habitus.

* Li. 1. tex. 116.

¶ 2 Præt. August. dicit in 2. de li-

SVPER QVÆST. LV. ART. I.

Egid. 2 sd. 2. q. 1. ar. 1. Dur. d. 27. q. 1. Ric. d. 27. q. 1. Cap. 3. d. 23 q. 1. con. 2. Medina ar. 1.

IN artic. 1. quæst. 55. dubium occurrit ex Scoto in 3. sentent. dist. 17. q. 3. Ipse enim putans uirtutem moralem ut sic, non dicere differentiam per se distinctiuā habitus, sed addere super naturā habitus relationem cōformitatis, seu coexistentiæ ad rectum dictamen, tenet, q idē numero habitus immutatus in se, de non uirtute fit uirtus, imo genitus cū rōne erronea, post fit uirtus: nec hoc aliter pbat, nisi qa habitus abstinentiæ genitus ex actibus abstinentię elicitus sine prudētia, aut cū erronea rōne, postmodū adueniēte recta rōne, nulla facta mutatione circa illam qualitatē in se, quæ est habitus abstinētię, de nō uirtute fit uirtus: & posset hoc cōfirmari q nō esset opus generari i illo aliū habitū, ut esset abstinens. Hęc aūt positio repugnat, & doctrinę authoris, & ueritati. authoris quidē, quia aperte in hac quęstione quādā essentia virtutis uocat, diuidēdo tractatū hunc, postq̃ tractauit de habitu, ponit uirtutē ut sic, esse habitū, ut in hoc patet ar. & in ult. ar. expresse dicit, q habitus est genus propinquum uirtutis: quorū nihil esset uerū, si uirtus moralis ut sic, adueniret huic habitui motato, ut patet. Veritati aūt: qa habitus ille, qui est uirtus moralis habituat appetitū ad sequelā rōnis ea sua essentia. Ad cuius euidētiā ueritatis, duæ sunt aduertēdæ distinctiones. prima est de rōne recta. Est. n. duplex, quædā respectu proprii finis ipsius uirtutis moralis, qui est bonum rationis in tali materia, quod est medium in tali materia determinatum ratione: sicut medium in cibo, & potu est finis abstinentiæ proprius. quædā uero respectu finis extrinseci, prout uita ęterna est finis, ad quē fides formata ordinat abstinentiā. In pposito est sermo de ratione recta secundo modo: quia ipse Scotus expresse loquit de prudentia, seu actu eius, quæ est recta rō medij uirtutis moralis ut patet in 2. Eth. ex diffinitione uirtutis. Constat aūt q attingere medium est finis proprius moralis uirtutis: Secūda est de effectu formali ipsius habitus, qui uocatur uirtus moralis: dupliciter enim intelligitur. Primo, ut ex sua essentia habitus ille reddat appetitum habituatū ad actū, & non plus. v. g. abstinentia ad abstinendum. Secundo, ut reddat appetitū habituatū ad actum cum oībus eius conditionibus suæ latitudinis. s. ad abstinendum qn̄, ubi, sicut propter quid &c. oportet existimare habitus huiusmodi naturā esse primo mō, fuit causa illius Scoticæ phantasiæ: diffinite autem huiusmodi habitus naturā secundo est ratio ueritatis, nisi. n. appetitus ex natura habitus tēperātiæ habituatus esset, & iam per modum naturæ determinatus ad abstinendum propter bonum rationis quando, ubi, sicut, quantum rō exposcit, iam appetitus non esset ex tali habitu factus, quasi naturaliter obsequens rōni: & sequeretur q hñs habitū temperantiæ, habet appetitum pugnantē contra rōnē secundū eius constantiā, & finem propriū, quod est contra Philosophū, & ueritatem 7. Ethic. & sequeretur quòd omnes uirtutes morales essent scientiæ, iuxta opinionem Stoicorum: & breuiter hoc destruit moralem bonitatē. & potes ratiocinari contra hanc phātasiam sic. Habitus ille, puta abstinentiæ, qui apud te generatus est ex actibus elicitis secundum rationem erroneam oppositā prudentiæ, & postmodum fit uirtus moralis immutatus in se, aut inclinat ex se ad actus similes prioribus, aut dissimiles: non dissimilès, ut patet. ergo ad similes: sed similes sunt uitiosi, quia erronea ratio non excusat. Præterea actus ille, ad quem inclinat talis habitus aut est ad medium in tali materia, aut ad extrema: si ad medium. est secundum se uera uirtus moralis, quia sibi conuenit tota diffinitio uirtutis data 2. Ethic. s. Habitus electiuus in medietate consistens &c. Si ad extrema, ergo est vitium

210 Porrecta per totum. inf. q. 56. ar. 3. cor. Et a. d. 27 ar. 1. Et 1. d. 24. q. 1 ar. 3. q. 1. et 3. Et ueri. q. 1. ar. 1.

tium,ut patet ibi. Vitiam aût nuquã trã sit in uirtutem, sicut nec albedo in nigredinem:sunt.n.cõtraria. Dicito ergo,& dicito,q uirtus moralis sicut quælibet alia,est essentialiter habitus: sed moralis est habituatiua appetitus ad eliciendum actus qs, ubi, sicut quãdo opotet pp bonum rõnis. & quia difficile est ef se habituatũ ad eliciẽdum actum sic circa stanciõnatum:iõ difficile est habere habitum uirtutis.& quia habituatus ad abstinendum, uerbi gratia, & nõ propter bonum rõnis asfuescit ex illo habitu ad actum abstinendi cũ tali defectu oportet habitũ aliã ghari,& pcçedẽtem corrũpi, si uetue habitus abstinẽtiæ in esse dẽt, quis facilius pœnitet si sic dispositus ad abstinentiæ. habitus: ut patet in 8 ne secundi Ethi. sicut prodigus habituatus ad expendendum nõ pp bonũ rationis, & q̃n oportcat &c.ñ debeat fieri liberalis nõ sufficit q mutetur so la regula ad pp qd n. portet,& oportet&c. sed oportet ut fiat vna simplex qualitas. noua habituãs ad expendendum pp bonum rõnis q̃n oportet, sicut, ubi &c. & breuiter si quis meditetur,& diligenter tã hanc cõsiderauerit inueniet,q hæc phãtasia de uitio in uirtutem, & econuerso, transferret habitum eiusdem. Idem.n.est iudiciũ de habitu ge nito ex actibus elicitis cũ rõne errone a opposita prudẽtiæ,& de uitiosis:nã in utro que est aliquid cõsor maliei esse rõni,pu ta actus, & neutrum uisga defectuosa eisdẽm intia non est eõformabilis rectæ rationi.

*Cap.19. to. 1& 1. retr. c. 9.

*Lib.1.c. 15. to. 1. & 21. ca. lib. 15.de ciuit. Dei, to.5. ¶li. 83.q. q. 30.post lo n piin. to.4.

* Id præ dic. qualit.nõ ք. cul a pri cip. to.1.

b q.49.ar. 3. conclu. m

D. 1172.

be. arbit.* q h uirtus est bonus usus liberi arbitrij:sed usus liberi arbitrij est actus. ergo uirtus non est habitus,sed actus.

¶3 Præ.h Habitibus nõ meremur, sed actibus alioquin hõ mereretur continue, et dormiendo:sed h virtutibus meremur ergo uirtutes nõ sunt habitus, sed actus.

¶4 Præ. Aug.* dicit.in lib.de moribus ecclesiæ, q uirtutes est or do amoris.& in lib.83.q.dicit,† q ordinatio, quæ uirtus uocatur, est fruendis frui, & utendis uti: ordo ât seu ordinatio noiat, vel actũ uel relationẽ.ergo uirtus ñ est habitus,sed actus uel relatio.

¶5 Præt.h Sicut inueniunt uirtutes humanæ,hita,& uirtutes naturales:sed uirtutes naturales nõ sunt habitus, sed potentię qdã. ergo et neq; uirtutes humanæ.

SED CONTRA est,qd Philosophus,in lib.Prædicamẽtorũ sciẽtiã, & uirtutẽ ponit esse habit*.H

RESPON. Dicendum, q uirtus noĩat quãdã potẽtiæ pfectionẽ. Vniuscuiusq;.n.pfectio pcipue consideratur in ordine ad suũ finẽ, finis aũt potentiæ actus est: unde potẽtia dr esse pfecta sm qd determinatur ad suũ actũ. Sunt aũt qdã potentiæ, q̃ sm seipsas sunt determinatæ ad suos actus,sicut potentiæ naturales actiuæ: & iõ hmõi potentię naturales sm seipsas dñt uirtutes. Potentiæ aũt rõnales, q̃ sunt. ppriæ hois,non sunt determinatæ ad unũ, sed se hñt indeterminate ad multa:determinant aũt ad actus p habit* sicut ex supradictis patet:& ĩdõ uirtutes humanæ habitus sunt.n

AD PRIMVM ergo dicendum, q qñq; uirtus dr id, ad quod est, uirtus, s.uel obiectũ uirtutis, uel actus eius. Sicut fides dr qñq; id, quod credit, qñq; uero ipsũ credere, qñq; aũt ipse habitus, quo credit:unde quando dicit, q uirtus est ultimum potentiæ, sumit uirtus ք obiecto uirtutis. Id.n. in quod ultimo potentia potest est id, ad quod dr uirtus rei:sicut si aliquis potest ferre centum libras, & non plus, uirtus eius consideratur sm centum libras, non autẽ secundum 60. Obiectio autem procedebat, ac si essentialiter uirtus esset ultimum potentiæ.

AD 2m dicendũ, q bonus usus liberi arbitrij dr esse uirtus sm eãdem rõnem, quia.s.est id, ad quod ordinatur uirtus, sicut ad ppriũ actũ. Nihil est enim aliud actus uirtutis, q̃ bonus usus liberi arbitrij.

AD 3m dicendũ, q aliquo dicimur mereri dupliciter. Vno modo sicut ipso merito eo modo quo dicimur currere cursu: & hoc mõ meremur actibus. Alio modo dicimur mereri aliquo, sicut principio merendi, sicut dicimur currere potentia motiua: & sic dicimur mereri uirtutibus, & habitibus. D.87 ...

AD 4m dicendum, q uirtus dicit ordo, uel ordinatio amoris, sicut id, ad quod est uirtus: per uirtutem enim ordinatur amor in nobis.

AD 5m dicendum, q potentiæ naturales sunt de se determinatæ ad unum, non autem potentiæ rationales: & ideo non est simile, ut dictum est.* *In corp at.

ARTICVLVS II.

Vtrum virtus humana sit habitus operatiuus.

AD SECVNDVM sic pcedit. Vr q nõ sit ratione uirtutis humanæ quod sit habitus operatiuus. Dicit.n. Tullius in 4. de Tusculac. qstionibus, q h sicut est sanitas, & pulchritudo corporis, hita est uirtus aiæ: sed sanitas & pulchritudo nõ sunt habitus operatiui ergo neq; et uirtus.

¶2 Præt. In rebus naturalibus inuenit uirtus non solũ ad agere: sed et ad esse, vt patet p Philosophũ in primo, de cœlo, q qdam hñt virtutem, vt sint semp qdã vero non ad hoc, q sint semper sed aliquo tpe determinato: sed sicut se habet virtus naturalis in rebus naturalibus, ita se habet uirtus humana in rõnalibus. ergo etiam uirtus humana non solum est ad agere, sed et ad esse.

¶3 Præt. Philosophus dicit in 7. Phyfic. q uirtus est h dispositio pfecti ad optimũ: optimũ autẽ, ad qd hoiem oportet disponi p uirtutẽ, est ipse Deus, vt pbat, Aug. in lib.2. de moribus Ecclesiæ, ad quẽ disponit aia p assimilationẽ ad ipsum. ergo vr q virtus dicat qualitas qdã aiæ i ordine ad Deũ, tanq assimilatiua ad ipsũ:nõ ât ĩ ordine ad opationẽ. non igit est habitus operatiuus. K

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2. Ethic. q virtus vniuscuiusque rei est, quæ opus eius bonum reddit.

RESPON. Dicendum, q uirtus ex ipsa rõne nominis importat quãdam pfectionem potentię, ut supra dictum est. unde cũ duplex sit potentia.s. potẽtia ad esse, & potentia ad agere, utriusq; potẽtiæ pfectio uirtus uocatur: sed potentia ad esse se tenet ex par F. 113.

SVPER QVÆS. LV. ARTIC. II ET III.

Egid. 2. s.d.27.q.1.ar. tic.1.
Ric.d.17.q.2.

IN Ar. 2. & 3. eiusdẽ 55.q. dubiũ occur ex Scoto, in 1.sen.di. 17.q.1.opiniõe, q virtus moralis quatenus uirtus moralis rõnẽ hẽt, non est operatiua: sed quicquid operatur, facit inquantũ est habitus, ita q nec ex propria ratione uirtus, nec ut subest prudentiæ est operatiua: sed ut dictũ est, rõne subiectiui.s. habitus. In duobus adiecõ tradicere authori vs. Primo in hac materia, quia in pñti articulo determinatur, q de ratione uirtutis humanæ est, q sit habitus operatiu* & in sequẽti, q sit bonus, & boni operatiuus. Secũdo incidibus quia cũ scdaria agit apud authorem non solum virtute ppria, sed ulteriore prima:ita q in aliquid pôt uirtute prĩncipali in q8 non pôt propria uirtute: super cuius opposito fundare vr Scotus dictũ suum. & q hoc Metaphisici vidẽt negotij, ad propo situm uenidum est. Scito igitur, q quũ Scotus moralẽ uirtutem ut dẽ respectum solum posuit addere supra habitum: ideo cõsequenter negauit ipsam esse operatiuã & rursus, quia bonitatem moralẽ actus posuit in solit relatione debitæ proportionis actus ad potentiam, obiectum, finem

28t Porrecta per totum. Inf. q.16. ar. 1.cor. & q.71.a t.ad 2.E. 22.q.58 ar. 1.cor. Et 3.d.26 q. 2 ar.1. cor. *Lib.4.in fine 6.fo. a princi. libri.

*Tex.17. to.2.

*Lib.1.de mor.e.11. & 11.Ex & 14.ha. berut,to. 1.

*Ca.6.to 5.

*Ar.preced.

te materiæ,quæ est ens in potẽtia: potentia aũt ad agere se tenet ex parte formæ, quę est principium agẽdi, eo q unumquodq; agit inquantũ est actu. In constitutione autẽ hominis, corpus se tenet sicut materia, aĩa uero sicut forma: & quantũ quidem ad corpus, homo cõmunicat cum alijs aĩalibus, & similiter quantum ad uires, quæ sunt animæ, & corpori cõmunes.solę autem illæ uires, quæ sunt propriæ animæ, scilicet rationales, sunt hominis tm̃. & ideo uirtus humana, de qua loquimur, non potest ptinere ad corpus, sed ptinet tm̃ ad id, quod est propriũ aĩæ: unde uirtus humana non importat ordinẽ ad esse, sed magis ad agere. & iõ de rõne uirtutis humanæ est, q sit habit⁹ operatiuus.

Ad primum ergo dicendum, q modus actionis sequit̃ dispositionem agentis. Vnumquodque enim quale est, talia operat̃: & ideo, cum uirtus sit principium aliquahs operationis oportet q in operante præexistat secundũ uirtutẽ aliqua conformis dispositio: facit autem uirtus operationem ordinatam, & ideo ipsa uirtus est quædã dispositio ordinata in anima, secundũ, scilicet quod propriæ potentię aiæ ordinantur aliqualiter adinuicem, & ad id, quod est extra: & ideo uirtus inquantũ est conueniens dispositio aiæ, assimilatur sanitati, & pulchritudini, quę sunt debitę dispositiones corporis: sed p hoc non excluditur quin virtus ẽt sit operationis principiũ.

Ad 2m dicendum, q uirtus, q est ad esse, non est propria hois sed solũ uirtus, quę est ad opera rõnis, quæ sunt propria hois.

Ad 3m dicendũ, q cum Dei substantia sit eius actio, summa assimilatio hoĩs ad Deum est secundum aliquam operationem. unde, sicut supra* dictũ est, felicitas siue beatitudo, per quã homo Deo maxime conformatur q est finis humanę uitæ, in operatione consistit.

ARTICVLVS III.

Vtrum uirtus humana sit habitus bonus.

AD TERTIVM sic pcedit̃. Vr q nõ sit de rõne uirtutis, q sit habitus bonus. Peccatũ.n.in malo semper sumitur: sed ẽt peccati est aliqua uirtus, secundũ illud 1.ad Corinth.15.Virtus peccati, lex.ergo uirtus non semper est habitus bonus.

¶2 Præt. Virtus n potentiæ respõdet: sed potentia non solũ se habet ad bonum, sed etiã ad malũ, secundum illud Isai.5.Vę qui potentes estis ad bibendũ uinum, & uiri fortes ad miscendã ebrietatem. ergo etiã uirtus se habet & ad bonum, & ad malum.

¶3 Præt. Secundum Apostolum 2.ad Corinth. 12. Virtus in infirmitate perficitur: sed infirmitas est quoddam malũ. ergo uirtus non solum se habet ad bonum, sed etiam ad malum.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in li.* de moribus Ecclesiæ. Nemo autẽ dubitabit, q uirtus animam facit optimam. & Philosophus dicit 2.Eth.† q uirtus est quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit.

RESPON. Dicendum, q sicut s. dictũ est,* Virtus importat perfectionẽ potẽtię.vñ uirt⁹ cuiuslibet rei determinatur ad ultimũ in quod res potest, ut dicitur in primo de cœlo.* Vltimum autẽ, in quod unaquæque potentia potest, oportet q sit bonũ: nam omne malum defectũ quendam importat unde Dio.dicit in 4.de di.* no. q omne malũ est infirmũ & pp hoc oportet q uirtus cuiuslibet rei dicat̃ in ordine ad bonũ: unde m uirtus humana, quæ est habitus operatiuus, est bon⁹ habitus, & boni operatiuus.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q sicut perfectum, ita & bonũ dicitur metaphorice in malis. Dicitur enim & perfectus fur, siue latro: & bonus fur, siue latro, ut patet p Philosophũ in 5. Met.* secundum hoc ergo etiam metaphorice in malis dicitur. & sic uirtus peccati dicitur lex, inquantum scilicet per legem occasionaliter est peccatũ augmẽtatum, & quasi ad maximum suũ posse pueniṫ.

AD 2m dicendum, quòd malum ebrietatis, & nimiæ potationis consistit in defectu ordinis rationis. Contingit autem cum defectu rationis esse aliquam potentiam inferiorem perfectam ad id, quod est sui generis, etiam cum repugnantia uel defectu rationis: perfectio autem talis potentiæ, cum sit cum defectu rationis, non posset dici uirtus humana.

[Left margin commentary:]

sionem tempus. locũ &c. sedm rectã rõné sicut pulchritudo nõ est aliqua qualitas, sed agregatio conuenientiũ, puta figuræ, magnitudinis, coloris &c. & relatio nõ hẽt proprium principium actiuum, nõ virtus moralis non est principium actiuum bonitatis moralis. Et confirmatur, quia relatio consequens necessario extrema, nõ habet pprĩã cãm aliã ab extremis: sisti autẽ respectus cõsequitur extrema posita ex natura extremorũ. Impossibile est.n.aliquẽ actũ sic cõditionatũ poni in esse, & rõne rectã non poni in esse, cum ex natura extremorũ cõsequatur in actu talis cõformitas ad rõnem rectã.

Scotus. m Nos autẽ iã primum fundamentum in pcedẽti articulo remouimus, declarãtes uirtutem moralẽ addere supra habitũ differentiam specificã, sicut hoiem supra aĩal, & ppea cõsequenter fatemur q uirtus moralis inquantum est uirtus moralis, est principiatiua actus moralis. Et ad scdm Scoti fundamenta dicim⁹, q quicqd sit de essentia bonitatis in actu morali, an.s.sit qualitas, an relatio, quãtũ ad propositũ spectat, non refert: qm illud cõe dictum, q relatio non hẽt causam actiuam propriã, intelligit̃ de causalitate propria sic, q terminet ad ipsã solã. nulla.n. cã actiua facit solam relationẽ, cũ quin etiã habeat p se causam effectiuam cum alio: quod probo. Summum bonum in uniuerso hẽt cãm actiuã p se intendentẽ illud sed ordo uniuersi est summũ bonũ in uniuerso, ut patet in 12. Metap. ergo hẽt cãm actiuã p se. constat ãt q ordo est relatio Prꝫterea Effectus ppius artis p se fit ab arte: sed ordo manifeste fit ab artibus. Videmus n. artes dolatiuas ad hoc tẽdere, ut ordinare, & mensurate incidant &c. & sic habitus uirtutis moralis facit ordinationem in actu Vnde in ratione ad primũ

*q.3.ar 2.

282 Ferrolla per totum. 2.2.q.58. ar.1.cor. Et 2. dis. 16. q6.2. 1.2.cor.

[Right margin commentary:]

in hoc secundo articulo litera dicit q uirtus facit operationẽ ordinatam. Quõ aũt hoc fiat, non est difficile uidere. si qu s.n. consideret, q habitus uirtutis nõ causat seorsum a potentia sed est pfectio potentiæ ad causandũ actũ ordinatũ, uidebit q potentia pfecta habitu causabit p se, intendẽdo non solũ operationẽ sed operationẽ ordinatã sic: & experientia teste cõuincet, qd est rõ illi potentiæ, q causet regulatã operationem. & hoc. ut dictũ est, manifeste liquet in artificialibus a quibus concipimus quid interius agit̃. vñ fundamentũ illud nihil facit pro Scoto ad propositũ. Quod aũt addit, q relatio prima cõsequitur extrema dignũ admiratione: utrũnam p extrema aut intendit absoluta aut relationes: hæc sunt, q in qõnem ueniunt, a quibus causatur, puta, relationes singulæ ad tps, ad locum, ad potentiã, & cæteræ circunstantiæ si absoluta, falsum est apud te q posito actu eo ad absoluta ista, & recta rõne in esse, oporteat sequi conformitatẽ: quamuis apud nos posita recta rõne in actu scdo &c. ut infra dicet̃ impossibile sit sequi actũ difformem, sed hoc non est, quia relatio, sed quia talis effectus non stat cum talicã. Dicitur ergo, q uirtus facit operationẽ ordinatã, quãm effectũ ppriũ & quòd relationẽ habere necesse est p se cãm, non attribuetur, sed oportet cũque.

*lib.2.c.6 in princ. to.1.

*c.6.to.5.

*ar 1 huius quęst.

*tex.116. to.2.

*par.4.in medio.& clarius in tex. medium & sicuti comm. m

*tex.21. to.5.

SVPER

SVPER QV. LV. ART. IIII.

IN art. 4. eiusdē q. quæst. nota q illa particula in diffinitione uirtutis posita, Qua nemo male vtitur dupliciter exponi pōt primo ut sonat: & sic soli uirtuti formatæ, aut quæ non pōt esse informis cōuenit. cōtingit.n. uirtute intellectuali practica ut arte & morali, ut tēperantia, & infusa theologali ut fide male vti, et ut principiis, applicando eas ad actus proprios pp malū finem extraneum. Et qm nihil horum habet pfectam rōnem uirtutis ut infra dicetur: io sic intelligendo, soli uirtuti simpliciter pfectæ hæc particula cōuenit. Secundo pōt exponi limitate, ut in sra in litera sic, ita qd ly, male uti, importet actū propriū illius uirtutis esse, ut dr in in respōsione ad tertium: & sicut in corpore articuli dr, hæc particula cōuenit oī uirtuti, & ponitur ad differētiā habituū q sunt ad bonū & malum: & sic intelligēdo diceretur, q uiens arte aut fide pp malū finem, non facit actū fidei aut artis malū, sed actum ordinantē illas facit malū: ac p hoc uirtute nullus male utitur, ut principio mali actus, quam uis male utatur ipsa principiante bonum actum ordinando ad extraneū malū finē: quod tñ est impossibile in uirtutibus, q nō pñt esse informes quia aut ordinantur in bonum aut desinunt esse, si ordinatē tur ad malum.

283 Porrecta per totum. 2. dis 27. ar. 2. Et 3. d. 23. q. 1. a. 1. 2. q. 3. Et uer. q. 1. ar. 2. per to. & ar. 9 ad 1. & 10. ad 11

* Ca. 3. in pr. to. 5.

* C. 10. In pr. to. 5.

AD 3m dicendū, q tanto rōr perfectior esse ostenditur, quanto infirmitates corporis & inferiorū partium magis potest uincere, seu tolerare: & ideo uirtus humana, quæ rationi attribuit, in infirmitate perfici dr: non qui dem rationis, sed in infirmitate corporis, & inferiorum partiū.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum uirtus conuenienter diffiniatur.

AD QVARTVM sic pcedit. VīG q non sit conueniens diffinitio uirtutis, quæ solet assignari, scilicet Virtus est bona qualitas mentis, qua recte uiuit, qua nullus male utitur, quā Deus in nobis sine nobis operatur. Virtus enim est bonitas hominis: ipsa enim est quæ bonum facit habētem, sed bonitas non uidetur esse bona, sicut nec albedo est alba: igitur inconuenienter dicit, quòd uirtus est bona qualitas. H

¶ 2 Præ. Nulla differentia est communior suo genere: cū sit generis diuisiua, sed h bonum est cōmunius q qualitas, conuertitur enim cum ente. ergo bonū non debet poni in diffinitione uirtutis, ut differentia qualitatis.

¶ 3 Præt. Sicut Aug. dicit in 12. de Trinit.* Vbi primo occurrit aliquid quod non sit nobis h pecoribusque cōe illud ad mentem ptinet: sed quædam uirtutes, sunt I etiam irrationabilium partium ut Philosophus dicit 3. Eth.* nō ergo omnis uirtus est bona qualitas mentis.

¶ 4 Præt. h Rectitudo uidetur ad iustitiā pertinere: unde iidē dicuntur recti & iusti. sed iustitia est spēs uirtutis inconuenienter ergo ponit rectū in diffinitione uirtutis, cū dr, Qua recte uiuit.

* In lib. 2. de li. arb. c. 18. & 19. to. 1.

* In regu. c. 3. parū a pr. to. & hr to. 1. de uerb. ap. ser. 15.

* Colligit ex tract. 72 in Ioann. t. 9.

* Ca. 18. & 19. a pr. to. 1.

¶ 5 Præt. Quicunque superbit de aliquo, male utitur eo: sed multi superbiunt de uirtute. dicit enim K Aug.* in regula quòd superbia etiam bonis operibus insidiatur, ut pereant. falsum est ergo, quòd nemo uirtute male utatur.

¶ 6 Præt. Homo per uirtutem iustificatur: sed Aug.* dicit super illud Io. Maiora horū faciet: Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. inconueniēter ergo dicitur, quòd uirtutem Deus in nobis sine nobis operatur.

SED CONTRA est auctoritas Aug. ex cuius uerbis prædicta diffinitio colligitur, & præcipue in 2. de libero arbitrio.

RESPON. Dicendum, q m ista diffinitio perfecte cōplectitur totam rationem uirtutis.n Perfecta.n. ratio uniuscuiusque rei colligitur ex omnibus causis eius. Comprehendit autem prædicta diffinitio oēs causas uirtutis: causa nanque formalis uirtutis sicut & cuiuslibet rei accipit ex eius genere & differentia, cum dicit, bona qualitas: genus.n. uirtutis qualitas est, differentia autem bonum. esset tñ conuenientior diffinitio, si loco qualitatis, habitus poneretur, qui est genus ppinquum. Virtus aūt non habet materiā ex qua, sicut nec alia accidentia, sed habet materiam circa quam, & materiam in qua scilicet, subiectū.d Materia aūt circa quam est obiectum uirtutis, quod non potuit in pdicta diffinitio ne poni, eo q p obiectum determinatur uirtus ad speciem: hic autem assignat diffinitio uirtutis in cōi. unde ponitur subiectum loco causæ materialis, cū dicit, q est bona qualitas mentis: finis autem uirtutis, cum sit habitus operatiuus, est ipsa operatio. D.610. 853.

Sed notandum, q habituum operatiuorū aliqui sunt semp ad malum, sicut habitus uitiosi: d aliqui uero quandoq; ad bonū, & qñq; ad malū: sicut opinio se habet ad uerū & falsum. uirtus āt est habitus sp se habēs ad bonū, & ideo ut discernat uirtus ab his, quæ sp se habent ad malū, dr, Qua recte uiuit: ut aūt discernat ab his, quæ se habent quandoque ad bonū, quandoque ad malū, dicit, Qua nullus male utitur. Causa aūt efficiens uirtutis infusæ, de qua diffinitio dat, Deus est, pp quod dicit, Quam Deus in nobis sine nobis operatur: quę quidē particula si auferatur, reliquum diffinitionis erit commune omnibus uirtutibus & acquisitis, & infusis. D.692.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod id quod primo cadit in intellectu, est ens: unde unicuiq; apprehensoa nobis attribuimus quòd sit ens, & p consequens q sit unū & bonum, quæ conuertunt cū ente. unde dicimus q essentia est ens & una & bona & q unitas est ens & una & bona: & similiter de bonitate. nō autem hoc habet locū in specialibus formis, sicut est albedo & sanitas. non.n. omne qđ apprehendimus, sub rōne albi & sani apprehēdimus. Sed tñ considerandū, q sicut accidentia & formæ nō subsistentes dicunt entia, non quia ipsa habeāt esse, sed quia eis aliquid est: ita ēt dicunt bona uel una, nō quidē aliqua alia bonitate, uel unitate, sed quia est eis aliquod bonū, uel unum. sic igitur & uirtus dicitur u bona, quia ea aliquid est bonum. D.646. 1171 D.61

AD 2m dicendū, q bonū quod ponit in diffinitione uirtutis, nō est bonū d cōe quod conuertitur cum ente, & est in plus q qualitas, sed est bonū rōnis, sm quòd Dionys. dicit in 4. ca. de diu. no.* quòd bonum animæ est secundum rationem esse. D.1011

AD 3m dicendum, q uirtus non potest esse in irrationali parte animæ, nisi inquantū participat rationem, ut dr in 1. Ethic.† & ideo ratio, siue mens est proprium subiectum uirtutis humanę. * Par. 4. non multū remote ante fi. † C. vlt. in fi.

AD 4m dicendū, q iustitię est pro pria rectitudo, q constituit circa res exteriores, q in usum hominis ueniūt, q sunt ppria materia iustitię, vt j pa tebit: sed rectitudo q importat ordinem ad fi iē debitū, & ad lēgē diuinā, q est regula uoluntatis humanę, vt supra dictum est † cōis est omni uirtuti. * q. 60. ar. 1. & 2. & q. 57. et 58 † q. 19. a. 4.

AD

Ad 5m. dicẽdum, quòd virtute pôt aliquis male uti tanquã obiecto, puta, cũ male sentit de virtute, cũ odit eã, uel superbit de ea: nõ aũt tanquã principio usus, ita scilicet, ꝙ malus sit actus uirtutis.

Ad 6m dicẽdũ, ꝙ uirtus infusa causatur in nobis a Deo sine nobis agentibus, non tñ sine nobis consentientibus: & sic est intelligendum qđ dr̃, Quam Deus in nobis sine nobis operatur. q̃ uero per nos agunt, Deus in nobis causat, nõ sine nobis agentibus: ipse.n. operatur in omni uoluntate, & natura.

QAESTIO LVI.

De subiecto uirtutis, in sex articulos diuisa.

DEinde considerandum est de subiecto virtutis.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum uirtus sit in potentia animæ, sicut in subiecto.

¶ Secundo, Vtrum vna virtus possit esse in pluribus potentijs.

¶ Tertio, Vtrũ intellect⁹ possit esse subiectũ virtutis.

¶ Quarto, Vtrum irascibilis & concupiscibilis.

¶ Quinto, Vtrum vires appræhensiuæ sensitiuæ.

¶ Sexto, Vtrum uoluntas.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum uirtus sit in potentia animæ, sicut in subiecto.

Pal. 3. d. 33. q. 3. Medina art. 1.

284 Porrecta per totum. Sup. q. 50. art. 1. Et 3. q. 7. art. 2. cor. Et 3. d. 33. q. 2. art. 4. Et veri. q. 14. ar. 5. cor. Et veri. q. 1. art. 3 Et opusc. 41. c. 8.

AD PRIMVM sic procedit. Vr̃ ꝙ uirtus nõ sit in potentia aiæ, sicut in subiecto. Dicit.n. Aug. in 2. de lib. arb.* ꝙ uirtus est qua recte uiuitur: h viuere aũt non est per potentiã aiæ, sed per ejus essentiã, ergo uirtus nõ est in potẽtia aiæ, sed in ei⁹ essentia.

¶ 2 Præt. Philosoph. dicit in 2. Eth.* Virtus est q̃ bonũ h facit habentẽ, & opus eius bonũ reddit: sed sicut opus ꝯstituit per potentiã, ita habẽs uirtutẽ cõstituitur p essentiã aiæ. ergo uirtus non magis pertinet ad potentiã animæ, quàm ad eius essentiam. D

¶ 3 Præt. Potentia est in secũda specie qualitatis, virtus aũt est quædam qualitas, ut supra dictum est:* h qualitatis autem non est qualitas: ergo uirtus nõ est in potentia animæ, sicut in subiecto.

* lib. 2. de lib. arb. c. 18. & 19. tom. 1.
* q. præc. artic. 4. & q. 49 ar. 2.
* tex. 116. tom. 2.

SED CONTRA. Virtus est ultimum potentiæ, ut dicitur in 1. de cœlo*: sed ultimum est in eo, cuius est ultimum. ergo uirtus est in potentia animæ.

RESP. Dicendũ, ꝙ uirtutẽ pertinere ad potentiã aiæ, ex tribus pôt esse manifestũ. Primo quidẽ ex ipsa rõne uirtutis, q̃ importat perfectionẽ potẽtiæ: pfectio aũt est in eo cuius est pfectio. Scđo ex eo, ꝙ est habitus operatiuus, ut sup. dictũ est*: õis autẽ operatio est ab aĩa per aliquã potentiã. Tertio ex hoc, ꝙ disponit ad optimum: optimũ aũt est finis, qui uel est operatio rei, uel aliquid consecutum per operationẽ a potentia egredientem. vnde m uirtus humana est in potentia animæ, sicut in subiecto. E

* q. præce. art. 1.

concl. m

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ uiuere dupliciter sumitur. Quãq; enim dr̃ uiuere ipsum esse uiuentis, & sic pertinet ad essentiã aiæ, quæ est uiuenti essendi principiũ. Alio mõ uiuere dicit operatio uiuentis, & sic uirtute recte uiuitur, inquantum per eam aliquis recte operatur.

Ad 2m dicẽdũ, ꝙ bonũ uel est finis, uel in ordine A ad finẽ dr̃: & ideo cũ bonũ operantis ꝯsistat in operatione, hoc ẽt ipsum qđ uirtus operantẽ bonũ facit, refert ad operationem, & per ꝯns ad potentiam.

Ad 3m dicendum, ꝙ unum accidens dr̃ esse in alio sicut in subiecto, nõ quia accidẽs p seipsum possit sustentare aliud accidens, sed quia unũ accidens inhæret substantiæ mediante alio accidente, ut color corpori mediante superficie. d vnde superficies dicitur esse subiectum coloris, & eo modo potentia animæ dicitur esse subiectum uirtutis. D. 1145.

ARTICVLVS II.

Vtrum una virtus possit esse in pluribus potentijs.

B Medina art. 2.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr̃ ꝙ una uirtus possit esse in duabus potentijs. Habitus.n. cognoscuntur p actus: sed unus actus h progredit diuersimode a diuersis potentijs, sicut ambulatio pcedit a rõne ut dirigente, a uoluntate sicut a mouẽte, & a potentia motiua sicut ab exequẽte. ergo ẽt unus habit⁹ uirtutis pôt in plurib⁹ esse potẽtijs. 285 Porrecta per totum. Inf. q. 60. art. 5. cor.

¶ 2 Præt. Philosoph. dicit in 2. Eth.* ꝙ ad uirtutẽ tria h requiruntur. s. scire, uelle, & immobiliter operari: sed scire pertinet ad intellectũ, uelle ad uoluntatẽ. ergo uirtus potest esse in pluribus potentijs. *ca. 4. t. 5.

C ¶ 3 Præt. Prudentia est in h rõne, cũ sit recta rõ agibilium, ut dr̃ in 6. Eth.* est ẽt in uoluntate, h q̃a nõ potest esse cum uoluntate peruersa, ut in eodẽ lib.* dicit. ergo una uirtus pôt esse in duabus potentijs. *ca. 5. t. 5. 7. *ca. 12. in fin.

SED CONTRA. Virt⁹ est in potẽtia aiæ sicut in subiecto: sed idẽ accidẽs nõ pôt esse i plurib. subiectis. ergo una uirt⁹ nõ pôt esse in plurib. potẽtijs aiæ.

AD 2m dicendū, q̄ in uirtuoso non oportet q̄ uigeat usus rationis quantum ad oīa, sed solū B quantū ad ea, quæ sunt agenda sm̄ uirtutē: & sic usus rationis uiget in omnibus uirtuosis. unde etiam, qui uidētur simplices, eo

nio, q̄ sit: secundo, quō sit quod. n. prudentia essentialiter pēdeat ab appetitu recto, probatur ex 6. Ethi. dupliciter primo ex opp̄ositis eius: secundo ex proprio actu. Oīs igitur habitus in rōne solum modo non sit congenitus ut habitus principiorū est obliuio, ut patet: prudentia non est obliuio, ut patet ibi: ergo prudentia non est habitus cū rōne solum. ¶ Præterea, Delectatio & tristitia, & similiter malitia est corruptiua principij prudētiæ, ut patet in 6. Ethi. sed hæc pendēt ad appetitū: ergo prudētia pēdet ex appetitu dein de p̄suadēte recta. Actus proprius prudentiæ est recte præcipere circa agibilia. ergo prudentia pēdet ex appetitu recto. Antecedēs quo ad oēs partes p̄batur primo, q̄ præcipere sit actus prudentiæ patet ex 6. Ethic. ubi dicitur, quòd prudentia est præceptiua. Secundo, quòd recte præcipere, quia alioquin non esset uirtus præceptiua, nisi determinaret ad recte præcipiendum. Tertio, quòd proprius & præcipuus ipsius sit actus, quia conuenit ei ut distinguitur à suis partibus, & est consummatio cæterorum actuū, patet manque in 6. Ethi. quòd Arist. primo prudentiam indistincte à suis partibus uenatus ponit ipsam esse consiliatiuam &c. postmodū distinguens ipsam à suis partibus & distribuens singulis sua officia, expresse dat eubuliæ recte consiliari, gnomi aūt, & syneli recte iudicare: prudentiæ autem recte præcipere. hi enim actus omnes sunt prudentiæ, & secundum has partes ei conueniunt. Cōstat quoque, quòd de agendis non est consummata rō per consilium, & iudicium: sed oportet præceptum rectū superuenire, quando oportet, & cæt. propter cuius defectū multos uidemus non operari prudenter, ut consulentes & iudicantes, præcipere ergo recte est proprius, & præcipuus prudentiæ actus. Consequentia autem probatione non eget, quia sicut præcipere non est intelligibile quin dependeat ab appetitu, præcipit n. quilibet uolens: ita recte præcipere sibijpsi in huiusmodi moralibus, non est nisi à recto appetitu. Et hoc est absque dubio tenendum: quomodo autem hoc fit, manifestatur ex ipso actu, & principio. Cū aliquis prudenter se habet ad ea, quæ alimentaria à cibo, & potu sunt, non ideirco prudenter se habet, quia recte discurrit circa qualitatem, & quantitatē, & tempus sumendi cibi aut potus &c. nec quia recte iudicat in ordine ad conditionem suam &c. sed quia recte inuenta, & iudicata sibijpsi præcepto imponit. D Præcepto autem dico, non quo animus imperfecte imperat sibi uelleitatem quandam sicut accidit tepidis in uia uirtutum, qui uellent quidem actus uirtutū, sed in ueritate non uolunt: sed quo animus perfecte sibi imperat, nō quia uelle, sed quia uult, ut Aug. disputauit octauo Confessionum. Cum aūt perfecte sibi ipsi imperat animus appetere, sumere, talem, tali hora, propter bonum rationis &c cibum, & potum, oportet quòd hoc actuale imperium ab actuali appetitu boni rationis in tali materia nunc, hic &c. procedat. Nisi enim uellet nunc, hic, hoc bonum &c. non perfecte præciperet. & quoniam ex similibus actibus similes habitus generantur, & sicut actus ab actu, ita habitus ab habitu pendet, ideo ex frequentatis huiusmodi actibus generatur habitus similis. s. recte præcipiendi in huiusmodi. & dependens ab habitu rectū reddente appetitum ad finem, ad quē prudens imperat, bonū s. rationis in tali materia, hic nunc, mihi &c. Rursus cum multo consilio, & recto iudicio definerim tale bonum, puta temperantiæ, E uel mansuetudinis esse uolendum, & sectandū nō propterea mihi imponendum, nunc, hic, . . . sicut uideb . . . s. secundum appetitum dispositus sim. Experior enim q̄ famelico, aut bibundo, aut irato aliud ui efficax ter prosequēdum, q̄ non appetenti: & non appetenti impero mihi abstinentiā, aut mansuetudinem, appetenti autem prosecutionem. & hoc, quia qualis unusquisque est, talis ei uidetur finis, quo ad prosecutionē quæ consistit in præcepto, ut ex supradictis de ordine actuum uoluntatis patet. Vnde cum prudentia habitus sit me ad præcipiendum mihi ipsi consona recto fini moralium actuum meorum, & qualis sum secundum appetitum meum talis mihi uidetur finis, consequens est, quòd huius meus inquantum apparens mihi principium meæ prudentiæ, ex æqualiter mei secundum appetitum dependeat: & sic prudentia non est in ratione absolute, sed in ordine ad appetitū & essentialiter dependet ab appetitu, à quo pendet præceptum eius actus, & uariatur appetitu

A finis eius principium. Et nota q̄ licet utraq; uia ex parte s. actus & ex parte principij prudentiæ habeatur dependentia eius ab appetitu: quia tn̄ prima uia dependentiam ab appetitu intellectiuo, à quo pendet imperium: secunda aūt dependentiā ab appetitu simpliciter siue intellectiuo, siue sensitiuo, ut est perfectus moraliter, ondit: nō tam Arist. in 6 Ethi. q̄ author hic sc̄da uia usus est ad declarandā dependentiā prudentiæ ab appetitu, & merito: qa dependentiā à uirtutibus moralibus tractāt q̄ non in solo intellectiuo appetitu sunt. Ego aūt paululū forte digressus sū, ut subuenirē imbecillitati nō penetrantiū naturas horum habituum, ne fallantur loquentes de tali uirtute intellectuali, in intellectu sū sistendo.

¶ Circa conclusiones eorundem ultimorum artic. eiusdē q. 58. aduerte, q̄ inclusio uirtutis intellectualis, puta prudentiæ in morali, manifesta ualde est ex diffinitione uirtutis 2. Ethi. Et q̄uis neminem uideatur habere contradictorem, habet tn̄ difficultatem: quia, ut dictum est ex 6 Eth. & hic, uirtutis moralis est tendere in finem principium prudentiæ: principium autem nō dependet a principato, nec prius a posteriori. uirtus igitur moralis non pendet à uirtute intellectuali, quæ est prudentia. Inclusio autem uirtutis moralis in intellectuali, prudentia. s. & habet C Scot. loco allegato oppositum, quia prius non dependet à posteriori: prudentia autem est prior, tum quia est dictamen rectū, ut dictum fuit: tum quia dictat de fine particulari, & his, q̄ sunt ad finem: tum quia non est assignari actum, quo generetur, nisi uirtutis. s. moralis, & sua prudentia. quia nec intellectus, nec uoluntatis & habet difficultatem propter hoc, quòd medium uirtutis moralis præstituitur à prudentia, ut patet ex diffinitione uirtutis moralis, & experientia: medium aūt est finis uirtutis moralis. uirtus ergo moralis non principiat prudentiam: sed econuerso prudentia dat ei finem principium in moralibus.

¶ Ad euidentiam horum essent multa dicenda quorū quædam ad q. 76. art. 3. ad tertium spectant, quædam ad q. 47. 2. a. Vnde cum intendam in proprijs locis singula discurrere, pro nunc supponendo doctrinam authoris declarandam inferius, scito q̄ sicut in intellectu speculatiuo sunt duo habitus, scilicet intellectus, & scientia, & scientia uires propositionibus pertinenti- D bus ad intellectum demonstrat ex euidentia illarum propositionum, & discursu syllogistico: ita est in intellectu practico etiam in materia agibilium, si in puro intellectu statur. Ex synderesi enim, qui est habitus principiorum in intellectu practico respectu agibilium, & recta ratione, infra limites intellectus syllogizādo, concluditur uerum: sed quoniam iudicium tale non nisi de uniuersalibus haberi posset, singularia enim uariabilia, & incerta sunt, iudiciumque infallibile nō suscipiunt, & prudentia circa singula semper recta est ratio, alioquin uirtus non esset: adeo intellectus practicus circa agibilia, licet habere possit scientiam moralem infra limites intellectus consistens, tn̄ nunquàm habebit rectā rōnem agibilium particulariū hic, nunc &c. qd est habere prudētiam, nisi in ordine ad appetitū, ut superius dictū fuit. Est aūt ordo talis in hmōi agibilibus, Primo est synderesis in intellectu dictans, & præstituens uirtuti morali suum obiectum, quod est finis: propositiones enim, quæ sunt principia in E agibilibus ex fine, qui habet rationem principij in operabilibus conficiuntur: & sic uirtus moralis, ad quam spectat tendere in finem præcognitum, ad finem præstitutum sibi à synderesi tēdit actu, qui uocatur uelle uel intentio in uoluntate, & in appetitu sensitiuo appetitus per modū intentionis. Tertio loco uenit prudentia habens se ad synderesim, sicut scientia ad intellectū in speculatiuis prudentia autem cum sit recta ratio, cuius est discurrere, utitur duabus præmissis. quæ sunt principia cōclusionis. Prima præmissa est propositio spectans ad synderesim, uerbi gratia. Bonum rōnis tam in passionibus, quàm operationibus est prosequendum. Secunda uero præmissa est pars cuius . . . s. Bonum rationis, nunc, hic, saluatur in tali, tanta &c. audacia, uel ira. Et tunc sequitur conclusio præceptiua non in actu signato, idest, ergo hoc est mihi non præcipiendum, eligendum, prosequendum: sed in actu exercito. s. ergo actualiter fiunt in exercitio iudicij, præcepti, electionis, prosecutionis. hoc enim est, qd multos decipit in hac materia, quoniam propositiones istæ in synde-

synderesis, quàm prudentiæ in actu signato disputatur. Etsi F oportet intueri naturam, & uim earum in actu exercito. A prima autem præmissa ad secundam non est ordo immediatus in istis, sicut est in speculatiuis: sed à propositione, quæ est prima præmissa, prouenit in appetitu motus eius rectus in finē: & sic ab appetitu, & pmissa illa puenit veritas secundæ pmissæ, quæ est particularissima: quia ex dispositione mea secundum appetitū puenit, quod mihi cōuenit talis sinis in particulari, puta, tale bonū, oēe, hic &c. Et de hac pmissa intelligitur illud tertij Ethicorum. Qualis vnusquisque est talis finis uidetur ei. & sequitur cōclusio conformis minori ppositioni, scilicet cōsistens in actu intellectus ab appetitu. scilicet iudicium de his, quæ sunt ad finē, putatiua nūc pceptiua illā, & deinde actus appetitus in ordine ad intellectū. scilicet electio. In hoc autē ordine si quis inspiciat & unicuique ppria sua tribuere uelit, dicet quod prudentia attendit secundum suū ppriū, & pceptiuū, actum qui est recte pcipere, & ipse est principiū rectæ electionis: ideo uirtus moralis, eius attribuit electio p pprio actu, ut

quod carent mundana astutia, possunt esse prudētes, secundum illud Matt. 10. Estote prudentes sicut serpētes, & simplices sicut columbæ.

AD 3m dicendū, quod naturalis inclinatio ad bonū uirtutis est quædam inchoatio uirtutis, non autē est uirtus pfecta. huiusmodi enim inclinatio quanto est perfectior, G tanto potest esse periculosior, nisi recta rō adiungatur, p quā fiat recta electio eorum, quæ conueniunt ad debitum finem: sicut equus currens si sit cæcus, tanto fortius impingit, & lædit quanto fortius currit: & ideo etsi virtus moralis nō sit ratio recta, vt Socrates dicebat, non tamen solum est secundum rōnem rectam, inquantum inclinat ad id quod est secundum rōnem rectam, ut Platonici posuerunt, sed etiā oportet quòd sit cū ratione recta, ut Aristoteles dicit in 6. Ethi.*

*Cap. vlt. par. in a medio to mu 5.

F finitione dum dicitur quod est habitus electiuus, implicite dictum est, quòd & intentiuus finis est. Et per hæc patet responsio ad omnia obiecta duobus duntaxat exceptis. scilicet quomodo prudentia det medium uirtuti morali, et non finem, cum medium sit inter quo fin. uel generetur. Et illud quidem inferius in q. 66. dicetur, ac postmodum in secunda secundæ q. 47. consummabitur Deo duce & diuo Tho. intercedente. Hæc autem Scotica quæstio facile patet ex eo, quod actus isti intellectus, & uoluntatis non solum simul fiunt, sed unus & idē numero actus est actus utriusque: diuersimode tamen præcipere enim est actus intellectus formaliter, appetitus autem uirtualiter. & similiter electio est actus appetitus formaliter, intellectus uero uirtualiter, ut ex supradictis de actibus uoluntatis patet. Nullum igitur inconueniens est ab actibus unum duplicē habentibus, duas fieri simul actiones.

500 Porrella per totum.

ARTICVLVS V.

Vtrum intellectualis virtus possit esse sine morali.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod uirtus intellectualis possit esse sine uirtute morali. Perfectio enim[h] prioris nō dependet à pfectione[h] posterioris: sed rō est prior appetitu sensitiuo & mouens ipsum ergo uirtus intellectualis, quæ est pfectio rōnis, nō depēdet à uirtute morali, quæ est pfectio appetitiuæ partis, potest ergo esse sine ea.

¶ 2 Præt.[b] Moralia sunt materia prudentię sicut factibilia sunt materia artis: sed ars pōt esse sine H ppria materia, sicut faber sine ferro, ergo, & prudētia pōt esse sine uirtutib[9] moralibus, quamuis tamen inter oēs itellectuales uirtutes maxime moralibus coniuncta vr.

SVPER Q. LVIII. ART. V.
Cap. 3. d. 36. q. 1. con. 1. Medina ar. 5.

CIrca dicta in articulo 5. eiusdem q. 58. ut subueniat magis Nouitijs, & in principijs non relinquatur obscuritas, scribendum occurrit de particularitate, quomodo, & quare appetitus talis facit iudicium tale de fine, quod est declarare illam maximam tertij Ethic. Qualis unusquisque est, talis ei finis uidetur. Sciendum est igitur, quod appetitu affecto ad aliquid, puta ad uindictam, ex hoc ipso quod afficitur ad illud, duo simul fiunt: nā ipse fit ipsa affectus ad uindictam, & in uindicta consurgit relatio conuenientiæ ad talem appetitum, ita quòd uindicta incipit esse, & est conueniens tali appetitui, quæ prius non erat conueniens non propter mutationem in uindicta, sed in appetitu. Cōsonantia autem uindictæ appetitui in intellectu, consurgit quod ratio iudicet eam conuenientem ex hoc, quod ratio mouetur ab appetitu sic affecto. Quia enim ratio mouetur ab appetitu, fit in ratione passiua motio. & consequanter, quia ab appetitu sic affecto mouetur ratio, fit in ratione passiua motio consonans illi affectioni, & sic ab appetitu affecto fit proportionaliter rō, ut substat appetitui tanquam affecta, & conueniens uindictæ. Et sic, quemadmodum gustus affectus amaritudine iudicat omnia amara, ita ratio infecta, uel bene affecta iudicat secundum illā immutationem, qua ab affecto appetitu mouetur, ita quod intus existens, quod prohibet extraneum, inuenitur non solum in iudicante secundū appetitum, sed etiam secundum rationem, ut substat appetitui. Io cuius signum ratio à tali affectione aut non mota, ut accidit sedata passione: aut non sufficienter mota, ut accidit passione nō pra ualenta: quamuis surgente, aut recte iudicat, aut à recto iu-K dicio non omnino declinat, ut experientia testatur. Et quia prudentia est in rōne, ut substat appetitui, ut supra didicimus, ideo appetitus affectio corrumpit æstimationem prudentiæ redundando in rationem ut eius subiectum, & non corrumpit æstimationem artis, neque Geometriæ, ut dicitur in 6. Ethic. Præsentata igitur per intellectum, nouiter uindicta appetitui, quia rōnalis potentia est ad utrumlibet, & determinatur à prohæresi appetitus, sua se libertate determinat ad uindictam affectandu illā, & ex hoc comitatur iudicium rationis quandoque falsum, 96 & ex affectio uindictæ est contra rationem rectam, & iudicat ratio ab affectu infecta uindictam ut conuenientem. & hic sequitur conclusio præceptiua quod fiat. hanc autem causam ex parte rationis uersis subiectum prudentiæ assignatam, adiuuant duæ aliæ causæ, altera ex parte obiecti, altera ex parte communis inclinatio nis uirtutum animæ. ex parte siquidem obiecti, quia ex ipsa appetitus immutatione constituitur in esse uero, dū uindicta est ut se conueniens appetitui sic affecto. constat tanquam intellectu naturali-

[h] priori a medio ... gis. Nouitijs ...

pater ea sua diffinitione, pēdet necessario ea prudētia. & rursus quia ipsum recte pcipere pendet ab appetitu recto uerificante, minorē propositionē, quæ est præceptiuæ cōclusionis principium proximū, cōsequēs est, quod prudentia pēdeat ab appetitu recto.

¶ Ad prælibandum autē, quomodo circa obiecta ueritas se habeat, inspicito in eodem ordine, & aduerte quod tam uirtus moralis, quàm prudentia plures actus habet. Virtus enim moralis habet primo actum intētionis, seu simplicis appetitus respectu sui obiecti, quod est finis. scilicet bonum rationis, quod est principium prudentiæ habet deinde actum electionis circa materiam consonā I finis. scilicet passiones, uel operationes tantas, tales, &c. & rōne primi actus præcedit prudentiam, immo uerificat eius minorē, & cōclusionem: ratione secundi dependet etiam à conclusiuoe prudentiæ. scilicet præcepto. ipsa similiter prudentia habet primum actū iudicij practici in particulari agibili, quod non est scibile, quia contingens: & secundum hunc actum uerificatur de ea, quòd recte iudicat de fine, & similia: & ratio est, quia ut dictum est, etiam minor propositio est inter principia prudentiæ, & ex fine cōsiciatur. Habet deinde duplicem actum ut conclusionē, iudicium. scilicet de his, quę sunt ad finem, & præceptum eorundem eligendorū utrunque: enim ex fine particularissimo concluditur, & clauditur in iudicio præcipiente, & secundū hos actus determinat & dat medium uirtuti morali, concludendo tantā iram, nunc, hic &c. assumendam, & præcipiendo illam, & secundum hos actus, cū dependeant ex minori prudentia ex appetitu, maior etiam pendet ex appetitu recto: & quia secundum hos actus est principium electionis rectæ, talis, tantæque materiæ: ideo est principium uirtutis moralis: & sic uirtus moralis in solo actu electionis pendet à prudentia. prudentia autem pendet & quo ad actum iudicij de fine particularissimo, & mediante hoc quoad actum iudicij de his, quæ sunt ad finem, & quoad actum præcepti dupliciter, scilicet mediante dependentia iudicij de fine, & secundum se: quia de ratione eius est, quod sit actus intellectus moti ab appetitu. Et si quis tibi dixerit, quòd uirtus moralis non est habitus electiuus in medio consistens &c. ac per hoc intentio finis præcedens prudentiam, non spectat ad uirtutem moralem: dic, quòd in electione ipsa clauditur intentio finis, quoniam electio est eorum quæ sunt ad finem propter finem: & bene se habere eligendo, & appetendo finem, sic habent sicut motus ad medium, et terminum. Constat autem, quod pp eandem naturam tendit aliquid in medium, et terminum. unde eadem est uirtus, qua appetitus recte dirigitur in finem recte, et ea, quæ sunt ad illum: propter quod in dif-

naturaliter inclinari in nerum. Et licet ex hoc nō fiat obiectū cōueniens, & uere ū, nisi sc̄d̄m quid, & ppa cōtingat errare intellectū, iudicando uindictā conuenientē simpliciter, idest, sine additione, q tñ non est conueniens nisi sc̄d̄m quid, qa appetitui sic affecto ubi nonnullā tñ verū est, uerū sc̄d̄m quid, attractiuamq; participat uim intellectus ad se, & sic affectione appetit⁹ ad vindictā, cōstituitur ipsa uindicta in esse uere cōuenientis sc̄d̄m qd, & apparenter consequētis simpliciter: qm̄ appetitus aīalis ē primo totius suppositi, ac p hoc consequens uere appetitui offert, ut cōsequens simpliciter ipsi appetēti &c. Ex parte uero cōis inalinationis uir.ū animæ, dū eas expetim videmus prōptas ad operandum consonæ affectioni prædominanti. Apparet.n.in infirmis sitientibus, q præsentant eis oēs aquæ, quas unq̄ām uiderunt: & concupiscentibus simulacra delectabiliū ēt importuna occurrunt, tanquàm natura inditū sit, ut obsequiū prædominanti affectioni, præstent aīæ uires, inter quas cōstat apprehensiuam uim esse. In cuius signū irato absque deliberatione p̄sentatur statim uindicta, seu punitio tanquàm cōueniens. Sic ergo fit, ut qualis unusquisq; est, talis ei videatur finis: & sic appetitus corrūpit æstimationē prudētiæ.

*Ca. 9. to. 6.
*Ca. 9. circa fin. to. 5.
concl.

¶3 Præt. Prudentia est uirtus bene ꝯsiliatiua, ut dr̄ i 6. Ethi.* sed mul i bñ cōsiliant, qbus tñ uirtutes morales desunt. ergo prudētia p̄t eē sine uirtute morali.

Sed contra. Velle malū facere opponit̄ directe uirtuti morali, nō aūt opponit̄ alicui, qd̄ sine uirtute morali eē pōt: opponit̄ aūt prudētiæ, q uolens peccet, ut dr̄ i 6. Ethi.* n̄ ergo prudētia pōt esse sine uirtute morali.

Resp. Dicendū, q[m] aliæ uirtutes itellectuales sine uirtute morali esse possunt: sed prudētia sine uirtute morali esse nō pōt[n]. cuius ratio est: quia prudētia est recta ratio agibiliū, nō aūt solū in uniuersali, sed ēt in particulari, in quib. sunt actiones: recta aūt ratio p̄exigit principia, ex quib. ratio procedit. oportet aūt rōnem circa particularia p̄cedere nō solū ex principijs uniuersalib. sed ēt ex principiis particularib. Circa principia quidē uniuersalia agibilium, hō recte se hēt p naturalem intellectum principiorū, p quem hō cognoscit, q nullū malum est agendū, vel ēt p aliquam scientiā practicā: sed hoc non sufficit ad recte ratiocinandū circa particularia. Contingit.n. qñq; q hmōi uniuersale principium cognitum p intellectum, uel scientiā corrūpitur in particulari per aliquā passionē: sicut concupiscenti, qñ concupiscentia uincit, vr̄ hoc esse bonū qd̄ concupiscit, licet sit ꝯ uniuersale iudicium rōnis. Et iō sicut hō disponitur ad recte se habendū circa principia uniuersalia p intellectum naturalem, uel p habitū scientiæ: ita ad hoc q recte se habeat circa principia particularia agibiliū, quæ sunt fines, oportet q perficiatur per aliquos habitus, sm̄ quos fiat quodāmodo hoī connaturale recte iudicare de fine, & hoc fit per uirtutem moralem. Virtuosus enim recte iudicat de fine uirtutis; quia qualis unusquisq; est, talis finis uidetur ei, ut dicitur in 3. Eth.* & ideo ad rectam rationem agibilium, quæ est prudentia, requiritur quòd homo habeat uirtutem moralem.

*Ca. 4. to. 5.

Ad primum ergo dicendum, q ratio sc̄d̄m qd̄ est apprehensiua finis, præcedit appetitum finis: sed appetitus finis præcedit rōnem ratiocinantem ad eligēdū ea, q̄ sunt ad finem, qd̄ pertinet ad prudentiam: sicut ēt in speculatiuis, intellectus principiorum est principium rationis syllogizantis.

Ad 2[m] dicendum, q principia artificialium non dijudicantur à nobis bene, uel male sc̄d̄m dispositionem appetitus nostri, sicut fines, qui sunt moralium principia, sed solum per considerationem rōnis: & ideo ars non requirit uirtutem perficientem appetitum, sicut requirit prudentia.

Ad 3[m] dicendum, q prudentia nō solū est bene consiliatiua, sed ēt bene iudicatiua, & bene p̄ceptiua, qd̄ esse non pōt, nisi remoueatur impedimētum passionū corrumpentium iudiciū, & præceptū prudentiæ, & hoc per uirtutem moralem.

QVAESTIO LIX.

De distinctione uirtutum moralium secundum comparationem ad passionem, in quinque articulos diuisa.

Deinde cōsiderandū est de distinctione moraliū uirtutum adinuicem.

Et quia uirtutes morales, q̄ sunt circa passiones, distinguunt̄ sm̄ diuersitatē passionum, oportet primo considerare in communi comparationē uirtutis ad passionem. Secūdo distinctionē moraliū uirtutum sm̄ passiones.

Circa primum quæruntur quinque.

¶Primo, Vtrum uirtus moralis sit passio.
¶Scd̄o, Vtrū uirtus moralis possit esse cū passione.
¶Tertio, Vtrum posit esse cum tristitia.
¶Quarto, Vtrū oīs uirt⁹ moralis sit circa pasiones.
¶Quinto, Vtrum aliqua uirtus moralis posit esse sine pasione.

SVPER QVAEST. LIX.

In tota q. 59. nihil scribendū occurrit, nisi in 1. art. in ressione ad primum monere, q uirtus moralis materiam suā, puta, passiones, uel operationes eligit sc̄d̄m quosdam limites, sub quibus formā medij suscipiunt: & ppea in litera dr̄, q uirtus moralis non est sc̄d̄m essentiam media inter passiones, sed sc̄d̄m effectum: quia s. inter passiones cōstituit medium, eligendo eas in illa quātitate &c. quæ in medio sc̄d̄m rationem constituuntur. hoc enim effectus uirtutis moralis est.

Articvlvs primvs.

Vtrum uirtus moralis sit passio.

Medina art. 1.

Ad primvm sic procedit̄. Videtur q uirtus moralis sit pasio.[h] Medium.n. est eiusdem generis cum extremis. sed uirtus moralis est medium inter pasiones. ergo uirtus moralis est pasio.

Porrecta. per totum 3. dis. 23. q. 1. art. 3. q. 2.

¶2 Præt.[h] Virtus, & uitiū, cū sint contraria, sunt in eodē genere: sed q̄dā pasiones uitia esse dicunt̄, ut inuidia, & ira. ergo ēt q̄dā pasiones sunt uirtutes.

¶3 Præt. Misericordia, quædā[h] pasio est: est enim tristitia de alienis malis, ut supra dictū est.* hāc autem Cicero locutor egregius, nō dubitabit appellare uirtutem, ut Aug. dicit in 9. de ciuita. Dei.† ergo pasio potest esse uirtus moralis.

*q. 35. art. 8.
†Ca. 5. circa mediū to 5.

Sed contra est, quod dr̄ in 2. Ethicor.* quòd pasiones neque uirtutes sunt, neq; malitiæ.

*ca. 5. to. 5.
concl.

Respon. Dicendum, q[m] uirtus moralis non pōt esse pasio: & hoc patet triplici ratione. Primo quidem, quia pasio est motus quidam appetitus sensitiui, ut supra dictum est:* uirtus aūt moralis nō est motus aliquis, sed magis principium appetitiui motus, habitus quidā existens. Secundo, quia pasiones ex seipsis non habent rōnem boni, uel mali. Bonum enim, uel malū hominis est secundum rōnem. unde pasiones secundū se consideratæ se habēt: &

*q. 22. art. 3.

adbo-

ad bonũ, & ad malũ, ſm quod pñt conuenire rõni, uel nõ conuenire: nihil aũt tale põt eſſe virtus, cum virtus ſolũ ad bonũ ſe habeat, vt ſ. dictum eſt.* Tertio, quia dato q̃ aliqua paſſio ſe habeat ad bonum ſolũ, uel ad malũ ſolum ſm aliquẽ modũ: tñ motus paſſionis inquantũ paſſio eſt, principiũ hẽt in ipſo appetitu, & terminũ in rõne, in cuius ↄformitatẽ appetitus tẽdit. motus aũt uirtutis eſt econuerſo, principiũ hñs in rõne, & terminũ in appetitu, ſm qd̃ à rõne mouet. vñ in diffinitione uirtutis moralis dr̃ in 2. Eth.* q̃ eſt habitus electiuus in medietate ↄſiſtẽs, determinata rõne, put ſapiẽs determinabit.

*q. 55. a. 5.
*cap. 6. a med. 10. 5.

F

Ad primvm ergo dicendũ eſt, q̃ uirtus ſm ſuam eſſentiã, nõ eſt mediũ inter paſſiones, ſed ſm ſuum effectum, quia. ſ. inter paſſiones medium conſtituit. G

Ad 2m dicendum, q̃ ſi vitiũ dicatur habitus, ſm quẽ quis male operatur, manifeſtũ eſt q̃ nulla paſſio eſt uitiũ. ſi uero dicaẽ uitiũ pctm̃, q̃ eſt actus uitioſus, ſic nihil prohibet paſſionẽ eſſe uitiũ, & ecõtrario cõcurrere ad actũ uirtutis, ſm qd̃ paſſio, uel contrariatur rationi, uel ſequitur actum rationis.

Ad 3m dicendum, q̃ miſericordia dr̃ eſſe uirtus, ideſt, uirtutis actus, ſm quod motus ille animi rõni ſeruit, qñ. ſ. ita præbet miſericordia, ut iuſtitia conſeruetur, ſiue cũ indigenti tribuiẽ, ſiue cũ ignoſciẽ H penitenti, ut Aug. dicit ibidẽ.* ſi tñ miſericordia dicatur aliquis habitus, quo hõ perficiẽ ad rõnabiliter miſeredũ, nihil prohibet miſericordiã ſic dictã, eſſe uirtutẽ. Et eadẽ eſt rõ de ſimilibus paſſionibus.

*lib. 9. de ciu. Dei, cap. 5. in me. 10. 5.

ARTICVLVS II.

Vtrum virtus moralis poſſit eſſe cum paſſione.

Medina art. 2.

1 2a Porrecta per totum. 1. q. 95. a. 2. ad 2. Et 2. 2. q. 58. a. 9. Et 4. diſt. 14. q. 1. ar. 2. q. 2. ad 3.

AD secvndvm ſic proceditur. Vr̃ q̃ virtus moralis cũ paſſione eſſe nõ poſſit. Dicit. n. Philoſ. in 4. Top.* q̃ mitis eſt, qui nõ patiẽ, patiẽs aũt, qui patiẽ, & nõ deducitur: & eadẽ rõ eſt de oĩbus uirtutibus moralib. ergo oĩs uirtus moralis ẽ ſine paſſiõe. I ¶ 2 Præt. Virtus eſt quædã recta habitudo animę, ſicut ſanitas corporis, ut dr̃ in 7. Phyſ. † vnde virtus quædã ſanitas animæ eſſe vr̃, vt Tullius dicit in 4. de Tuſcul. quæſt. ● Paſſiones aũt animæ dicuntur morbi quidã animæ, ut in eodem lib. Tullius dicit.† Sanitas autem non compatitur ſecum morbum. ergo neq; uirtus compatitur animæ paſſionem. ¶ 3 Præt. Virtus moralis requirit perfectum vſum rõnis ẽt in particularibus: ſed hic ẽt impedit p paſſiones. dicit. n. Philoſ. in 6. Eth.* q̃ delectationes corrumpunt exiſtimationẽ prudentiæ. & Saluſtius dicit in Catilinario, † q̃ non facile uerum perſpicit K animus, ubi illa officiunt, ſcilicet animi paſſiones. uirtus ergo moralis non poteſt eſſe cum paſſione.

*li. 4. Top. c. 5. parũ a principio.
† li. 7. Phyſic. tex. 17. 10. 2.
● lib. 4. in fol. 6. a prin. lib.
† lib. 4. in fol. 3. a prin li. 6. in ſequẽ.
*li. 6. Eth ca. 5. poſt medium 10. 5.
† In coniur. Catilinæ I uiũ Cæſa ●ãt n. principium.

Sed contra eſt, qd̃ Aug. dicit, in 14. de ciui. Dei. ● Si puerſa eſt uoluntas, puerſos habebit hos motus. ſ. paſſionũ: ſi aũt recta eſt, nõ ſolũ inculpabiles, uerũ ẽt laudabiles erunt: ſed nullũ laudabile excluditur per uirtutem moralem. uirtus ergo moralis non excludit paſſiones, ſed poteſt eſſe cum ipſis.

● li. 14. de ciui. Dei ca. 6 & 9. 10. 5.

Resp. Dicẽdum, q̃ circa hoc fuit diſcordia inter Stoicos, & Peripateticos, ſicut Aug. dicit 9. de ciui. Dei.* Stoici enim poſuerunt, q̃ paſſiones animæ non pñt eſſe in ſapiẽte, ſiue uirtuoſo: Peripatetici uero, quorũ ſectã Ariſt. inſtituit, ut Aug. dicit in 9. de ciuit. Dei.* poſuerunt, q̃ paſſiones ſimul cũ uirtute morali eſſe pñt, ſed ad medium reductæ. Hæc aũt diuerſitas, ſicut Aug.* ibidem dicit, magis erat ſm uerba, q̃ ſm rerum ſentẽtias. Quia. n. Stoici nõ diſtinguebant inter appetitum intellectiuum, qui eſt uolũtas, & inter appetitũ ſenſitiuũ, qui per iraſcibilẽ, & concupiſcibilẽ diuiditur, non diſtinguebant in hoc paſſiones aiæ ab alijs affectionibus humanis, q̃ paſſiones aiæ ſint motus appetitus ſenſitiui: aliæ uero affectiones, quæ nõ ſunt paſſiones aiæ, ſunt motus appetitus intellectiui, qui dr̃ uoluntas, ſicut Peripatetici diſtinxerunt: ſed ſolũ quantũ ad hoc, q̃ paſſiones eſſe dicebant quaſcunq; affectiones rõni repugnantes, q̃ ſi ex deliberatione orianẽ, in ſapiẽte, ſeu in uirtuoſo eſſe non pñt. ſi aũt ſubito oriantur, hoc in uirtuoſo põt accidere, eo q̃ animi uiſa, quæ appellant phantaſias, non eſt in ptãte noſtra utrum aliqñ incidant aio: & cum ueniunt ex terribilibus rebus, neceſſe eſt ut ſapientis aĩum moueant, ita, ut paulisper, uel paueſcat metu, uel triſtitia ↄhatur tanquã his paſſionib. præuenientibus rõnis officium: nec tñ approbant iſta, eiſque cõſentiunt, ut Aug. narrat in 9.* De ciuit. Dei, ab Aulo Gell. dictũ. Si igitur paſſiones dicanẽ inordinatę affectiones, non pñt eſſe in uirtuoſo, ita q̃ poſt deliberationem eis conſentiaẽ, ut Stoici poſuerunt. Si uero paſſiones dicanẽ quicunq; motꝰ appetitus ſenſitiui, ſic pñt eſſe in uirtuoſo, ſm qd̃ ſunt à ratione ordinati. vnde Ariſt. dicit in 2.* Eth. q̃ non bene quidã determinant uirtutes impaſſibilitates quaſdã, & quietes, qm̃ ſimpliciter dicunt: ſed deberent dicere, q̃ ſunt quietę à paſſionibus, quę ſunt ut non oportet, & quando non oportet.

*ca. 4. 10. 5.
*eod. lib. 9. c. 4. nõ pc. a principio. 10. 5.
*loco nũc dicto ante medium cap.
*ca. 4. ante medium 10. 5.
*eod. in
*ca. 5. parũ ante med. 1. 5.

Ad primvm ergo dicendũ, q̃ Philoſophus exemplum illud inducit, ſicut & multa alia in libris logicalibus, non ſm opinionem propriam, ſed ſcd̃m opinionem aliorum. Hæc aũt fuit opinio Stoicorum, q̃ uirtutes eſſent ſine paſſionibus animæ, quã Philoſophus excludit in 2.* Ethic. dicens, Virtutes non eſſe impaſſibilitates. Poteſt tamen dici, q̃ cum dicitur, quòd mitis non patitur, intelligendum eſt ſecundum paſſionem inordinatam.

*c. 3. 10. 5.

Ad 2m dicendũ, q̃ ratio illa, & omnes ſimiles, quas * Tullius ad hoc inducit in libro de Tuſculanis quęſtionibus, procedit de paſſionibus ſecundũ quod ſignificant inordinatas affectiones.

*li. 4. fol. 3. a prin lib. & ſeq.

Ad 3m dicendũ, q̃ paſſio pręueniens iudicium rõnis, ſi in animo pręualeat ut ei conſentiatur, impedit conſiliũ, & iudiciũ rationis: ſi uero ſequatur quaſi ex ratione imperata, adiuuat ad exequendũ imperium rationis.

ARTICVLVS III.

Vtrum virtus moralis poſſit eſſe cum triſtitia.

Medina art. 3.

AD tertivm ſic proceditur. Videẽ q̃ uirtus cum triſtitia eſſe nõ poſſit. Virtutes. n. ſunt ſapiẽtię effectus, ſm illud Sapien. 8. Sobrietatẽ, & iuſtitiam docet, ſcilicet diuina ſapientia, prudentia, & uirtutẽ: ſed ſapientię ↄuictus nõ hẽt amaritudinẽ, ut poſtea ſubdit. ergo nec uirtutes cũ triſtitia eẽ pñt.

303 Porrecta per totum. 2. 2. q. 58. ar. 9. Et 4. d. 14. q. 1. ar. 1. q. 2. ad 3.

¶ 2 Præt.

¶2 Præ. Tristitia ē ipedimētū operatiōis, ut patet p Philos. 7. & 10. Eth. sed ipedimētū bonę operatio nis repugnat virtuti. ergo tristitia repugnat uirtuti. A

*c. ol. & 10 Eth. ca. 4. & 5. to. 5.

¶3 Præt. Tristitia est q̃dā animi ægritudo, ut *Tulli eam uocat in 3. de Tuscul. q̃onibus: sed ægritudo aiæ cōtrariaṫ uirtuti, quæ est bona aiæ habitudo ergo tristitia ꝯriaṫ uirtuti, nec pōt simul esse cū ea.

*li. 4. fol. 3. a princ. lib. & seq.

SED CONTRA est, quod Christus fuit perfectus virtute: sed in eo fuit tristitia. Dicit enim, ut habetur Matth. 26. Tristis est anima mea usque ad mortem. ergo tristitia potest esse cum uirtute.

RESP. Dicendū, ꝙ sicut dicit Aug. 14. de ciu. Dei, Stoici uoluerunt ꝓ trib. pturbationib. in aio sapiētis esse tres eupathias, idest, tres bonas passiones, pro cupiditate. s. uoluptatē, ꝓ lętitia gaudiū, ꝓ metu cautionē: ꝓ tristitia uero negauerunt posse aliqd esse in aio sapientis duplici rōne. Primo qdē, q̃a tristitia est de malo, qḋ iā accidit: nullū aūt malū æstimant posse accidere sapienti. Crediderūt. n. ꝙ sicut solū hois bonū est uirtus, bona aūt corporalia nulla bona hois sunt: ita solū inhonestū est hois malū, qḋ in virtuoso esse nō pōt. sed hoc irrationabiliter dr̄. Cū. n. hō sit ex aia, & corpore cōpositus, id, qḋ confert ad uitā corporis cōseruandā, aliqḋ bonum hois est, non tamen maximum, quia eo pōt homo male uti: unde, & malum huic bono cōtrariū in sapiente esse potest, & tristitiam moderatā inducere. ¶Præ. Etsi uirtuosus sine graui peccato esse possit, nullus tñ inuenit q̃ absq; leuib. peccatis uitā ducat, ſm illud 1. Ioan. 1. Si dixerimus q̃a pctm̄ nō habemus, nosipsos seducimus. Tertio, quia virtuosus etsi pctm̄ non hēat, forte q̃nq; habuit, & de hoc laudabiliter dolet, ſm illud 2. ad Corin. 8. Quæ ſm Deū ē tristitia, pœnitentiā in salutē stabilē operaṫ. Quarto, quia pōt ēt dolere laudabiliter de pctō alteri⁹: vñ eo mō, quo uirtus moralis cōpatit alias passiōes rōne moderatas, cōpatiṫ ēt tristitiā. Scd̄o, mouebatur ex hoc, ꝙ tristitia est de pñti malo, timor aūt de malo futuro: sicut delectatio de bono pñti, desideriū uero de bono futuro. Pōt aūt hoc ad uirtutē ptinere, ꝙ aliquis bono habito fruat, uel ñ habitū habere desideret, uel ꝙ ēt malū futurū caueat: sed ꝙ malo pñti aius hois substernaṫ, qḋ fit p tristitia, oīno vr̄ cōtrariū rōni, vñ cū uirtute eē ñ pōt. Sed hoc irrationabiliter dr̄. Est. n. aliqḋ malū qḋ pōt esse uirtuoso pñs, ut⁹ dictū est, qḋ quidē malū rō detestaṫ. vñ appetitus sensitiuus in hoc sequitur detestationē rōnis, ꝙ de hmōi malo tristatur, moderate tñ ſm rōnis iudiciū. hoc aūt ptinet ad uirtutē, ut appetit⁹ sensitiu⁹ rōni cōformet, ut⁹ dictū ē: un ad uirtutē ptinet, ꝙ tristet moderate in q̃b. tristādū ē, sicut ēt Philos. dicit in 2. *Eth. & hoc ēt utile est ad fugiendū mala. Sicut enim bona pp delectationem promptius q̃runtur, ita mala pp tristitiam fortius fugiunt. Sic igitur dicendū est, quòd: de tristitia de his, q̃ conueniunt uirtuti, nō pōt simul esse cū uirtute: q̃a virtus in proprijs delectaṫ, sed de his, q̃ quocunque modo repugnant uirtuti, uirtus moderate tristaṫ.

*c. 8. to. 5. B C D E

*ar. pced. *ar. 1. huius q. *cap. 6. & 7 to. 5. concl. m

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ ex illa authoritate habetur, ꝙ de sapientia sapiens nō tristatur, tristatur tamen de his, quæ sunt impeditiua sapiētiæ: & ideo in beatis, in quibus nullum impedimentum sapientiæ esse potest, tristitia locum non habet.

AD 2m dicendum, ꝙ tristitia impedit operationem de qua tristamur, sed adiuuat ad eā prōptius exequenda, per quæ tristitia fugitur.

AD 3m dicēdū, ꝙ tristitia immoderata ē aię ęgritudo, tristitia aūt moderata ad bonā habitudinem animæ pertinet secundum statum præsentis uitæ.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum omnis virtus moralis sit circa passiones.

Medina artic. 4.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur ꝙ oīs uirtus moralis sit circa passiones. Dicit enim Philosophus in 2. *Eth. quòd circa uoluptates, & tristitias est moralis uirtus: sed delectatio, & tristitia sunt passiones, vt supra dictum est. ergo omnis uirtus moralis est circa passiones. 304

¶2 Præt. Rationale per participationē est subiectū moralium uirtutum, ut dr̄ in 1. *Ethic. sed hmōi pars aiæ est in qua sunt passiones, ut supra dictum est. ergo omnis uirtus moralis est circa passiones.

¶3 Præt. In omni uirtute morali est inuenire aliq̃ passionem. aut ergo oēs sunt circa passiones, aut nulla: sed aliquæ sunt circa passiones, ut fortitudo, & temperantia, ut dicitur in 3. *Eth. ergo omnes virtutes morales sunt circa passiones.

SED CONTRA est, ꝙ iustitia, quę est uirtus moralis, non est circa passiones, ut dicitur in 5. *Ethi.

RESP. Dicendū, ꝙ uirtus moralis pficit appetitiuā partē aiæ ordinādo ipsam in bonū rōnis. Est aūt rōnis bonū id, qḋ est ſm rōnē moderatū, seu ordinatū: unde circa oē id, qḋ contingit rōne ordinari, & moderati, cōtingit esse uirtutē moralē. rō aūt ordinat nō solū passiones appetit⁹ sensitiui, sed ēt ordinat operationes appetit⁹ intellectiui, q̃ est uolūtas, q̃ nō est subiectū passionis, ut⁹ supra dictū ē: & ideo nou oīs uirtus moralis est circa passiones, sed q̃dam circa passiones, quædam circa operationes.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ non oīs uirt⁹ moralis est circa delectationes, & tristitias, sicut circa ꝓpriā materiā: sed sicut circa aliquid ꝯñs ꝓprium actum. Omnis. n. uirtuosus delectatur in actu uirtutis, & tristatur in ꝯrio, unde *Philosophus post præmissa uerba subdit, ꝙ si uirtutes sunt circa act⁹ & passiōes, omni āt passioni, & omni actui sequit delectatio, & tristitia, pp hoc uirt⁹ erit circa delectationes, & tristitias, s. sicut circa aliquid consequens.

AD 2m dicēdum, ꝙ rōnale p participationē nō solū est appetit⁹ sensitiuus, q̃ est subiectū passionū, sed ēt uolūtas in qua nō sunt passiōes, u⁹ dictū ē.

AD 3m dicendū, ꝙ in quibusdā uirtutib. sunt passiones sicut ꝓpria materia, in quibusdā aūt non. unde non est eadē ratio de omnibus, ut⁹ infra ostendeṫ.

ARTICVLVS V.

Vtrum aliqua virtus moralis possit esse absque passione.

Medina artic. 5.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ uirt⁹ moralis possit esse absque passione. Quanto enim uirtus moralis est perfectior, tanto magis superat passiones. ergo in suo perfectissimo esse est omnino absque passionibus. 305

*li. 2. Eth. c. 3. to. 5. *li. 1. Eth. c. 13. to. 5. *q. 22. ar. 3. *c. 6. & 10. to. 5. *ex prioribus 4. capitulis eius. *q. 23. ar. 1. concl. m *li. 2. Eth. c. 3. & 6. to. 5. D. 1199. *in corp. art. *q. 60. ar. 2.

¶ 2 Præt. Tunc vnumquodque est perfectum, qñ est remotū à suo contrario, & ab his, q̃ ad contrarium inclinãt: sed passiones inclinant ad pctm̃, qđ uirtuti 2trriatur, vnde Rom. 7. nominantur passiones peccatorum. ergo pfecta uirtus est oĩno absq; passiõe

¶ 3 Præt. Secundū virtutẽ Deo cõformamur, ut patet per Aug. in lib. de Moribus* Ecclesiæ: sed Deus omnia operatur sine passione. ergo uirtus pefectissima est absque omni passione.

*Li. 1. de Morib. ecclesię c. 6. & 11. t. 1.

Sed contra est, q nullus iustus est, qui non gaudet iusta operatione, ut dicitur in 1. *Eth. sed gaudiū est passio. ergo iustitia non potest esse sine passione, & multo minus aliæ virtutes.

*c. 8. non longe ab fin. t. 5.

Resp. Dicēdū, q si passiones dicamus inordinatas affectiones, sicut Stoici posuerunt, sic manifestū est, q uirtus pfecta est sine passionib. si uero passiones dicamus oẽs motus appetit* sensitiui, sic planū est, q virtutes morales, q̃ sunt circa passiões, sicut circa ꝓpriā materiã, sine passionib. esse nõ possunt cuius rõ est: qa ſm hoc sequeret, q uirtus moralis faceret appetitū sensitiuū oĩno otiosum. Non aũt ad uirtutẽ ptinet, q ea, q̃ sunt subiecta rõni, à proprijs actib. uacent: sed q exequant imperiū rõnis ꝓ prios act* agendo. unde sicut uirtus mẽbra corporis ordinat ad actus exteriores debitos, ita appetitū sensitiuū ad mot* ꝓprios ordinatos. Virtutes uero morales, q̃ non sunt circa passiões, sed circa operationes, possunt esse sine passionib. & hmõi uirt* est iustitia, qa p eã applicatur uoluntas ad ꝓpriū actū q non ẽ passio: sed tñ ad actū iustitię sequit gaudiū ad min* in uoluntate, qđ nõ est passio. & si hoc gaudiū multiplicet p iustitię perfectionẽ, fiet gaudij redundantia usq; ad appetitū sensitiuū, ſm quod uires inferiores sequunt motū superiorum, ut* supra dictū est: & p sic per redundantiã hmõi quanto magis fuerit perfectior, tanto magis passionem cãt*.

concl. m

*q. 17. ar. 7. & q. 24. ar. 3. concl. p

I Ad primvm ergo dicẽdū, quòd uirtus, passiones inordinatas superat, moderatas autem producit.

Ad 2m dicendū, q passiones inordinatæ inducunt ad peccandum, non autem si sunt moderatæ.

Ad 3m dicendū, q bonum in unoquoque cõsideratur ſm conditionem suæ naturæ: in Deo autẽ & angelis non est appetitus sensitiu*, sicut in hoĩe. & iõ bona operatio Dei, & Angeli est oĩno sine passiõe, sicut, & sine corpore: bona aũt operatio hoĩs est cum passione, sicut, & cũ corporis ministerio.

QVAESTIO LX.

De distinctione virtutū moraliū ad inuicem, in quinque articulos diuisa.

Deinde cõsiderandū est de distinctiõe uirtutum moralium adinuicem.

Et circa hoc quæruntur quinq;.

¶ Primo, Vtrum sit tantum una virtus moralis.

¶ Secundo, Vtrũ distinguant uirtutes morales, quæ sunt circa operationes, ab his, quæ sunt circa passiones.

¶ Tertio, Vtrũ circa operatiões sit una tm̃ moralis uirtus.

F ¶ Quarto, Vtrum circa diuersas passiones sint diuersæ morales uirtutes.

¶ Quinto, Vtrũ virtutes morales distinguantur secundum diuersa obiecta passionum.

Articvlvs primvs.

Vtrum sit una tantum virtus moralis.

Ad primvm sic proceditur. Vr q sit una tm̃ moralis virtus. h Sicut. n. in actib. moralibus directio ptinet ad rõnẽ, q̃ G est subiectū intellectualiū uirtutum, h ita inclinatio ptinet ad vim appetitiuã, q̃ est subiectum moraliū uirtutū: sed una est intellectualis uirtus dirigens in oĩbus moralib. actibus, s. prudentia. ergo etiam una tm̃ est moralis uirtus inclinans in omnibus moralibus actibus.

¶ 2 Præt. Habit* non distinguūtur ſm materialia obiecta, sed h ſcđm formales rões obiectorum: formalis aũt rõ boni ad qđ H ordinaẽ uirt* moralis, est unũ, s. modus rationis. ergo uidetur q sit una tantum moralis uirtus.

3 ¶ Præt. Moralia recipiũt spẽm a fine, h vt s. dictum est: sed finis oĩnm uirtutū moralium cõis, ẽ vnus. f. felicitas: proprij aũt, & propinqui sunt infiniti, nõ sunt autem infinitæ uirtutes morales. ergo vr q sit una tantum.

Sed contra est, qđ un* habitus non potest esse in diuersis I potentiis, ut* s. dictum est: sed subiectū uirtutū moralium est pars appetitiua aĩæ, quæ per diuersas potentias distinguit, ut i primo* dictū est. ergo non põt esse vna tantum uirtus moralis.

*q. 56. ar. 2.

*p. p. q. 80 art. 2.

Resp. Dicendum, q sicut* supra dictum est, Virtutes morales sunt habit* qdã appetitiuæ partis: habit* aũt spẽ differunt K ſm spẽles differentias obiectorũ, ut* supra dictum est, spẽs aũt obiecti appetibilis, sicut, & cuiuslibet rei, attendit ſcđm formã specificã, q̃ est ab agẽte. Est aũt cõsiderandū, q materia patientis se habet ad agens dupliciter. Quandoque enim recipit formam agentis secundum eandẽ rationem, prout est in agente, sicut est in oĩbus agentibus uniuocis, & sic necesse est, q si agens est unũ specie, q materia recipiat formam unius speciei: sicut ab igne non generatur uniuoce nisi aliquid existens in specie ignis. Aliquando uero materia recipit formã ab agente non ſcđm eandem rationẽ,

*q. 58. ar. 1.

*q. 54. ar. 2.

SVPER Q. LX. ART. I.

Med. ar. 1.

In corpore articuli primi qõnis 60. dubiū occurrit, quõ stet, quod hic dr, q rõ est sicut imperans, & mouẽs: appetitiua aũt sicut mota, & imperata, cũ doctrina superius posita, q imperiũ est actus rõnis motæ ab appetitu. Si enim in imperãdo appetitus est primũ mouens, nõ est rõ ut imperans, & appetitus imperatus à rõne simpliciter, sed ut mota ẽ ab appetitu: ac p hoc appetitos imperatiot à seipso principaliter, & consequenter totus processus iste fundatus super hoc, q ratio est uelut agẽs æquiuocum, & appetitus uelut patiens æquiuoce à ratione.

¶ Ad hoc dr, q aliud est loqui de rõne, & appetitu ĩ genere naturæ, & aliud loq de eis in genere moris. In genere namq; naturæ iã dictũ fuit, q distinguendum ẽ de motione, uel ad specificationẽ, uel ad exercitiũ actus. & q primũ mouens ad specificationem ptinet ad intellectum, primum uero ad exercitiũ ptinet ad appetitũ. In genere aũt moris, qa supponitur uoluntariũ, rõ mouens, & mot, imperans, & imperata non quæritur in actibus absolute, sed in actibus uolũtarijs: et q attẽditur qz inter actus uolũtarios siue sint essentialiter intellectus, siue uoluntatis, siue appetitus sensitiui, habet rõnem mouentis, & moti. Et qm hic supponitur rõ uolũtarij ut cõis omnibus, non attenditur dña mouentis, & moti penes dependentiam à uoluntate: sed qm distinguitur penes rõnale p essentiã, & rõnale per participationem, & constat q rõnale p participationẽ deriuatur à rõnali per essentiam: & rõ est rõnalis per essentiam, & appetitus rõnalis est p participationẽ: iõ rõ dr mouens, & imperans, & appetitiua ut mota, & imperata non simpliciter, sed in moralibus. Moralia enim uolũtario constituuntur ut materia, rõne autem ut forma: & in rationali tantum animæ parte ut sic, sunt ut subiecto. Sed hæc responsio

106 *Porrecta per totum.* 3. d. 33. q. 1. ar. 1. q. 1.

ſio non ſatiſfacit: quia nihil ſpeciale dicit in moralib. Qđ ſic pa-
tet. Aut ſermo literæ, cum dicit manifeſtum eſſe, ꝙ in moralib. ratio eſt mouens, & imperans, appetitiua aūt uis mota, & imperata, eſt de motione ad ſpeciem, ad exercitium, aut ad utrumq;: ſi de motione ad ſpeciem, hoc cōmune eſt tam moralib. q̃ non moralibus. Et rurſus ex hoc non haberet intentū: nam ex hoc ꝙ bonū intellectum mouet appetitum, non habetur pluralitas ſpecifica appetitionum magis quàm intellectionum, niſi quia intellectiones ſunt cauſæ & appetitiões cauſatæ. Immo potius haberet forte æqua diſtinctio: quia obiecta adæquata appetitionibus diuerſarum ſpecierum, ſunt diuerſarum rationū

put ē ī agēte, ſicut patet ī generantib. nō uniuocis, ut animal generat̄ a Sole. & tūc formæ receptæ ī materia ab eodē agēte, nō ſūt uni^e ſpeciei, ſed diuerſificant̄ ſm diuerſam proportionē materiæ ad recipiendū influxū agentis: ſicut uidem^a ꝙ ab una actione Solis generant̄ p putrefectionem aīalia diuerſarū ſpecierū ſm diuerſam proportionem materię. Manifeſtū eſt autem ꝙ in moralib^a rō eſt ſicut imperās, & mouēs: vis aūt appetitiua ſicut īperata, & mota. nō aūt appetit^e recipit impſſionē rōnis quaſi uniuoce, qa nōn ſit rōnale p eſſentiā, ſed p participationē, ut dr̄ in 1.^o Eth. vnde

B appetibilia ſm mot^i onē rōnis cōſtituuntur in diuerſis ſpeciebus, ſm quod diuerſimode ſe habent ad rōnē: & ita ſequitur ꝙ ^m uirtutes morales ſint diuerſæ

intellectio aūt obiecti pars formalis eſt, quia bonum ut cognitū mouet. Si uero de motione ad exercitium, & hoc commune eſt tam moralib. q̃ non moralib. qm̄ ſemper imperat ut mota a uoluntate, ut patet ſuperius in quæſtione de imperio. Et rurſus ex hoc non apparet unde ſequetur intentum, cum in litera ex motione rōnis ſupra appetitū nō inferatur. ergo appetitiones ſed; ergo appetibilia ſunt diuerſarum rationum, quæ conſtat non ſpecifica ad motionem exercitij.

¶ Ad hęc ergo dicitur, ꝙ quia proportio uritur rebus, quas comparat, ut diſtinctis, & proportione rōnis ad appetitum, author pro medio utitur Oportet ut utraq; uis ſumatur ſcdm ſibi propria, infra latitudinem tamen moralium: qm̄ de huius ſpecieb. generis quæſtio eſt: ac per hoc cum principium proprium moralis eſſe ſit ratio, eo ꝙ, ut Dionyſius dicit, Bonum hoīs eſt ſcdm rationem eſſe, oportet ut tam appetitiua quàm cognoſcitiua uis ſumatur inquantum rationalis, & in utraque ut rationalis eſt, ſpectemus quid proprium rationi, & quid appetitui: & ſcdm hæc iudicium fiat de diſtinctione ſpecierum moralium, & propter hoc author in litera procedit ex hoc, ꝙ rō eſt rationalis per eſſentiam, appetitus per participationem. Quamuis aūt mouere appetitum obiectiue, & imperatiue conueniat intellectui, tam reſpectu moraliū quàm non moralium: mouere tn̄ appetitum regulatiue, propriū eſt ei reſpectu moraliū. Et de hac motione eſt hic ſermo: in rōne. n. oportet eſſe legē regulatiuā appetitus, & hēt mouere, & imparare eo mō, quo lex mouet, & imperat: & ppea in litera uterq; actus ei tribuitur. Monet aūt non quo ad

D exercitium actus, ut patet, ſed quo ad ſpecificationem, non qualemcunq; ut communiter facit, ſed regulatiuam appetitus, qđ ſolum in moralib. obtinet. Imperat quoq; ſpeciem appetitus, & exercitij eius, & aliorum: qm̄ in moralibus oportet legem principari, & ei appetitum omnem obedire: alioquin ſi uoluntas principaretur, accideret illud. Cui nimium licuit, licitum: cui praua uoluntas ius erat, & ſenſus pro ratione fuit. Et qm̄ ratio regulat appetitum mediante appetibili conſonanti ipſi rationi: idcirco huius motio non eſt extra latitudinem motionū ad ſpecificationē. Et rurſus idcirco author non immediate intulit. ergo uirtutes morales ſunt diuerſæ: ſed uitādo ſaltū, & gradatim deſcendēdo à rōne ad appetibile, & inde ad morales uirtutes deuenit. Et merito, quia ratio formas dat appetibilibus, quib. morale genus ingrediuntur. Ex hoc nanq; ꝙ appetibilia conſonāt, uel diſſonant rōni, moralia ſunt, ut ex ſupradictis patet. appetibilia aūt rōni conſona adæquata obiecta ſunt ſpeciebus moralium appetitionum, & uirtutum. Et per hæc, patet ſolutio om-

E nium obiectorum: qm̄ non loquuntur de imperio regulatiuo ut ſic, quod ſpectat ad ſpecificationem actus: & habitus. Nec de motione, & cognitione regulatiua ſumpta in ſe: quia eſt ſuperioris ordinis, & participata in obiectis moralium, in quib. diſtinguitur, & implicatur ut pars formalis eorundem: ſed de imperio ad exercitium actus, & de cognitione abſolute. Aliud eſt. n. loqui de obiecto cognito, & aliud de obiecto conſono rōni. Cognitio nanq; & conſonantia, licet in hoc conueniant ꝙ multiplicantur ſcdm obiecta, regula tamen cui conſonant conſonantia, non multiplicatur, & ad hanc dicitur conſonans obiectum, cognitum autem ut ſic, regulam non connotat.

¶ Circa rńſionem ad primum in eodem primo articulo dubiū occurrit duplex. Primo de ueritate eius qđ dr̄, ſcilicet ꝙ prudentia d rectitua in omnib. moralib. uirtutum actibus eſt una ſecundum ſpeciem ſpecia ſſimam: de tali enim unitate, & diuerſitate eſt ſermo. Secundo, penes quid attenditur unitas ſpecifica

A rationis formalis ueri obiecti prudentiæ.

A nat potentiā rōnalem ad alterum cōtrariorum, ad quæ neutraliter se hēt, ut dr 9. Metaph sic determinat intellectū ad alterā partē contradictionis credendā, & sicut medicus ex solo odio determinat artē ad occidendū infirmū, ita ex solo amore alicuius quantumcunq; extranei determinat quis ad credendū id, cuius nullā hēt rōnem.

¶In eodem 4. ar. dubium est de pportionali similitudine in lra posita inter fidem ac spē ad charitatē & uirtutes morales acquisitas ad prudētiā. & rō dubij est: quia, ut dictū est hic est sermo de pfectione, & imperfectione uirtutū quo ad statum. ex hoc. n. sequit, aut qđ uirtutes morales sine prudentia sunt uirtutes sedm essentiā, licet nō quoad statū, si similitudo pportionalis tenet. Cuius th oppositū dictū est, dū dictū est, q sine recta rōne habitus tēperatiuæ dispositio tm ad uirtutē esse pt: aut q similitudo hic pportionalis non teneat. ¶Ad hoc dr, quòd dupliciter intelligi pōt, uirtutes morales sine recta rōne esse. Primo, ut sint qualitates habituantes uires alę ad tēperata, ad iusta &c. absq; recta rōne omnino. Et si sic esset, huiuſmōi habitus nō essent uirtutes aliquo mō, sed dispositiones ad uirtutes: quia deesset eis essentiale principiū, ut patet ex diffinitione uirtutis. Et si in hoc sensu uerba lræ suscipiātur, tunc aut uelut exemplariter allata, aut sedm similitudinē aliqualē, puta in hoc qđ non sunt uirtutes simpliciter, sed inchoationes uirtutū, exponenda sunt. Secūdo intelligi pōt, ut tales habitus sint sine recta rōne. perfecta q̄ est prudentia, & sic similitudo optime occurrit: qm qualitates habituātes uires animæ ad temperata, ad iusta &c. secundum rectam rationem imperfectam extensiue, puta, quia adhuc non habitua- uit ad recta præcipiē dum in comparationibus diuersarum materiarum, sed paulatim ad hoc tenditur, sunt uirtutes secundum essentiam, sed non perfectæ: quia non sunt in statu uirtutis, propter quod diximus eas non esse connexas: & secundum hoc sicut huiuſmōi uirtutes se hñt ad prudentiā, ita fides, & spes ad charitatem. utrobique enim contingit defectus status ex subtractione principij, & in dispositione subiecti. Virtutes enim morales habēt pro subiecto appetitum, ut subest rectæ rationi perfectæ, quæ est prudentia simpliciter. & fides, & spes intellectum motum à uoluntate perfecta, & uoluntatē affectam meritis præsentibus, quorum utrunq; sola charitate habetur.

*tract. 26. in Io. aliquātulū princ. to. 9.
†q. 62. ar. 3.
*Enchir. ca. 8. non procul a fine to. 3.
*glosa interlinearis ibi.
concl. m

betur, & quoniam litera prudentiam pluries nominat, iò hic sensus eligendus ut. ¶ In eodem 4. art. in solutione ad primum, aduerte Nouitie, quod author distinguis uirtutes in eas secundum proprias rationes puta fidei prudentiæ, temperantiæ &c. & in eas, ut uirtutis perfectæ rationem habent ita quod considerat fidem inquantum fides, & rursum fidem inquantum est simpliciter uirtus, & sic de alijs: & intendit, quod in hoc est differentia inter fidem infusam, & prudentiam infusam, quod licet, neutra inquantum uirtus possit esse sine charitate fides tamen inquantum fides, esse potest sine illa, quia potest habere sine illa opus suum. Saluatur. n. sine illa intellectus motus à uoluntate ad credendum Deo secundum regulam diuinæ reuelationis, licet non perfecte. Prudentia autem infusa nec inquantum prudentia potest esse sine charitate, quia inquantum prudentia dependet magis ab ultimo, quam à finibus proximis: sicut scientia à primis principijs, & propterea sicut non potest esse sine moralibus infusis, a fortiori non potest esse sine charitate. Ex prædictis autem patet, quod aliter se habet charitas ad fidem & spem, & aliter ad morales acquisitas. Istæ. n. non constituuntur in esse uirtutis secundum essentiam, nec secundum statum per charitatem, aut aliquid eius: sed dum imperantur ab ea, ad superiorem ordinem referuntur: illæ si ex charitatis præsentia sortiuntur perfectionem status. Propter quod Scotus in 36. dist. 3. tenens fidem, & spem esse perfectas uirtutes sicut morales sine charitate, minus perspicaciter uidit.

*Ca. 9. to. 5.

*Ca. 6. in princ. to. 5.

*In corp. ar.

SVPER Q. LXV. ART. V.

In art. 5. eiusdem quæst. nihil scribendum occurrit.

112 Porrecta

aliqualiter esse: perfecte autem uirtutis rationem sine charitate non habent. Cum. n. fidei opus sit credere Deo, credere autem sit alicui propria uoluntate assentire: si non debito modo uelit, non erit fidei opus perfectum, quod autem debito modo uelit, hoc est per charitatem, quæ perficit uoluntatem. Omnis enim rectus motus uoluntatis ex recto amore procedit, ut Augu. dicit in 14. de ciuit. Dei.* Sic igitur fides est quidem sine charitate, sed non perfecta uirtus: sicut temperantia, uel fortitudo sine prudentia. Et similiter dicendum est de spe: nam actus spei est expectare futuram beatitudinem à Deo, qui quidem actus perfectus est, si fiant ex meritis, quæ quis habet quod non potest esse sine charitate. Si autem hoc expectet ex meritis, quæ nondum habet, sed proponit in futurum acquirere, erit actus imperfectus, & hoc potest esse sine charitate & ideo fides, & spes possunt esse sine charitate: sed sine charitate proprie loquendo, uirtutes non sunt. Nam ad rationem uirtutis pertinet, ut non solum secundum ipsam aliquod bonum operemur, sed etiam bene, ut dicitur in 2. Ethi.*

Ad primum ergo dicendum, quod uirtutes morales dependent a prudentia: prudentia autem infusa nec rationem prudentiæ habere potest absque charitate, utpote deficiente debita habitudine ad primum principium, quod est ultimus finis. Fides autem, & spes secundum proprias rationes nec a prudentia, nec a charitate dependent: & ideo sine charitate esse possunt, licet non sint uirtutes sine charitate, ut dictum est.*

Ad 2m dicendum, quod ratio illa procedit de fide, quæ habet perfectam rationem uirtutis.

Ad 3m dicendum, quod Aug. loquitur ibi de spe, secundum quod aliquis expectat futuram beatitudinem per merita, quæ iam habet quod non est sine charitate.

Articulus V.

Vtrum charitas possit esse sine fide & spe.

Ad quintum sic proceditur. Videtur, quod charitas possit esse sine fide & spe. Charitas enim est amor[h] Dei: sed Deus potest a nobis amari naturaliter, etiam non præsupposita fide, uel spe futuræ beatitudinis. ergo charitas potest esse sine fide & spe.

¶2 Præt. Charitas est[h] radix omnium uirtutum, secundum illud Ephes. 3. In charitate radicati & fundati: sed radix aliquando est sine ramis. ergo charitas potest esse aliquando sine fide, & spe, & alijs uirtutibus.

¶3 Præt. In Christo fuit[h] perfecta charitas: & ipse tamen non habuit fidem, & spem, quia fuit perfectus comprehensor, ut infra dicetur.* ergo charitas potest esse sine fide & spe.

Sed contra est, quod Apostolus dicit Heb. 11. Sine fide impossibile est placere Deo, quod maxime pertinet ad charitatem, ut patet secundum illud Prouerb. 8. Ego diligentes me, diligo. Spes etiam est, quæ introducit ad charitatem, ut supra dictum est.* ergo charitas non potest haberi sine fide, & spe.

*pat. 3. q. 7. ar. 3. & 4. & q. 9. ar. 2. & q. 15. ar. 10.

*q. 62. ar. 4.

Respon. Dicendum, quod charitas non solum significat amorem Dei, sed etiam amicitiam quandam ad ipsum, quæ quidem super amorem addit mutuam redamationem cum quadam communicatione mutua, ut dicitur in 8. Eth.* Et quod hoc ad charitatem pertineat, patet per id quod dicitur 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et 1. ad Corinth. 1. dicitur. Fidelis Deus, per quem uocati estis in societatem filij eius. Hæc autem societas hominis ad Deum, quæ est quædam familiaris conuersatio cum ipso, inchoatur quidem hic in præsenti per gratiam, perficietur autem in futuro per gloriam, quorum utrunque fide, & spe tenetur. Vnde sicut aliquis non posset cum aliquo amicitiam habere, si discrederet, uel desperaret se posse habere aliquam societatem, uel familiarem conuersationem cum ipso: ita aliquis non potest habere amicitiam ad Deum, quæ est charitas, nisi fidem habeat, per quam credat huiusmodi societatem, & conuersationem hominis cum Deo, & speret se ad hanc societatem pertinere: & sic[m] charitas sine fide, & spe nullo modo esse potest.*

*Ca. 2. & 3. to. 5.

concl.

Ad primum ergo dicendum, quod charitas non est qualiscunque amor Dei, sed amor Dei, quo diligitur ut beatitudinis obiectum, ad quod ordinamur per fidem & spem.

Ad 2m dicendum, quod caharitas est radix fidei, & spei, inquantum dat eis perfectionem uirtutis: sed fides, & spes secundum rationem propriam præsupponuntur ad charitatem, ut supra dictum est,* & sic charitas sine eis esse non potest.

*q. 62. ar. 4.

Ad 3m dicendum, quod Christo defuit fides, & spes, propter id quod est aliquid imperfectionis in eis: sed loco, fidei habuit apertam uisionem: & loco spei, plenam comprehensionem, & sic fuit perfecta charitas in eo.

Quæstio LXVI.

De æqualitate uirtutum, in sex articulos diuisa.

Deinde considerandum est de æqualitate uirtutum. Et Circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum uirtus possit esse maior, uel minor.

¶ Secundo, Vtrum omnes uirtutes simul in eodem existentes sint æquales.

¶ Tertio, De comparatione uirtutum moralium ad intellectuales.

¶ Quarto, De comparatione uirtutum moralium adinuicem.

¶ Quinto, De comparatione uirtu-

SVPER Q. LXVI. ART. I.

Medina ar. 1.

In titulo primi ar. q. 66. memento, quod cum aliqui habitudinem tur uirtutes secundum quod ... de uirtutibus intellectualibus in q. 56. & theologicis informibus in q. præcedente dictum est, & aliquæ simpliciter ut charitas, & uirtutes cardinales, ac morales omnes infusæ & acquisitæ, & totus articuli sermo circa has uersetur, consequens est ut præsens titulus de uirtutibus

virtutib. simpliciter accipiatur. Et confirmatur hoc, quia in illa virt⁹ distinguuntur cõtra scientiam & artẽ. ¶In corpore eiusdem primi articuli, nota primo, quod istæ cõparationes in illa positę in ter prudẽtiã &c. habebuntur in hac eadẽ quæstione proprijs articulis, & ibi examinãdos rel inquo. Nota secundo, quod auctor loquitur de uirtute pse dã secundum statum, quę sola dr simpliciter uirtus, cum negat eã posse intẽdi secundum se, quæ est intẽdi per extẽsionem ad plura nunc q prius, ut superius declarauimus diffuse. Et hinc manifeste habes, quod de intentione authoris est doctrina dicta de cõnexione. Et quod virtus ptinet in pperia materia, & iã cõnexa illis materijs. Si enĩ nõ esset hoc, iam posset extẽdi, ad quę prius se extẽdebat. Nota tertio, quod hinc habet dictam quandã inter uirtutes intelle ctuales, & morales in hoc, quod illæ et imperfectæ secundum statũ dr uirtutes: istæ aũt nisi sint secundum statum perfectæ, non dicuntur uirtutes. Dr. quæ in illa. quod sciẽtia & ars nõ semper extendunt se ad oia sua: uirtus aũt ad oia sua se extendit. Et in pptu cã huius est, q.r. minus exigitur ad cõstituẽdũ imperfectũ, q ptẽdũ: uirtutes aũt intellectuales imperfectę habẽt rõnem uirtutis nõ eñ sunt uirtutes nisi secundũ qd: morales adr hẽnt pfecte rõnẽ uirtutis, ut patet ex supra dictis. Nota quatuor modos cãs in illa augmẽti intẽsiui uirtutum. s. consuetudinẽ, naturalẽ inclinationem, iudicium pspicacius, & grãm. Et simul nota duas contra Stoicos rõnes, alteram ex latitudine medij, alterã ex latitudine uirtutis ad indiuisibile mediũ. Propinquior enim est secundum le indiuisibilis iustitiæ medio uir pspicacioris iudicij, q minus acuti, & secundum opus distribuens æqualib. quasi æqualia, quàm multum distantia ab æqualitate. Ptõptior quoq; est ad indiuisi

tum intellectualiũ adinuicẽ.

¶Sexto, De cõparatione uirtutum theologicarũ adinuicẽ.

ARTICVLVS I.

Vtrum virtus possit esse maior, vel minor.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr quod virtus non possit esse maior, vel minor. Dicitur enĩ in Apoc. 21. quod latera ciuitatis Hierusalẽ sunt æqualia: p hæc aũt significantur uirtutes, ut glosa dicit ibidem.* ergo omnes uirtutes sunt æquales. nõ ergo potest esse virtus maior uirtute.

¶2 Præt. Omne illud, cuius rõ cõsistit in maximo, non põt esse maius, uel minus: sed rõ uirtutis cõsistit in maximo. est. n. uirt⁹ ultimũ potẽtię, ut Philos. dicit in 1. de cœlo.* & Aug. in 2. de lib. arbit.† ait, quod uirtutes sunt maxima bona, quib. nullus põt male vti. ergo vr, quòd uirtus nõ possit esse maior, neque minor.

¶3 Præt. Quantitas effect⁹ pẽsatur secundũ uirtutem agentis: sed uirtutes pfectę, quę sunt uirtutes infusæ, sunt à Deo, cuius uirtus est uniformis, & infinita. ergo uidetur quòd uirtus non possit esse maior uirtute.

SED CONTRA. Vbicunque potest esse augmentũ, & superabũdantia, põt esse inæqualitas: sed in uirtutib. inuenitur superabũdãtia, & augmẽtũ. dr. n. Matt. 5. Nisi abundauerit iustitia uestra plus q̃ Scribarũ, & Phariseorũ, nõ intrabitis in regnũ cęlorũ. Et Prouer. 16. dr, In abũdãti iustitia virt⁹ maxima est. ergo vr quod uirtus possit esse maior, uel minor.

RESP. Dicendũ, quod cũ q̃ritur, utrum uirtus una possit esse maior alia, dupliciter intelligi põt q̃stio. Vno mõ i uirtutib. spẽ differentib. & sic manifestũ est quod una uirtus est alia maior.* semper enim est potior cã suo effectu: & in effectib. tanto aliqd ẽ potius, quãto est cã propinquior. Manifestũ ẽ aũt ex dictis, quod cã, & radix humani boni est rõ: & iõ prudentia, quę pficit rõnem, pfertur in bonitate alijs uirtutibus moralib. pficientibus uim appetitiuam, inquantũ participat rõnem: & in his etiam tãto est una altera melior, quãto magis ad rõnem accedit. unde, & iustitia, quæ est in uoluntate, pfert alijs uirtutib. moralibus: & fortitudo, quæ est in irascibili, pfertur temperantiæ quæ ẽ in cõcupiscibili, q minus participat rõnẽ, ut patet i 7. Eth.† Alio mõ põt intelligi quæstio in uirtute eiusdem spẽi. & sic secundum ea, quæ dicta sunt supra,* cum de intentionib. habituum ageret, uirtus põt dupliciter dici maior & minor, uno mõ secundum seipsam: alio mõ ex parte participantis subiecti. Si igit secundum seipsam consideret, magnitudo, uel paruitas eius attenditur secundum ea, ad q se extendit.* Quicũq; aũt habet aliq̃ uirtutem, puta tẽperantiã, hẽt ipsã quantum ad oia, ad q se temperantia extendit, *qd de scientia, & arte nõ cõtingit. Non. n. quicunq; est Grãmaticus, scit oia, q ad Grãmaticã ptinet. & secundũ hoc bene dixerunt Stoici, ut Simplici* dicit in cõmẽto Prędicamẽtorũ, quod uirtus nõ recipit magis neq; minus,* sicut sciẽtia uel ars, eo quod rõ uirtutis consistit in maximo. Si uero cõsideret uirtus ex parte subiecti participãtis, sic contingit uirtutẽ esse maiorẽ uel minorẽ, siue secundum diuersa tẽpora in eodem, siue in diuersis hominibus: quia ad attingẽdũ mediũ uirtutis, qd est sm rõnẽ rectam, unus est melius dispositus quam alius, uel pp maiorẽ assuetudinem, uel pp meliorem dispositionem naturæ, vel pp pspicacius iudicium rationis, aut etiam pter maius gratiæ donum, quod unicuique donat secundum mẽsurã donationis Christi, ut dicit ad Ephes. 4. Et in hoc deficiebant Stoici, æstimantes nullum esse uirtuosum dicendum, nisi, qui summe fuerit dispositus ad uirtutem. Non enim exigitur ad rõnẽ virtutis, quod attingat rectæ rõnis mediũ in indiuisibili, sicut stoici putabant, sed sufficit ppe mediũ esse, ut in 2. Eth.* dicitur. Idem ẽt indiuisibile signũ un⁹ propinquius, & prõptius attingit, quã ali⁹, sicut ẽt patet in sagittatorib. trahentib. ad certũ signum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod æqualitas illa nõ solũ est secundum quantitatem absolutam, sed est ẽt secundũ pportionem intelligenda: quia oẽs uirtutes pportionaliter crescũt in homine, ut infra dicet*.

AD 2m dicendũ, quod illud ultimum quod pertinet ad uirtutem, potest habere rationem magis, uel minus boni secundum prædictos modos, cum non sit ultimum indiuisibile, ut dictum est*.

AD 3m dicẽdum, quod Deus non operatur secundum necessitatem naturæ, sed secũdum ordinẽ suæ sapientiæ, secundum quam diuersam mensurã uirtutis hoibus largitur, secundum illud ad Ephes. 4. Vnicuique uestrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

ARTICVLVS II.

Vtrum omnes virtutes simul in eodem existentes sint æquales.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr quod non oẽs uirtutes in uno, & eodẽ sint æqualiter intensæ. Dicit enim Apostolus 1. ad Corint. 7. Vnusquisq; enim

SVPER Q. LXVI. ART. II.

Med art. 2.

IN titulo articuli secundi quæstio nis sexagesimæsextæ scito titulum loqui de uirtutibus sicut in præcedenti titulo, scilicet de uirtutibus simpliciter, ut patet in processu.

bile mediũ inclinat⁹ naturaliter ad illud, quã non naturaliter exercitatus, quàm nõ exercitatus.

333 *Porrecta per totum.* Inf. art. 2. cor. & q. 73. art. 2. ad 3 & q. 112. ar. 4. cor. Et 2. 2. q. 5. ar. 4. Et 3 d. 36. art. 4. Et ma. q. 2. ar. 9. ad 8. Et uit. q. 5. ar. 3. *Glo. ordinar. ibid.

*tex. 116. tom. 2. †c. 19. t. c.

concl. (A, B, C, D, E)

†c. 6. t. 5. *Q. 52. ar 1.

*concl. P

*In pdica. qualitatis. concl.

*C. 6. t. 5.

*Art. seq.

*In corp art.

334 *Porrecta per totum.* Sup. ar. 1. ad 1. & infra q. 73. ar. 2. ad 3. Et 2. d. 42 q. 1. ar. 5. ad 6. Et 3. d. 36. a. 4. et mal. q. 2. ar. 9. ad. 8. Et uirt. q. 5. ar. 3.

¶ In corpore eiusdem articuli, hoc primum declarandũ occurrit Nouitijs q ro æqualitatis, q̃ ex Augu. ita tractat, cõsistit i hoc. Si virtutes nõ essent æquales, oporteret q aliqua haberet istas quatuor cõditiones inæquales, nã ad æqualitatẽ requirit æqualitas oĩum, sicut ad cõnexionẽ simultas omniũ: q a æqualitas est q̃dã cõnexio uirtutũ secũdm q̃titatẽ, ut patet sed non põt fieri, ut vna uirtus minus habeat de una istarum quatuor conditionũ, quàm de alijs. ergo. Probatur minor ponẽdo duos, in quorũ vno sit fortitudo minus habẽs de cõditione prudentiæ, & in altero fortitudo magis habens prudentiæ, & deducendo ad incõueniens, q similiter sunt æquales in fortitudine, & inæquales in fortitudine & partes sequela quo ad primã partẽ ex aduersario. quo ad sc̃dam ex ueritate: q a alteri^o fortitudo est prudentior, ac p hoc manifeste apparet, q sicut in uno, & eodẽ oportet æquales esse has quatuor cõditiones i qualibet materia cardinaliũ virtutũ. idẽ est enim iudiciũ in uno, & eodem, & in duobus.

¶ Declarãdũ est sc̃do, q q a uirtutes sc̃dm inclinationes ad ppios actus nõ sũt æquales nec q̃titatiue, nec proportionaliter, ut in lra dr: ió in sñfinne ad sc̃dm dr. Vnus & idẽ hõ promptior est ad actũ uni^o uirtutis, q̃ ad actũ alterius: & ad hũc sensũ reducẽda uidentur dicta alibi ab authore, ita q si dicã uirtutes æquales sc̃dm habitũ, & nõ sc̃dm actũ, ut in 36 d. tertij hoc dicentes seq vr author: sed dica, q uirtutes sc̃dm formale in habitu, sunt æquales: sc̃dm, uero materiale sunt inæquales, q̃d est dicere, habitus uirtutũ, ut procedũt subiecti uirtuti à prudẽtia, uel charitate, sunt æquales pportionaliter: ut uero ph . sũt eadẽ, ut tẽdẽtia in ppias materias, sunt inæquales.

*Cap. 4. tom. 3.

*Ar. p̃ced.

concl. m

habet propriũ donum à Deo, ^F alius quidem sic, alius aũt sic: nõ esset aũt unumdonũ magis proprium alicui, quàm alíud, si omnes uirtutes dono Dei infusas q libet ^b æqualiter haberet. ergo vr quòd nõ omnes uirtutes sint æquales in vno, & eodem.

¶ 2 Præ. Si omnes uirtutes essent æque intẽsæ in uno, & eodẽ, sequeretur q quicunque excederet aliquẽ i una uirtute, ^h excederet ipsum in oĩbus alijs uirtu ^G tibus, sed hoc patet esse falsũ: q a diuersi sancti de diuersis uirtutibus pcipue laudantur: sicut Abrahã de fide, Moyses de mãsuetudine, Iob de patientia. vñ de quolibet Cõfessore cantat i Ecclesia; Nõ est inuẽtus similis illi, q conseruaret legẽ Excelsi, eo q qlibet habuit prærogatiuã alicuius virtutis. ñ ergo oẽs uirtutes sũt æquales i uno, & eodẽ.

¶ 3 Præt. Quanto habitus est in- ^H tẽsior, ^h tanto hõ sm ipsum delectabilius, & prõptius operat: sed experimẽto patet, q unus hõ delectabilius, & prõpti^o operat actũ uni^o uirtutis, quã actũ alterius. non ergo oẽs uirtutes sunt æquales in uno, & eodem.

SED CONTRA est, q Aug. dicit in 6. de Trinita.* Quòd quicunq; sunt æquales in fortitudine, æquales sunt in prudẽtia & tẽperãtia, & sic de alijs: hoc aũt ñ esset, nisi oẽs uirtutes uni^o hoïs essent æquales. ergo oẽs uirtutes vnius hominis sunt æquales.

RESP. Dicendũ, q q̃titas uirtutũ, sicut ex dictis patet, * põt attendi dupliciter. Vno mõ sm rõnẽ spẽi, & sic nõ est dubiũ, q una uirtus unius hoïs sit maior, q̃ alia, sicut charitas fide, & spe. Alio mõ põt attendi sm participationẽ subiecti, prout s. intenditur, uel remittit in subiecto: & ^m K sm hoc oẽs uirtutes unius hoïs sunt æquales quadã æqualitate proportionis, inquantum æqualiter crescunt in hoïe ^n sicut digiti manus sunt inæquales sm quantitatem, sed sunt æquales sc̃dm proportionem, cum proportionabiliter augeant. hmõi aũt æqualitatis oportet eodem mõ rõnem accipere, sicut, & connexionis. Aequalitas enim est quædã connexio uirtutum sm quantitatem. Di-

ctum est autem supra, * quòd ratio connexionis uirtutum dupliciter assignari potest. Vno modo secũdum intellectum eorum, qui intelligunt per has quatuor uirtutes, quatuor conditiones generales uirtutum, quarum una simul inuenitur cum alijs in qualibet materia: & sic uirtus in qualibet materia non potest æqualis dici, nisi habeat omnes istas conditiones æquales. Et hanc rationem æqualitatis virtutum assignat Aug. in 6. de Tri.* dicens. Si dixeris æquales esse istos fortitudine, sed illum prẽstare prudẽtia, sequitur quòd huius fortitudo min^o prudens sit, ac per hoc nec fortitudine æquales sint, qñ est illius fortitudo prudẽtior: atq; ita de cæteris uirtutib. inuenies, si oẽs eadẽ cõsideratione percurras. Alio modo assignata est rõ connexionis uirtutum secundum eos, qui intelligunt hmõi uirtutes habere materias determinatas: & secundum hoc rõ connexionis uirtutum moraliũ accipitur ex parte prudentiæ, & ex parte charitatis quantum ad uirtutes infusas: non autem ex parte inclinationis, quę ẽ ex parte subiecti, ut supra dictum est.* Sic igitur, & rõ æqualitatis uirtutum potest accipi ex parte prudẽtiæ quantum ad id, quod est formale in omnib. uirtutibus moralibus. Existente enim ratione æqualiter perfecta in uno, & eodẽ, oportet q proportionaliter secundum rationem rectam medium constituatur in qualibet materia uirtutum. ^P Quantũ uero ad id, quod est materiale in uirtutibus moralib. scilicet, inclinationem ipsam ad actũ uirtutis, põt esse vnus homo magis promptus ad actum unius virtutis, quàm ad actum alterius uel ex natura, uel consuetudine, vel etiam ex gratiæ dono q.

*q. 65. ar. 1.

*Ca. 4. circa princ. tom. 3.

*q. p̃cedẽ. ar. 4.

*q. 65. art. 1. & 2.

concl. p

AD PRIMUM ergo dicendũ, q uerbum Apostoli potest intelligi de donis gratiæ gratis datæ, quę nõ sunt cõia omnibus, nec omnia æqualia in uno & eodem: vel potest dici quòd refertur ad mensuram ^I gratiæ gratum facientis, secũdum quam unus abũdat in omnibus uirtutib. plus quàm alius, propter maiorem abundantiam prudentiæ, uel etiam charitatis, in qua connectuntur omnes uirtutes infusę.

AD 2 ^m dicendũ, q vnus ^d sanctus laudatur pręcipue de una uirtute, & alius de alia propter excellentiorem promptitudinem ad actum unius uirtutis, quàm ad actum alterius. Et secũdum hoc etiam patet responsio ad tertium.

D. 179.

ARTICVLVS III.

Vtrum virtutes morales præemineant intellectualibus.

AD TERTIVM sic procedit. Vr q uirtutes morales pęmineant intellectualib. Quod enim ^n magis est necessarium & permanẽtius, est melius: sed uirtutes morales sunt permanentiores ẽt disciplinis, quæ sunt virtutes intellectuales, & sũt ẽt magis necessariæ ad uita humanam. ergo sunt præferendę uirtutibus intellectualibus.

¶ 2 Præt. De rõne uirtutis est,

SVPER Q. LXVI. ART. III.

Med. ar. 3.

IN arti. 3. eiusdem 66. quæstionis dubium occurrit circa distinctionem in littera factam de uirtute, quòd sumitur dupliciter, scilicet secundum rationem speciei in ordinẽ ad obiectũ. & secundũ ordinem ad actum. Hęc nanq; distinctio cõtra eidentia habet membra: nam uirtus secundum rationem speciei habet ordinẽ ad actum, & econuerso:

315 *Porrecta per totum.*

Sup. q. 61. ar. 1. ad 3. & infr. q. 68. ar. 7. & 8. cor. Et 2. 2. q. 23. ar. 6. ad 1. & q. 161. art. 5. cor. Et 4. d. 13. q. 1. ar. 1. eo Et vit. q. 1. ar. 12. cor.

q̄ bonū faciat habentem: sed sm̄ uirtutes morales dicitur hō bonus, non aūt secundum uirtutes intellectuales, nisi forte secundum solam prudentiam. ergo uirtus moralis est melior q̄ uirtus intellectualis.

¶ 3 Præt. Finis est nobilior his, q̄ sunt ad finem: sed sicut dr̄ in 6. Eth.* uirtus moralis facit rectā intentionē finis, prudētia aūt facit rectā electionem eorum, q̄ sunt ad finē. ergo uirtus moralis est nobilior prudentia, q̄ est uirtus intellectualis circa moralia.

SED CONTRA. Virtus moralis est in rationali p participationē: uirtus aūt intellectualis in rōnali p essentiā, sicut dr̄ in 1. Eth.* sed rationale per essentiam est nobilius, q̄ rationale p participationē. ergo uirtus intellectualis est nobilior uirtute morali.

B RESP. Dicendū, q aliquid pōt dici maius uel minus dupliciter. Vno mō, simpliciter. Alio mō, secundum quid. Nihil.n. prohibet aliquid esse melius simpliciter, ut Philosophari, q̄ ditari: qd̄ tamen non est melius scd̄m qd, idest, necessitatem patiēti. Simpliciter aūt consideratur unum quodq; quando consideratur secūdum propriam rationem speciei: habet autem uirtus speciē ex obiecto, ut ex dictis patet.* Vnde simpliciter loquendo, illa uirtus nobilior est, quæ habet nobilius obiectum. Manifestum est aūt q obiectum rationis est

*ca. 12. in me. 10. s.

*cap. ult. eorū. s.

*Q. 60. a. 1.

uerso: quia potentiæ & habitus specificantur ex actibus, & actus ex obiectis, ut habetur in secundo de anima.

¶ Ad hoc dr̄, q uirtus dupliciter respicit actū. primo ut specificantē ipsam: Scd̄o, ut effectū ipsius. & primo mō actus cadit sub primo mēbro implicite, ut obiectio probat: scd̄o aūt mō spectat ad scd̄m mēbrū. Intendit.n. author, q uirtus pōt considerari dupliciter, primo scd̄m specificā differentiā, seu rōnem uirtutis: secūdo scd̄m bōa conditionem, s. esse principium actus recti: & vult, q prima consideratio iudicet uirtutē simpliciter, quia scd̄m proprium cōstitutiuū essentialiter: secunda iudicet eam scd̄m quid, quia secundum communia. & consequenter vult, q virtutes intellectuales sint nobiliores simpliciter, q̄ morales: quia habēt nobilius obiectum. Morales autem sunt nobiliores secundū quid: quia dant non solum facultatem actus recti, sed facultatem recte utendi ipsa facultate, quod est manifeste esse perfectius principiū actus: & hoc habet uirtus moralis, quia perficit appetitum, cuius est mouere seipsum, & cæteras potentias. Hæc autem ideo breuiter transeo, quia superius declarata sunt.

¶ In eodem tertio articulo dubium est de rōne in litera assignata, qua ratio obiectum rationis nobilius est obiecto appetitus, quia scilicet ratio apprehendit aliquid in uniuersali: appetitus autē tendit in res, quæ habent esse particulare, tum quia, & ratio apprehendit particulare, & appetitus tendit in uniuersalia. appetimus enim famam, & gloriam in communi, & odimus latronum genus: tum quia res habent nobilius esse in particularib. quàm in uniuersali: quia illud est reale, hoc rationis: illud simpliciter, hoc secundum quid.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia de nobilitate intellectus, & uoluntatis in prima parte dictum est, ideo author breuiter pertransiens, hanc rationem affert, in qua duo tanguntur, scilicet modus operandi utriusq;, & cōditiones obiectorum. Vniuersalitas nanq; & particularitas extra conditiones sunt obiectorum rōnis & appetitus. tendere aūt ad extra, & habere in se, modi sunt operandi, ille appetitus, iste intellectus: & ille quidem in litera exprimitur, iste aūt non, sed insinuantur, & ex opposito, & ex cōditione obiecti, quia uniuersale in aīa est. Est igit̄ nobilior ratio appetitu, quia apprehendit in uniuersali, idest, quia respicit res scd̄m esse eleuatū, in quo uniuntur oīa particularia, q̄ in re diuisa sunt. Cum.n. dispersa in inferiorib. unita sint in superiori, & particularia in uniuersali uniātur, in seipsis dispergantur, cōsequens est vt vniuersale altioris sit ordinis: & hoc directe intēdit litera, q̄ ex obiecto testat̄ se procedere. Modus āt operādi, q optimā quoq; constituere rōnē, hic nō est intētus: sed in utili in memēto cū de uoluntate, & intellectu respectu Dei in patria loqueris: ibi. o. stāte paritate obiecti ex mō p̄eminet intellectus. Ad obiecta aūt in oppositum dr̄, q p̄sens sermo non comparat rōnē appetitui intellectiuo in spem, sed appetitui cōmuni, uoluntati, irascibili, & concupiscibili. Vnde patet, quòd sicut ratio per se primo est uniuersalis, & reflexe particularis: ita appetitus per se respicit res in particulari permissiue, inquantum intellectiuus est, respicit vniuersale. Cōparatio autem fit scd̄m primaria, nō scd̄m secūdaria obiecta. Dr̄ scd̄o, q quia appetitus hoc ipsum q tendat in uniuersale, habet à ratione tō ratio, quę ex seipsa hoc habet, & in hoc est nobilior. Et ut excludatur omnis cauillatio, dico q vis rationis consistit in hoc, q ratio tendit ex se in uniuersale, ita q habet ipsum vt proprium, quòd nulli alteri conuenit: quia appetitus si tendit in uniuersale, habet hoc ex alio, & vt communicatum & participatiue: in cuius signum appetitus tendit in uniuersale magis ex ea parte qua distribuit̄ in particularia, q̄ inquantum in se unit illa, cuius oppositū accidit in intellectu, & est magis de ratione uniuersalis. Appetimus in gloriam in uniuersali, pro quanto uellemus gloriam extēdi

A ad oēm gloriā. Et similiter odio habemus latronū genus, p q̄to ad oēs latrones odiū extendimus: intelligimus hæc in uniuersali ecōuerso pro q̄to, s. diuisa ad unū cōtemplando tenemus.

¶ Ad secundā aūt obiectionē di. q esse in uniuersali non sumitur pro denominatione, q̄ dr̄ uniuersalitas, s. p esse in materialiā quo in anima existente res extra denominatur extrinsece uniuersalis. Constat aūt, q esse materiale est reale, & nobilioris ac altioris ordinis adeo, ut unū indiuiduum immaterialia ordinis æquiualeat infinitis particularib. materialiter. Et licet esse immateriale rerū materialiū sit esse earum scd̄m quid, est tū in se, & in ordine uniuersi esse simpliciter, & eminentius: sicut bos in Sole non est bos simpliciter, tamen esse Solis q est eminenter bos, est esse simpliciter nobilius. unde consueuit dici, q bos est simpliciter bos in particulari, & bos, & scd̄m qd in anima: t esse tamē ens nobilius in aīa, C quàm in particulari. & hoc sufficit proposito, ubi de nobilitate simpliciter obiecti, & non respectu huius, nec illius specialis p̄dicati, puta bouis, equi &c. est sermo.

¶ In eodem artic. 3. dubiū est, quia author uidetur in calce articuli quasi retractare conclusionē huius articuli, s. q virtutes intellectuales sunt simpliciter loquendo, nobiliores q̄ morales, dū dicit, q ratio virtutis magis cōpetit morali, & q uirtutes intellectuales sunt nobiliores habitus: quasi dicat, q nō sunt nobiliores uirtutes, q̄uis sint nobiliores habitus. Et confirmat̄ hæc sententia ex supradictis in art. 3. q. 56. vbi dictū est, q uirtutes intellectuales sunt uirtutes scd̄m quid: morales aūt sunt uirtutes simpliciter, pp rōnē hic tactā, & ibi explicatā: quia. s. moralis pficit ad rectitudinē actus in se, & in eius vsu, intellectualis aūt in se tm̄: ex hoc.n. arguitur facile sic. Quod est tale simpliciter, est nobilius in esse tali, quàm quod est tale secundum quid: sed moralis est uirtus simpliciter, intellectualis secundum quid. ergo mo- D ralis est nobilior uirtus quàm intellectualis.

¶ Ad hoc dr̄ concedēdo, q author in calce articuli declarauerit intentionem suam, q intendit has tres propositiones esse veras & stare simul. Virtutes intellectuales sunt nobiliores moralibus. Virtutes intellectuales sunt nobiliores habitus, quàm morales. Virtutes morales sunt nobiliores uirtutes, quàm intellectuales: quū in prima sit cōparatio non scd̄m hanc uel illam rōnē, sed simpliciter: in secunda in ratione habitus: in tertia in rōne uirtutis. Sed huic expositioni obstat, primo, quia sermo authoris debet esse formalis, ac per hoc in tractatu de uirtutib. nono, dicēs, q intellectuales uirtutes sunt nobiliores moralibus, debet verificari formaliter, s. de uirtutibus, inquātū uirtutes sunt. Obstat, secundo, quia author ipse in hac litera vult, q uirtus inquātum uirtus habet speciem ex obiecto, & ex hoc iudicetur nobilior simpliciter. Si.n. à doctrina sensus formalis tollitur, obiecta incertitudinis plena sunt, ut dr̄ in 4. Metaphysicæ. Dicendum E est ergo, q intentio authoris hæc est, duas tm̄ propositiones construere, s. primā simpliciter, & tertiam secundum quid. i. aū determinatione, ut declarabitur. secunda.n. incidit cum prima ut declarabitur. in sensu autem exposito impertinens: nō enim hic de habitus ratione tractatus est.

¶ Ad quorū euidentiā sciendum est, q dupliciter exponi potest sermo de uirtutibus, inquantum uirtutes. pōt.n. quis ibi: inquātum, determinare rōnē communem uirtutis: & potest determinare specificas differentias uirtutū. si determinet cōmunis rationē uirtutis, sic uirtutes morales sunt nobiliores intellectualib. quia communis ratio uirtutis, ut in litera dr̄, sumitur ex ordine ad actum, in quo præstant morales intellectualibus. si uero determinentur specificæ differentiæ uirtutum, sic intellectuales præstant moralibus: quia habent nobilius obiectū, unde specificas sortiuntur differentias: & totum oppositum est eius, quod præcedens expositio credidit, quia uirtutes intellectuales sunt simplici-

nobilius, q̄ obiectum appetitus. ratio.n.apprehendit aliquid in uniuersali, sed appetitus tendit in res, q̄ habēt esse particulare. unde simpliciter loquendo, uirtutes intellectuales, quæ perficiūt rationem, sunt nobiliores quàm morales, quæ perficiunt appetitum. Sed si consideretur uirtus in ordine ad actū, sic uirtus moralis, quæ perficit appetitū, cuius est mouere alias potentias ad actum, ut supra dictū est, nobilior est. Et quia uirtus dr̄ ex eo, quod est principium alicuius actus cum sit perfectio potentiæ, sequitur ēt q̄ ratio uirtutis magis competat uirtutib. moralib. q̄ uirtutibus intellectualibus: quāmuis uirtutes intellectuales sint nobiliores habitus simpliciter.

G AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ uirtutes morales sunt magis permanentes, quàm intellectuales pp exercitium earum in his, quæ pertinent ad uitam communem. Sed manifestum est, q̄ obiecta disciplinarum, quę sunt necessaria, & semper eodem mō se habentia, sunt permanentiora quàm obiecta uirtutum moralium, quæ sunt quædam particularia agibilia. Quod au-

simpliciter nō solū nobiliora entia, sed nobiliores uirtutes moralib. licet sint ignobiliores scdm communem rōnē uirtutis, q̄ magis conuenit moralib. immo eis simpliciter, & intellectualibus scdm quid. Sed hæc maior nobilitas, s. habere communem rōnem uirtutis simpliciter, non dat maiorē nobilitatem simpliciter, sed scdm quid: quia spectat ad esse principiū actº. Vnde, ut in litera dr̄, nō sumitur nobilitas simpliciter maior, sed scdm quid: & similiter ex eo, q̄ intellectuales uirtutes sunt scdm quid uirtutes secundum communē uirtutis rationem, non nisi secundum quid ignobiliores censentur. Et propterea in litera concluditur, quòd uirtutes intellectuales, licet minus communem uir-

q 9.ar.j.

tutis rōnem habeāt, sunt nobiliores habitus simpliciter, & non in ratione habi-

concl. m

tus. Si enim essent nobiliores in ratiōe habitus tantum, essent nobiliores secundum quid, cum sit prædicatum ualde commune unde prima propositio est simpliciter uera & formalis, scilicet, Virtutes intellectuales sunt nobiliores moralibus: quia ex propriis rationibus specificis uendicant

H sibi maiorem nobilitatem quàm morales. Tertia autem propositio est uera cum determinatione: unde & in litera non habetur. Nec acceptatem eam nisi cum determinatione hoc modo, uirtutes morales sunt nobiliores uirtutes secundum communem rationem uirtutis, quàm intellectuales: sine hac enim determinatione contradictoriam concederem. Nec obstat doctrina superius habita in quæst. 54. & pluries repe. ita de uirtute simpliciter, & secundum quid: quia secundum communem uirtutis rationem intelligitur. hunc sensum memento reducere, similia inuanies.

¶ In corpore eiusdem articuli aduerte primo, quòd Scotus cum sequacibus, quia tenet uoluntatem nobiliorem intellectu, consequenter ponit uirtutem moralem nobiliorem prudentia, quę est intellectualis. & nō solū in hoc principio discordat, sed quia ponit prudentiam & uirtutem moralem circa idem obiectū, ac per hoc æqua est apud ipsum nobilitas ex parte obiecti, & aperte errat: quia licet sit idem obiectum materiale, puta, agibilia prudentiæ tamen obiectum est sub ratione ueri, uirtutis autem moralis sub ratione boni: ueri autem ratio nobilior est simpliciter, quia absolutior. Aduerte secundo, ne te decipiat materia intellectualis uirtutis, puta artis, & propterea neges eā nobiliorem simpliciter, respice ad rationem literæ, quia scilicet est de eis in uniuersali, & quiesces non abnegando ignobilitatem secundum quid pro quanto ad uilia experiendo descendit utrū que. n. arti conuenit, ut in primo Metaphysicæ dr̄, iudicare scilicet, & agere. & propterea sic suscipere memento, quòd prudentia, & ars sint circa singularia, ut prius, & essentialius, in quantū cognoscitiuæ sint circa uniuersalia: unde nobilitatem simpliciter trahunt, ut in litera dicitur.

¶ In responsione ad tertiū eiusdem articuli, dubium arduū occurrit in uia authoris, & simpliciter, quomodo. s. sit uerum Prudentiam dirigere morales uirtutes ēt in præstituendo finem: &

K simpliciter quidē in Scda secundæ discutiendum erit in q. 47. Ad hominem uero nunc duplici rōne differendum puto. Primo, quia hoc repugnare ui superius dictis, & inferius in Secunda secundæ loco allegato. superioribus quidem pro quanto dictum fuit, quòd prudentia principium, quod est finis, habet à uirtute morali: quia qualis unusquisque est, talis ei finis uidetur. inferioribus autem, quia expresse negabitur ex proposito, prudentiam præstituere finem moralibus uirtutibus. Secundo, quia ex hoc pendet principale intentum huius articuli quo ad prudentiam, an scilicet nobilior sit prudentia uirtute morali, ut uis argumenti tangit.

¶ Ad huius difficultatis euidentiam ponendus ante oculos est progressus nostræ mentis in istis, ut ex eo rationem dictorum sumere, & reddere ualeamus, & quid simpliciter, & quid secundum quid intelligatur, discernamus. In mente nostra primo omnium est synderesis, qua non solum omne bonū prosequē-

F dum, & malum fugiendum, felicitatem appetendum, & miseriam fugiendam: sed bonum rationis prosequendum, & malum oppositum uitandum iudicamus naturaliter. & hinc in appetitu naturaliter inest non solum inclinatio ad bonum prosequendum, & malum uitandum, ad beatitudinem appetendā, & miseriā fugiendā: sed imperfecta quædam inclinatio ad uiuendum scdm rectam rationem. Et licet synderesis sit uirtus, quia est intellectus principiorum, inclinatio tamē hæc appetitus non est uirtus, quia imperfecta est. Ratio autem quare in appetitu non est perfecta naturalis inclinatio, ut sit sufficiens ad uirtutem, sicut in ratione est iudicatorium naturale sufficiens ad uirtutem, est, quia apprehensio trahit res ad se, & iudiciū perficitur scdm esse, quod res habent in nobis: appetitus autem tendit ad res in se, & perficitur in adeptione rei. Ex hoc. n. prouenit, quòd inclinatio ad bonum eget habitu rectificante electionem, in uoluntate quidem quo ad bonum rationis in

H operationib. in appetitu uero sensitiuo quo ad bonum rōnis in passionib. qua adipiscatur finem, & ipsa impotens ad hoc à rōne uirtutis deficiant, lumen autē naturalis iudicij: circa principia tali adminiculo non egeat, sed in seipso manens recti semper fit principium actus perfecti, qui est iudicare. Synderesis igitur in intellectu iudicante, & proponente non solum finem ultimū, sed fines proprios uirtutum moralium, dum in passionibus, & operationibus scdm rationem uiuendum iudicat, & appetitu inchoatiue inclinato ad hos fines, scilicet bonum rationis in operationibus, bonum rationis in timoribus, & audaciis, bonū rationis in delectationibus &c. discurritur ex huiusmodi principiis firmatis in intellectu, & inchoatis in appetitu, subsumendo aliquod minus uniuersale, puta, abstinere à delectationibus uenereis, rempublicam defendendā, & concluditur modus in delectationibus, & sic de aliis. Hic autē discursus prudentiæ generatiuus est, & conclusio eius est modus in operationibus, seu pas-

I sionibus seruandus, qui nil aliud est quàm medium rationis in materia morali. principium autem eius est synderesis ex parte apprehensiua, & naturalis inclinatio ad bonum rationis in concupiscētijs & delectationibus ex parte appetitiua. Ad hunc quoque discursum perfectum, iudicio scilicet, & præcepto, sequitur in appetitu conclusio electionis, qua scilicet eligimus delectationes in ordine ad modum illum, medium illud, bonum illud rationis. In hac enim electione potest perficere simul duo ex parte obiecti, scilicet passiones ipsas modificatas, & modum ipsum: & intuer quòd modus spectat ad finem moralis uirtutis, quia est ipsum rationis bonum participatum in materia morali: passiones autem ipsæ spectant ad id, quod est ad finem: utuntur enim eis uirtutes propter bonum rationis. Et sicut prudentia generatur frequenti discursu ex fine, sic præexistente, & concludente medium: ita uirtus moralis generatur ex frequenti electione subsequente simul. genita autem iam utraque uirtus sic connectitur, ut humana ratio non solum synderesi, sed prudentia rectificata de fine uirtutis illa rectificante eam de fine illo absolute, ista rectificante eandem de eodem applicato ad minus uniuersale, quàm sit uniuersale synderesis, uel etiam ad singulare, quoniam prudentia est etiam singularium: & totius mota non solum ab appetitu naturali talis finis, sed perfecta uirtute inclinante in talem finem, discurrit ad ulteriores conclusiones, donec perueniatur ad perfectionem status uirtutis, uel ad firmandum eaidem, & proportionaliter ad eligendum mouetur appetitus. Hic est progressus mentis nostræ, in quo triplicem aduertere potes distinctionem, unde clarificari ambigua occurrentia possunt. Prima est de fine uirtutis moralis, quòd sumitur dupliciter, scilicet absolute, seu in sua communitate, & applicate ad speciales actus occurrentes in extremo uitæ humanæ. Secunda est de uirtutibus moralibus & prudentia, quòd sumuntur dupliciter scilicet in fieri, & in facto esse secūdū essentiam.

Tertia

Tertia est de dare & accipere finē, quod sumitur dupliciter, s. A primo, & non primo. Ex his nanq; liquet primo quod finis uirtutis moralis absolute pstituitur: primo non à prudentia, sed à synderesi & hoc clarū est, q2 prudentia ex illo fit. Scdo, q finis idē absolute nō prius intendit à uirtute morali, q̄ sit prudentia. & hoc clarū ē: q2 uirtue moralis nō fit ab illo fine illi mediante prudētia. Tertio, qđ prudētia in fieri non depēdet à uirtute morali, sed eius fine, & appetitu recto illi⁹ naturalis inclinationis, q nō est uirtus, sed inchoatio uirtutis. & hoc clarū est, q2 intētio recta finis ē principiū prudētiæ: & constat q ah prudētiā nō ē virt⁹ moralis. Quarto, q uirtus moralis in fieri depēdet nō solū à synderesi, & ea [illegible] intētione finis nūc dicta, sed prudētia afferēte finē, inueniendo mediū prius natura, quàm sequat electio generās uirtutē moralē. & hoc clarū est ex ordine dicto, & diffinitione uirtutis moralis. Quinto, q cōparando prudētiā ad uirtutē moralē in fieri, sic simpliciter uerū est, q prudētia dirigit uirtutē moralē pstituēdo illi finē nō primo & absolute, sed applicādo illū ad spālē materiā occurrētē. & sic uerificant uerba authoris hic, q pp inuētionē medij prudentiæ pstitutionē finis dant: & non contradicunt superioribus, nec dictis in secūda secundæ, quæ de prima pstitutione finis & de fine absolute uirtutis moralis loquuntur. Sexto, qđ comparando tam generatā prudētiā, & uirtutē moralē, utraq; in facto esse alteri finē applicite præbet

*Q. 3. ar. 6.

*Q. 9. ar. 1. et q. 36. ar. 3.

¶ll. 2. Eth. c. 6. et 6. Eth. c. ult. tom. 3. 336

Porrecta per totum. Sup. ar. 1. co. & inf. q. 68 ar. 7 co. Et 2. 2. q. 58. art. 12. et q. 123. a. 12. ai q. 141. ar. 8. Et 3. d. 33. q. 1. at. 1. q. 1. ao. Et 4. d. 33. q. 3. at. 3. cor. Et vit. q. 5. ar. 3. co.

tē virtutes morales sunt magis necessariæ ad uitā humanā, nō ostēdit eas esse nobiliores simpliciter, sed quo ad hoc, quinimo virtutes itellectuales speculatiuæ ex hoc ipso, q nō ordinant ad aliud, sicut utile ordinatur ad finē, sūt digniores. Hoc. n. cōtingit, q2 s̄m eas quodāmō B inchoatur in nobis beatitudo, a quæ consistit in cognitione ueritatis, sicut supra dictum est.*

Ad 2m dicendum, q secundū virtutes morales dicitur homo bonus simpliciter, & non s̄m intellectuales uirtutes ea rōne: q2 appetitus mouet alias potētias ad suum actum, ut supra dictū est. Vnde per hoc ēt non probatur, nisi quòd virtus moralis sit melior secundum quid. C

Ad 3m dicendū, q prudētia non solū dirigit uirtutes morales in eligēdo ea, q̄ sunt ad finē, sed etiam in præstituendo finē. Est autem finis uniuscuiusque virtutis moralis attingere mediū in ppria materia: qđ quidē medium determinatur secundū rectam rationem prudentiæ, ut dicitur in 2. & 6. Ethic. †

ARTICVLVS IIII.

Vtrum iustitia sit præcipua inter virtutes morales.

AD QVARTVM sic proceditur. Vr̄ q iustitia non sit præcipua inter virtutes morales. h Maius enim est dare alicui de proprio, q̄ reddere alicui quod ei debetur: sed primum pertinet ad liberalitatem, secundum aūt ad iustitiam: ergo uidetur quòd liberalitas sit maior uirt⁹ quàm iustitia.

¶2 Præt. Illud vr̄ esse maximum inh vnoquoque, quod est perfectissimum in ipso: sed sicut dicitur Iacobi 1. Patientia opus perfectū habet. ergo vr̄ q patientia sit maior quàm iustitia.

¶3 Præt. Magnanimitas h operatur magnum in omnibus uirtutibus, ut dicitur in 4. Ethicorū.* ergo magnificat etiam ipsam iustitiam: est igitur maior quàm iustitia.

SED CONTRA est, qđ Philosophus dicit in 5. Ethic.* q iustitia est præclarissima uirtutum.

RESPON. Dicendum, q uirtus aliqua secundum suam speciem potest dici maior, uel minor, uel simpliciter, uel secundum quid. Simpliciter quidem dicitur maior, secundum quod ea majus bonum rationis relucet, ut supra dictum est.* & secundum hoc iustitia inter oēs uirtutes D morales præcellit tāquàm propinquior rationi,* quod patet & ex subiecto, & ex obiecto: ex subiecto quidem, quia est in uoluntate sicut in subiecto. volūtas autem est appetitus ra-

rū, quæ sunt ad finē tm̄. & per hoc soluitur illa confirmatio de habitu principiorū, quia. s. habitus principiorū est nobilior habitu conclusionū tm̄, non aūt habitu principiorū, & conclusionum: sicut est in proposito ubi secundum ueritatem utraque est principiorum & conclusionum. moralis nanque uirtus est finis, & eorū, q sunt ad finē: facit. n. rectā intentione & electionē: & similit prudētia est finis, & eorū, q sunt ad finē, dū inueniendo mediū applicat ipsum rōnis bonū qđ ē finis, ad operationes & passiones, quæ sunt pp finem. Et nota q author nō solum intendit prudētiam esse finis, sed ēt dirigere morales respectu finium, insinuans alteram rationem, s. quòd ad hoc quod habitus respectu finis sit nobilior requiritur q sit perfectus absque mendicatione ab illo, qui est respectu eorum, quæ sunt ad finem, si enim ab illo perficeretur, iā sub illo esset, nec esset independēs sicut finis independēs est ab alijs, quæ sunt ad finē. Sic aūt accidit in proposito: q2 licet uirtus moralis sit finis etiam absolute, q̄uo ipsius non est prudentia, sed synderesis: attamen dependet in fieri, & esse à prudentia, quæ est finis applicatrix, & eorū, quæ sunt ad finem: & propterea non sequitur, quòd sit nobilior prudentia. Reliqua in secunda secundæ tractanda sūt: vbi rationes Sc[illegible] tertio sentent. [illegible] 36. quòd prud[illegible] sit respectu finis, n[illegible] debuntur: & quare in ratione duab. existentibus uirtutibus, scilicet, synderesi, & prudencia, in appetitu una respondeat moralis uirtus respectu finis, et eorum, quæ sunt ad finem intendens, et eligens.

*Cap. 9.

*c. 1. paulo ante fi. tom. 5.

*Ar. 1. huius q.

*Consil. [illegible]

diuersimode declaratur hoc quo ad singula: prudentiam in primis constat medium morali uirtute semper ostendere, & conseruare uirtutem: deinde moralem constat finis appetitū rectū facere, ac per hoc prudentiæ principiū firmare. ex hoc aūt q appetitus uirtute morali rectificat ad eligendū consonat bono rōnis, quia electio claudit in sa intentione, consequens est, ut eadem uirtute rectificetur ad intendendū illum E finem etiam absolute, tanta q intentio finis, quæ prius ex synderesi, & inclinatione naturali tm̄ erat recta, ex uirtute morali à prudētia genita sit, & est recta recte, & sic uirtus moralis in facto esse dat prudētiæ in facto esse finē, & absolute, & nō econtra: & hoc est septimum. Declaratur q non est econtra: quia in parte apprehensiua synderesis est uirtus sufficiens respectu finis absolute: & propter hoc magis vulgatum & cantatum est, quòd virtus moralis dat finem prudentiæ, quàm econtra. ex his autem patet quomodo argumento satisfiat in proposito de nobilitate secundum ueritatem, & hanc rationem. consistit enim vis argumenti in hoc, Virtus finis est nobilior uirtute eorum, quæ sunt ad finem, sicut habitus principiorum est nobilior habitu conclusionū: sed uirtus moralis est respectu finis, prudentia respectu eorū, quæ sunt ad finē. ergo responsio literæ est ad minorē dicens, q prudētia est eorum, q sunt ad finem & finis, & ideo nō sequitur quòd sit ignobilior: sicut sequeretur si esset eo-

SVPER QVAEST. LXVI. ART. IIII.

Medina ar. 4.

¶3 Præt. Non põt esse idẽ subiectũ peccati, & cã efficiens: quia cã efficiens, & materialis non incidunt in idẽ, ut dĩ in 2. Physi.* sed uolũtas est cã efficiens peccati. Prima.n. cã peccandi est uoluntas, ut Aug. dicit in lib. †de duabus animabus. ergo non est subiectum peccati.

SED CONTRA est, qđ Augu. dicit in lib.* Retract. ꝙ uoluntas est qua peccat, & recte uiuitur.

RESP. Dicendũ, ꝙ peccatum quidã actus est, sicut s̃. dictum est.* Actuum aũt quidã transeũt in exteriorem materiam, ut urere, & secare: & hmõi actus habent pro materia, & subiecto id, in quod trãsit actio sicut Philosoph. dicit in 3. Physic † ꝙ motus est actus mobilis à mouẽte. Quidã uero actus sunt nõ trãseuntes in exteriorẽ materiã, sed manẽtes i agẽte: sicut appetere & cognoscere*: & tales act[a] sũt oẽs actus morales siue sint act[9] uirtutũ, siue peccatorum. unde oportet ꝙ propriũ subiectum actus peccati sit potentia, q̃ est principium actus. Cum aũt propriũ sit actuum moraliũ, ꝙ sint uoluntarii, ut s̃. habitum est*, sequitur ꝙ uoluntas, q̃ est principium actuũ uolũtariorũ siue bonorũ, siue malorũ, quę sunt peccata, sit principiũ peccatorum: & iõ sequitur, ꝙ l m peccatũ sit in uoluntate sicut in subiecto n.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ malum dĩ esse ꝑter uoluntatem quia uoluntas non tendit in ipsum sub rõne mali: sed qa aliqđ malum est apparens bonum: iõ uoluntas aliquando appetit aliquod malum, & secundum hoc peccatum est in uoluntate.

AD 2m dicendũ, ꝙ si defect[9] apprẹhensiuę uirtutis nullo mõ subiaceret uoluntati, non esset peccatũ nec in uoluntate, nec in apprẹhẽsiua uirtute: sicut patet in his, q hẽnt ignorantiã inuincibilem. & iõ relinquitur, ꝙ etiam defectus apprẹhẽsiuę uirtutis subiacens uoluntati, deputetur in peccatum.

AD 3m dicendum, ꝙ ratio illa procedit in causis efficientib. quarum actiones transeunt in materiam exteriorem, & q̃ non mouent se, sed alia, cuius cõtrarium est in uoluntate. unde ratio non sequitur.

ARTICVLVS II.

Vtrum sola uoluntas sit subiectum peccati.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd sola uoluntas sit subiectum peccati. Dicit etiã Augustinus in libro de duabus animabus*, ꝙ non nisi h uoluntate peccat: sed peccatũ est sicut in subiecto in potentia qua peccatur. ergo sola uoluntas est subiectum peccati.

est, ꝙ cum subiectum morale tantum sit actus uoluntarius, oportet actum, inquantum uoluntarium sumi, cũ sumitur inquantum moralis: ac per hoc ex negatione uoluntarij optime infert negatio formalis actus cũ aũt uoluntarius actus exterior, puta mala percussio, à plurib. causetur principijs subordinatis, puta uolũtate irascibili, & manu, si cõparetur ad manũ nõ est ab ea ut uolũtarius actus, qa man[9] nõ est scdm se principiũ aliquo mõ liberum sed subest imperio seruiliter. si cõparatur ad irascibilẽ, sic est ab ea, ut uolũtari[9] actus imperatus: qa irascibilis subest imperio ciuiliter. si cõparatur ad uolũtatẽ, sic est ab ea, ut actus uolũtarius quodammõ elicitus, ut patebit. Quia ergo nullus actus exterior, ut est à principio vñ est, ut actio trãsiens extra ab eo sub rõne uolũtarij, consequens est ꝙ nec tenetur ab eodẽ sub rõne morali, consequẽter nulla actio trãsiens ut sic, potest uolũtaria esse moralis, sed ut substat actio ni alicui immanenti. Et propterea in litera dĩ, ꝙ oẽs actus morales siue boni, siue mali sunt immanentes &c. esse manifestat formalis effect[9]. actibus.n. moralibus boni solũ operantes sũt in seipsis boni, & mali sunt in seipsis mali, cuius oppositũ accidit in transeuntibus: qm̃ acta bene, uel male disponuntur bonis, uel malis actionib. trãseuntibus, ut patet in ędificatione, pictura, scriptura. Ad sõnes aũt l oppositũ dĩ, ꝙ actus exteriores dicũtur boni, uel mali moraliter, ut subsunt elicitis actibus immanentibus, & nõ aliter qđ patet ex hoc, ꝙ nõ nisi inquantum induunt rõnẽ uolũtarij, boni, uel mali moraliter sunt, & dicuntur. Cõstat nanq; uolitum actũ immanentẽ uoluntatis afferre, cum hoc sit stat, ꝙ hmõi act[9] uolũtarij sunt scdm se mali, aliter q̃ actus interiores ut superius dictũ fuit. Nihil. o. obstat magis ratio actus immanentis, quàm uolũtarij, quod superius discussum est.

¶In eodem articulo. 1. q. 74. diligenter aduerte, quòd ex hoc articulo, ut testatus responsio ad primum in articulo sexto huius quæstionis, habes non solum quòd peccatum est subiectiue in uoluntate, sed ꝙ oẽ peccatũ est subiectiue in uoluntate. Ea hoc namq; loco habes, quòd nẽ peccatũ est actus immanens, & à uoluntate: & consequenter in uolũtate, quia oĩs actus immanẽs est in eo. à quo est. Et qm̃ in scdo artic. determinatur, ꝙ nõ sola uolũtas est subiectũ peccati, sed plures aliæ potentiæ sunt subiectæ peccatis, ut in sequentib. patet articulis, nosse debes, ꝙ nõ inconuenit idẽ peccatũ esse in plurib. subiectiue scdm diuersa, sicut põt diuersimode esse à pluribus paria namq; in actionib. immanentib. sũt esse in, & esse ab operante. Cum.n. in oĩ peccato concurrat actio uolũtatis positiue, uel priuatiue, oportet oẽ peccatũ rõne huius esse in uoluntate: cũ ẽt peccatũ quãdo̧ est actus alterius potentiæ sub imperio uoluntatis, ut male diligere, male irasci, male concupiscere, oportet peccatum scdm illum actũ esse in illa potentia elicitiua illius actus. Etsi contingat ad eundem actum malum concurrere tres potẽtias defectuose, puta, uoluntatem, rõnẽ, & cõcupiscibilem, illud peccatum subiectiue s. dm diuersa erit in tribus: & qm̃ quisq; assignatur pro subiecto proximum elicitiuũ actus, qñq; primum mouens, qñq; primo moti diligentis: & diligens lector discernat dicendi rõnem, ubi diuersitatem inuenit contingat de subiecto alicuius peccati, & non damnet, sed exponat.

SVPER Q. LXXIIII. ART. II.

Egi. d. 2. s. d. 39. q. 1. ar tic. 1.
Ric. d. 39. q. 2.
Medina ar. 2.

IN artic. secundo eiusdem 74. quæst. nota aduerte, qđ hinc patet apud authorem, actus aliarũ potentiarum, quæ suo principia actuũ uoluntariorũ ut sic, esse quandoque peccata formaliter ita quòd actus uoluntarius est primo malus formaliter, actus aũt aliarum uirium formaliter mali, sed nõ primo, sed secundario. & hoc ex ratione literæ probatur e qa actus immanens uoluntarius inordinatus est formaliter malus, & ex subiecto simul, & principio: quia principium talis actus est subiectum peccati.

191 *Porrecta per totum.* 4. d. 18. q. 1. art. c. q. 1. ad 2. Et 3. contra c. 109 fi. Et. Mal. q. 7. ar. 1. ad 16. Et Mat. e. *c. 4. parte 4 aliquãtulum ante fin. Et Aug. li. 3. de li. arb. ca. 17. to. 1.

*Tex. 70.

†cap 10 & 11. to. 6.

*Lib. 1. c. 9. circa med. to. 1.

*q. 71. ar. 1. & 6.

†tex. 18. tom. 2.

*q. 1. ar. 1. & q. 18. a. 6.

D 95. *concl.*

196 *Porrecta per totum.* Inf. ar. 3. cor. & q. 83. a. 1. co. Et. 2. dis. 44. in expo. lit. ad 2. Et mal. q. 2. ar. 2. & 3. *Cap. 10. à medio, tom. 6.

peccati formaliter, actus adi transeuntes. ui sic, nõ nisi materialiter mali sunt, & ad substantiã peccati ptinent in actu exercito, quia nõ nisi mediãte actu immanente, qui est subiectum bonitatis, & malitiæ moralis, ut patet ex dictis. unde Sco. in 2. sent. di. 42. absq; rõne intulit peccatum esse formaliter in sola uoluntate. hoc. n. nõ min⁹ est falsum, quã actualẽ iustitiã, .i. bonitatẽ, ut distinguitur cõtra actuale peccatũ, esse in sola uolũtate, quis utrum que sit formaliter in sola ipsa prima.

¶2 Præt. Peccatũ est qđdam malũ contra rõnem: sed h bonũ, & malum ad rõnẽ pertinẽs, est obiectũ solius uoluntatis. ergo sola uolũtas est subiectũ peccati.

¶3 Prẹt. Oẽ peccatũ est act⁹ uoluntarius: q̃a ut dicit Aug. in lib. de li. ar. † Peccatũ adeo est uolũtariũ, φ si nõ sit uoluntariũ, nõ est peccatũ: sed actus aliarũ uiriũ non sunt uoluntarij, nisi inquantũ illæ h uires mouent̃ à uolũtate. hoc aũt nõ sufficit adhoc φ sint subiectũ peccati, q̃a ẽm hoc ẽt h mẽbra exteriora, q̃ mouent̃ à uolũtate, essent subiectũ peccati, qđ patet eẽ falsũ. ergo sola uolũtas ẽ subiectũ peccati,

Sed contra. Peccatũ uirtuti cõtrariat̃, ꝯria aũt sũt circa idem: sed aliæ ẽt uires aiæ pter uoluntatẽ, sunt subiecta uirtutũ, ut supra dictũ est *. ergo nõ sola uolũtas ẽ subiectũ peccati.

*q. 56.

Resp. Dicendũ, φ sicut (ex pdictis patet.) Oẽ φ est principiũ uoluntarij actus, est subiectũ peccati: actus aũt uoluntarij dicunt̃ non solũ illi, q elicitur à uoluntate: sed ẽt illi, qui à uoluntate imperantur, ut s. dictum est *, cũ de uoluntario agere. unde m non solũ uolũtas põt esse subiectũ peccati, sed oẽs illæ potentiæ q̃ possunt moueri ad suos actus, uel ab eis reprimi p uoluntatẽ *. & eædẽ ẽt potentiæ sunt subiecta habituũ moraliũ bonorum, uel malorum, quia eiusdẽ est actus, & habitus.

*Art. pce. *q. 6. arti. 4 enel. m

Ad primvm ergo dicendũ, φ non peccatur nisi uoluntate, sicut primo mouente, alijs autem potentijs peccatur sicut ab ea motis.

Ad 2m dicendũ, φ bonũ, & malũ pertinent ad uoluntatẽ sicut per se obiecta ipsius: sed aliæ potẽtiæ habent aliqđ determinatum bonũ, & malum, rõne cuius põt in eis esse, & uirtus, & uitium, & peccatum, scđm φ participant uoluntate, & ratione.

Ad 3m dicendũ, φ mẽbra corporis non sunt principia actuũ, sed solũ organa: unde, & cõputãtur ad aiam mouentẽ, sicut seruus, qui agitur, & non agit. potentiæ aũt appetitiuæ interiores cõparantur ad rõnẽ quasi liberæ, q̃a agunt quodãmõ, & agunt̃, ut patet per id, qđ dr̃ 1. Politi. * Et pterea actus exteriorum membrorum sunt actiones in exteriorem materiã transeuntes, sicut patet de percussione in peccato homicidij: & propter hoc nõ est similis ratio.

*Cap. 3. a medio. t. 5.

Articvlvs iii.

Vtrum in sensualitate possit esse peccatum.

Ad tertivm sic procedit̃. Videtur φ in sensualitate non possit esse peccatũ. Peccatũ .n. est proprium homini, qui ex suis actib. laudatur, uel uituperatur: sed h sensualitas est communis nobis & brutis. ergo i sensualitate nõ potest esse peccatum,

¶2 Præt. Nullus peccat in eo, qđ uitare non põt, sicut Aug. dicit in lib. de lib. arbi. * sed hõ nõ põt uitare h quin actus sensualitatis sit inordinatus. est. n. sensualitas perpetuæ corruptionis, quãdiu in hac mortali uita uiuimus, un de per serpentem significatur, ut Augu. dicit. 13. de Trin. † ergo inordinatio motus sensualitatis non est peccatum.

*Lib. 3. c. 18. paulo post prin. to. 1.

†Li. 12. de Trin. cap. 12. & 13. to. 3.

¶3 Præ. Illud, qđ hõ ipse non facit, non imputatur ei ad h peccatũ: sed hoc solũ uidemur nos ipsi facere, qđ cũ deliberatione rõnis facimus, ut Philosophus dicit in 9. Ethic. * ergo motus sensualitatis, qui est sine deliberatione rationis, nõ imputatur homini ad peccatum.

*Ca. 8. circa mediũ tom. 5.

Sed contra est, qđ dr̃ Roma. 7. Non. n. qđ uolo bonũ, hoc ago: sed qđ odio malum, illud facio. qđ exponit Aug. * de malo concupiscentiæ, quod constat esse motum quendam sensualitatis. ergo in sensualitate est aliquod peccatum.

*Li. 3. contra Iulianum cap. 26. to. 6. & de uer. Apostoli ser. 12.

Resp. Dicendum, φ sicut supra dictum est, * Peccatum põt inueniri in qualibet potẽtia, cuius actus potest esse uoluntari⁹ & inordinatus, in quo consistit ratio peccati. Manifestum est aũt, φ actus sensualitatis põt esse uoluntarius, inquantum sensualitas, idest, appetitus sensitiuus, nata est à uolũtate moueri. unde relinqtur φ m in sensualitate possit esse peccatum *.

*Arti. 1. & 2.

Ad primvm ergo dicendũ, φ aliquæ uires sensitiuæ partis, etsi sint communes nobis & brutis, tamen in nobis habent aliquã excellentiam ex hoc, φ rationi iũguntur: sicut nos præ alijs animalibus habemus in parte sensitiua cogitatiuam, & reminiscẽtiam, ut in 1. dictum est *: & per hunc modum etiam appetitus sensitiuus in nobis prę aliis animalibus habet quãdam excellentiam, s. φ natus est obedire rõni, & quantũ ad hoc põt esse principium actus uoluntarii, & per consequens subiectum peccati.

*p. p. q. 78. arti. 4.

Ad 2m dicendũ, φ perpetua corruptio sensualitatis est intelligenda quantũ ad fomitẽ, qui nunq̃ totaliter tollitur in uita. Transit enim peccatum originale reatu, & remanet actu: sed talis corruptio fomitis non impedit quin homo rationabili

nit, φ sit peccatum omissionis, cum th hic ponatur peccatũ cõmissionis. Sed hoc facile soluitur à pspicientibus, φ qñ committit̃ aliquis actus inordinatus uolũtarie, siue nolũtarie, siue positiue, siue negatiue, est peccatũ commissionis, ut patet in delectationib. malis pceptis, nõ imperatis, sed nec exclusis. Incuria nanq; nauitæ submersionis peccatũ cõmittit̃, quãuis negatiue: unde etiam cõcupiscentia carnis aduersus spiritũ sit malus actus, & uolũtarius negatiue, seqtur, qđ sit peccatum cõmissionis, quando peccatum est.

¶ In eodẽ arti. aduerte, φ circa motus sensualitatis est aliquid certũ & aliquid uĩ incertũ. Certũ est, φ oẽs motus mali, quos uolũtas põt, & dẽt puenire, si nõ puenit, qñ sicut &c. sunt peccata sed φ uolũtas possit, & dẽat semp singulos motus sensualitatis aut uanitatis puenire, nõ uĩ cõsonum, eo qđ uĩ, φ sit obligatio ad impossibile in reali executione singulatum puentionũ. Si th authoritas Augustini, & authoritate uerãda penset, & ratio in litera insinuata non apparebit hoc dissonũ. Cũ. n. peccatũ ueniale sit impfectũ qđ in gñe moris & peccati, pp φ & sine deliberatione cõmittit̃, cõsequens est, φ impfecta ratio potentiæ, & debiti sufficiat ad cõmissionẽ ipsius. Vnde concedẽtẽ, φ est in nobis impfecta potẽtia ad reprimendũ, uel obuiãdum singulis motib. malis: q̃a dũ attendo uni, & do operã rei sanctæ, insurgit alius: attamen talis imperfecta potentia cũ aliquali debito sufficit ad rationem talis peccati imperfecti.

SVPER Q LXXIIII. ART. III.

597 Porretta per totum. 2. di. 24. q. 1. art. 2. & dis. 31. q. 2. art. 1. ad 4. Et ueri. qõ. 15. a. 3. Et mal. q. 7. arti. 6.

Egid. 2. s. d. 24. q. 1. a. 2. Med. ar. 3.

In arti. 3. eiusdem 74. quæst. dubium occurrit ex Scoto in quadragesimasecũda distinctione secundi senten. quæst. 1. infeṙẽte, φ si in motib. pcedentib. actus uolũtatis est peccatũ, q̃a uoluntas non puenit

voluntate possit reprimere singulos mot⁹ inordinatos sensualitatis si pficiat, puta, diuertēdo cogitationē ad alia: sed dum hō cogitationē ad alia diuertit, potest ēt circa illud aliquis inordinatus motus insurgere: sicut cū aliquis transfert cogitationem suā à delectationib. carnis, uolens cōcupiscētiæ motus uitare ad speculationē scientiæ, insurgit qñq; aliqs motus inanis gloriæ impmeditatus. & iō nō pōt hō uitare omnes hmōi motus pp corrupptionē pdictam: sed hoc solum sufficit ad rationem peccati uoluntarij, quòd possit uitare singulos.

Ad 3m dicendum, q illud qđ hō facit sine deliberatione rōnis, non perfecte ipse facit: qa nihil operaē ibi id, qđ est principale in hoie. unde nō est pfecte actus humanus, & p consequēs non pōt esse perfecte actus uirtutis, uel peccati, sed aliquid imperfectum in genere horū. unde talis motus sensualitatis rōnem puenieos, est peccatum ueniale, quod est quiddam imperfectum in genere peccati.

Articvlvs IIII.

Vtrum in sensualitate possit esse peccatum mortale.

AD QVARTVM sic procedit. Vr̄ q in sensualitate possit esse peccatum mortale. Act⁹ enim ex obiecto cognoscitur: sed circa obiecta sensualitatis contingit peccare mortaliter, sicut circa delectabilia carnis. ergo actus sensualitatis potest E esse peccatum mortale, & ita in sensualitate peccatum mortale inuenitur.

¶2 Præt. Peccatū mortale contrariatur uirtuti: sed[h] uirtus pōt esse in sensualitate. Temperātia enī, & fortitudo sūt uirtutes irrationabiliū partiū, ut* Philos. dicit in 3. Eth. ergo in sensualitate pōt esse peccatū mortale, cū ɔtraria sint nata fieri circa idē.

¶3 Præt. Veniale peccatū est[b] dispositio ad mortale: sed dispositio, & habit⁹ sūt i eodē. cū igiē B ueniale pecccatū sit in sensualitate, ut† dictum est, ēt mortale peccatū esse poterit in eodem.

Sed contra est, qđ Aug. dicit i lib. Retractationū, & habeē in glo. Rom. 7. Inordinatus concupiscētiæ motus, q est peccatū sensualitatis, pōt ēt esse i his, q sunt in gratia, in quib. tñ peccatū mortale non inuenitur. er C go inordinatus motus sensualitatis non est peccatū mortale.

Resp. Dicendū, q sicut inordinatio corrumpens principiū uitæ corporalis, causat corporalem mortem: ita ēt inordinatio corrumpens principium spiritualis uitæ, qđ est finis ultim⁹, causat mortem spiritualem peccati mortalis, ut supra dictū est. Ordinare aūt aliquid in finē nō est sensualitatis, sed solū ratio- D nis. Inordinatio aūt à fine non est nisi eius, cuius est ordinare i finem: unde ᵐ peccatū mortale nō potest esse in sensualitate[a], sed solum in ratione.

Ad primvm ergo dicendū, q actus sensualitatis pōt cōcurrere ad peccatū mortale: sed tñ actus peccati mortalis nō hēt, q sit peccatū mortale ex eo, q est sensualitatis, sed ex eo q est rōnis, cuius est ordinare in finē, & iō peccatum mortale non attribuitur sensualitati, sed rationi.

Ad 2m dicendū, q actus uirtutis non perficitur per id, quod est sensualitatis tantū, sed magis p id, quod est rationis, & uoluntatis, cuius est eligere. nam

SVPER QVAEST. LXXIIII. ART. IIII.

Medina art. 4.

IN arti. 4. eiusdē 74. quæst. aduerte, q sensualitas. i. pars appetitiua sensus tripliciter sumitur. Primo, ut sensitiua ē absolute, & sic nullū hēt in se peccatū, sicut nec in brutis. Scdo, ut est uolentas, & sic est principiū, & cōsequēter subiectū peccati uenialis, dū habēt ipsam nō puenit uolūtate cōiuncta motus uius insurgētes cōtra rōnis bonū. Tertio, ut est mota à deliberatione, & sic principiū est, & subiectū uirtutis, & uitij acta uirtuo si peccati mortalis, ut ex superiur dictis patet & scdm hoc habes unde uideas, q sicut superius simpliciter cōcessū est in appetitu sensitiuo, ut moto à uolūtata, esse uirtutē: ita nūc cōcedit, q in sensualitata ut mota à uolūtate ē peccatū mortale. & sicut nō est cōcessum, q in appetitu sensitiuo est uirtus, ita uūa negaē in eo mortale peccatū. par. n. est ratio, ut in litera dē in rñsioue ad scdm q̄uir uocabulū sensualitatis, qa uominare vē appetitū sensitiuum ex parte depressionis eius, nōnihil fauerit negan in ea peccatū mortale tribuant.

¶ In hoc eodē 4. art. est dubiū. quia doctrina authoris non vē tōui consona, dū peccatū ueniala concedit in sensualitate, idest appetitu sensitiuo, & mortala negat in eadem. Nam si intēdit de sensualitate scdm id qđ est ei proptiū, utrunq; peccatū uegādum est: quia omne peccatum est aut in uoluntate, aut in aliqua potentia, ut subest uolūtan. si uero intēdat de sensualitate, ut subest uolūtati, utrunq; cōcedēdum est, q̄uis diuersimode: quia ueniala ut imperfecte, mortale ut perfecte.

¶ Ad hoc dr̄, q procul dubio eum de subiecto peccati est sermo, oportet vel de uolūtate, uel de potentia ut subest uolūtati, intelligi: sed qa subesse uoluntati contingit dupliciter, s. ut mouenti, & ut non reprimenti, actus qui fit à sensualitate ut subest uoluntati mouenti, est peccatū mortale, & non sibi, sed uoluntati tribuitur: actus uero, qui fit ab ea ut sub est uoluntati non reprimenti, est suus, & est peccatum ueniale, & sibi tribuitur. Sed hæc ratio nihil ualet: qñ constat passiones membrorum, quæ remotiores sunt à rōne peccata, q̄ passiones appetitus sensitiui, esse peccata mortalia, qñ sunt uolūtaria uo- A lūtate non reprimente, ut patet in muliere, q ēt uoluntate tacetet alio ipsam cognoscente. Ratio quoq; in promptu ēst contra hanc rñsionem: quia eiusdem rationis est mouere, & uon mouere, qñ oportet, ubi oportet, &c. Dicendū est ergo, q tam quare ueniala attribuitur sensualitati, & mortale non, nisi cum specificatione, ut. s. motæ à uoluntata, pōt esse duplex. Prima q tacta est in præcedēti notato, quia. s. mortale est à sensualitate ut subest deliberationi: ueniala aūt est ab ea, ut subest quolibet uoluntan. hinc. n. fit, ut qa deliberatio est proprius actus partis superioris, ut act⁹ ex ea pendentes nō tribuanē inferiorib. nisi cū specificatione participatæ motionis: u. actus aūt ex ea nō pendētes relinquanē inferiorib. Scda est profūda, & intenta ab authore ex natura uirium animæ, & resolutionis actuū in propria principia. Vires nanq; aiæ nostræ in parte sensitiua sicut in cognoscendo, sunt scdm se excellentes totā naturā brutorū, ut patet i cogitatiua, & reminiscentia habentib. collatiuā uim particulatium: ita in appetēdo sunt scdm se excellētes totā naturā brutorū p hoc, q appetūt cū quadā libertate: ita q nō solū ex hoc, q actualiter mouenē, uel nō mouenē à uoluntate, sed seipsis, qa sunt tales qđ superius uocauimus, qa sūt uolentis, sūt quodāmō liberę. Dico aūt, quodāmō, qa ñ hñt uā libertatis ut possint in actū de liberatū, sed intelligū qđdam libertatis sortitæ sunt ex eleuatione natu naturā rōnalē à qua fluūt. Eędē aūt uires appetitiuæ sensitiuæ, ut actualiter motæ, & mouētes u parte superiori uā libertatis participant, vt & in deliberatos act⁹ possint. unde fit, ut actus uoluntarius sensualitatis, quamuis totus eliciatur ab ipso appetitu sensitiuo si resoluendus sit in sua, ppria pricipia, scdm illā sāi rōnē resoluetur in sensualitatem, quam habet ab ea secundum se: secundum illam uero, quam habet ab eadē non secundum seipsam, sed ut mota est ab altero, resoluetur in illud alterum, uel in ipsam, ut mota est ab illo altero. Et quia peccatē consistit in agere, & propeterea ad hoc q aliqua potentia peccet moraliter, non suffic t quod sit mota à uoluntate: sic. n. manus peccaret percutiendo, sed oportet ut secundum se libera agat in oportet quòd secundum modum propriæ libertatis potentiæ

498

Porrecta per totum. Sup. q. ar. 3. ad 3. & inf. q. 89. ar. 5. cor. Et 2. di. 24. q. 1. a. 2. ad 1. Et uer. q. 25. arti. 5. Et mal. q. 7. arti. 6. Et quol. 4. a. 22. cor.

* Lib. 3. Eth. c. 10. in princ. tom. 5.

† Ar. 3. ad 1.

ᵐ lib. 1. Retra. ca. 13. & 15. aliquātulū a prin. to. 1.

* q. 72. ar. 5.

concl.

actus uirtutis moralis nõ est si-F ne electione: unde semper cum actu uirtutis moralis, qui pficit uim appetitiuã, est ẽt actus prudentię, quæ perficit uim rõnalem. & idem est etiam de peccato mortali, sicut *dictum est.

Ad 3m dicendũ, q̃ dispositio tripliciter se hẽt ad id, ad quod disponit. Qñq; .n. est idem & in eodẽ: sicut scientia inchoata dr̃ esse dispõ ad scientiã perfectã. Qñq; aũt est in eodem, sed non idem: sicut calor est dispõ ad formam ignis. Qñq; uero nec idẽ, nec in eodẽ: sicut in his, quæ habent ordinem adinuicẽ, ut ex uno perueniatur in aliud, sicut bonitas imaginationis est dispositio ad scientiam, quæ est in intellectu: & hoc mõ ueniale peccatum, quod est in sensualitate, potest esse dispositio ad peccatũ mortale, quod est in ratione.

Articvlvs V.

Vtrum peccatum possit esse in ratione.

Ad qvintvm sic proceditur. Videtur q̃ peccatũ nõ possit esse in rõne. Cuiuslibet. n. potentiæ peccatũ est aliquis [h] defectus ipsius: sed defectus rõnis nõ est pc̃m, sed magis excusat peccatũ, excusat. n. aliquis à peccato pp ignorantiam. ergo in I rõne nõ potest esse peccatum.

¶2 Pręt. Primum subiectũ peccati est uoluntas, ut dictũ est: * sed rõ [h] præcedit uoluntatem, cũ sit directiua ipsius. ergo peccatum esse non potestĩ in rõne.

¶3 Pręt. Non põt esse pc̃m, nisi circa ea, q̃ sunt in nobis: sed pfectio, & defectus rationis nõ est eorũ, quę sunt in nobis: quidam .n. sunt naturaliter rõne deficiẽtes, uel ratione solertes. ergo in K ratione [h] non est peccatum.

Sed contra est, qđ Aug. dicit in lib. 12. de Trinit. quod peccatum est in ratione inferiori, & in ratione superiori.

Resp. Dicendũ, q̃ pc̃m cuiuslibet potentiæ consistit in actu ipsius, sicut ex dictis* patet. Habet aũt rõ duplicem actũm. Vnũ quidẽ ẽm se in cõparatione ad proprium obiectũ, qđ est cognoscere aliquod uerũ. Alius aũt actus rationis est, in quantũ est directiua aliarũ uiriũ. *Vtroque igit̃ modo cõtingit esse peccatũ in ratione *. Et primo quidẽ in quãtũ errat in cognitione ueri: quod qdem tunc imputat̃ ei ad peccatũ, qñ hẽt ignorantiã, uel errorẽ circa id, qđ põt, & debet scire: secundo, qñ inordinatos actus inferiorum uiriũ, uel imperat, uel etiam post deliberationem non coercet.

Ad primvm ergo dicendum, q̃ rõ illa procedit de defectu rationis, qui pertinet ad actũ propriũ respectu proprii obiecti, & hoc qñ est defectus cognitionis eius, quod quis non põt scire: tunc. n. talis defectus rõnis non est peccatum, sed excusat à peccato, sicut patet in his, q̃ per furiosos committuntur. Si uero sit defectus rationis circa id, qđ homo põt, & debet scire, H nõ oino homo excusatur à peccato, sed ipse defectus imputat̃ ei ad peccatum. Defectus autẽ, qui est solum in dirigendo alias uires, semper imputatur ei ad peccatũ: quia huic defectui occurere põt per propriũ actum.

Ad 2m dicendum, q̃ sicut supra dictũ est, * cum de actib⁹ uoluntatis, & rõnis ageretur, uoluntas quodammodo mouet, & præcedit rõnẽ, & ratio quodãmodo uoluntatẽ: unde, & mot⁹ I uoluntatis dici põt rationalis, & actus rationis potest dici uoluntarius: & secundum hoc in ratione inuenitur peccatũ, uel prout est defectus eius uoluntarius, uel prout actus rationis est principium actus uoluntatis.

Ad 3m patet rñsio ex dictis.*

Articvlvs VI.

Vtrum peccatum morosæ delectationis sit in ratione.

Ad sextvm sic proceditur. Vr̃ q̃ peccatum morosæ delectationis non sit in ratione. Delectatio enim importat motum [h] appetitiuæ uirtutis, ut supra * dictum est: sed uis appetitiua distinguitur à ratione, quæ est uis apprehensiua. ergo delectatio morosa non est in ratione.

¶2 Pręt. Ex obiectis cognosci potest ad quam [h] potentiam actus pertineat, per quam potentia ordinatur ad obiectum: sed delectatio quandoque est morosa circa bona sẽsibilia, & si circa bona rõnis

---

sentię attribuamus ei peccare, quo fit ut quia sensualitas secdm se hẽt uim libertatis, ut sufficiat ad peccatũ ueniale: idõ peccatum ueniale ei tribuitur. quia uero nõ hẽt uim rõnalitatis, ut possit in peccatũ mortale, quia nõ est eius respicere bonũ rõnis ut finẽ, idõ ei nõ attribuit̃ peccatum mortale. & quia eius ut motã superiori est tendere ordinatẽ in bonũ rõnis ut finẽ, ideo ẽi sibi moniæ à rõne peccatũ mortale, & uirtutis actus tribuit̃ ut principio, & cõsequenter ut subiecto. ut iam dictũ est. Ad obiecta ergo dr̃, qđ author loquitur de sensualitate nũa secdm id, qđ est ei propriũ, ut patet in rñsione ad primũ: & ppea negauit ab ea mortale, cui prius tribuerat ueniale. ideo patet non esse patem rõnẽ. Ex articulis aũt secundo, & diligenter inspectis, facile patere põt, hanc esse ueram mentem authoris.

399 Porrecta per totum. Inf. art. 6. cor. & 2. d. 24. q. 3. & ueri. q. 17. art. 2. cor.

¶ In rñsione ad tertiũ eiusdẽ quarti articuli, nõ turberis ex exẽplo caloris disponentis ad formã ignis, pro eo, qđ dr̃ esse in eodẽ subiecto. Exemplum in primis est, & uerificat̃ de subiecto partiali, idest, materia, quæ disponitur ad formam ignis calore, & suscipit illam.

*ar. 1. & 2.

SVPER Q. LXXIIII. ART. V.

Egi. d. 2. sd. 24. q. 2. a. 1 D. Bõ. d. 24 p. 2. a. 1 q. 1. Cap. 2. d. 39. q. 1. con. 1. Medina art. 5.

In art. 5. eiusdẽ 74. q. hoc solum dicẽdum occurrit, q̃ quia rõ secundũ se est subiectiua ipsius, & aliorũ ordinatiua in finẽ, & deordinatiua ab illo libere libertate perfecta, radicaliter tñ libertas .n. formaliter est primo uolũtatis: ide tñ actus rõnis inordinatus est moraliter malus, si inordinatio in pñte nostra est. pp quod utroque modo cõiungit moralẽ mali tiã in rõne inuenitur, subiectiue, f. in cognoscendo, & in dirigendo: sed affectus in cognoscendo tam negatiuus, qui uocat̃ ignorantia, q̃ positiuus, q uocat̃ error, non semper hẽt rõnem mali moraliter, sed negatiuus solũ qñ põt, & dẽt quis scire: positiu⁹ aũt qñ põt. Non est .n. absq; peccato, habere scienter opinionẽ falsam de triangulo, cũ põt haberi uera, uel non falsa, saltẽ suspendendo credulitatẽ, cũ nonnullum malum intellectus sit falsa opinio de quocunq;. Propter quod in litera in rñsione ad secũm concludit̃, q̃ in rõne est peccatum, ut effectus eius est uoluntarius: defectus aũt in dirigẽdo, ut in litera dr̃, semper est malus moraliter, quia de ratione sua claudit uoluntariũ formaliter. Directio .n. imperando fit: imperiũ autẽ, ut supra didicimus, actus est rõnis motæ à uoluntate. Est igitur à rõne, & in rõne peccatũ, ut proximo & elicitiuo principio inordinati actus uoluntarij, multo magis q̃ in appetitu inferiori, qui rationem solum participat. concl.

*ca. 11. & 12. 10. 3.

*artic. 1. 2. & 3.

SVPER Q. LXXIIII. ART. VI.

Egid. 2. sd. 24 q. 2. a. 2 Medina. art. 6. *q. 17. a. 1.

In art. 6 eiusdẽ 74. q. vĩ m hĩ, q̃ author ob reuerentiam D. Aug. articulũ hũc, & sequentẽ apposuerit. Cũ. n. ex dictis iã cõstet, oẽ pc̃m esse in illa potentia, quæ est proximũ eius principiũ liberũ, seu rõnale aliquo mõ, & delectatio morosa licet nõ cũ ptsẽsibili, saltẽ qñq; ut mota est a superiori: si exteta peccata intẽperãtiæ, & cõsensus in eã sit in uolũtate, & imperiũ, uel nõ imperiũ reprehensionis illi* sit ĩ rõne, rõ equẽs ẽ, q̃ nõ oportebat simpliciter subiectari de subie- *ad 1. arg.

400 Porrecta per totum. Infr. q. 88. ar. 5. ad 2. & 2. d. 24. q. 3. art. 4. & ueri. q. 15. art. 4. cor. q. 3. ad 1.

subiecto huius pecca ti magis q̃ aliorũ: sed qm̃ beatissimus ac doctissimus Aug. attribuerat pctm̃ morosæ delectationis rõni inferiori: idcirco ut hoc saluaret, hunc docuit articulũ, ex quo enucleare substantiã peccati discimus diuersimode, ut dictum est. ¶In rñsione ad primũ in eodẽ articulo duo scito Nouitie. primo, q̃ delectatio dr̃ esse in rõne, ut in primo motiuo, eo mõ, quo imperiũ dr̃. primũ mouens. Scdo, q̃ quia author intendit saluare, q̃ hmõi pctm̃ sit in rõne ut in subiectiuo, repetit regulã superius habitã, s. q̃ æqua est extẽsio principij, & subiecti in materia peccatorũ: ut inde discas, q̃ delectatio est in rõne subiectiue, tãquàm imperãte, in appetitu aũt tanquàm in eliciẽte.

*C.12. parũ añ medium t. 5

*Ar. 4. huius q.

ergo peccatum delectationis morosæ non est in ratione.

¶3 Præt. Morosum dr̃ aliquid pp diuturnitatẽ temporis: sed diuturnitas tẽporis non est rõ, q̃ aliquis actus pertineat ad aliq̃ potentiam. ergo delectatio morosa non ptinet ad rationem.

Sed contra est, qđ Aug.* dicit 12. de Trinit. qđ consensus illecebræ si sola cogitatione delectationis cõtẽtus est, sic habẽdũ existimo, uelut cibũ uetitum mulier sola comederit: p mulierẽ aũt itelligit rõ inferior, sicut ibidẽ ipse exponit. ergo pctm̃ morosæ delectationis ẽ in rõne.

Resp. Dicendũ, q̃ sicut iã dictũ est,* Pctm̃ cõtingit esse i rõne, qñq; qdẽ inquãtũ est directiua humanorũ actuũ. Manifestũ est aũt, q̃ rõ nõ solũ est directiua exteriorũ actuũ, sed ẽt interiorũ passionũ: & iõ qñ deficit rõ in directione interiorũ passionũ, dr̃ esse pctm̃ in rõne, sicut ẽt qñ deficit in directione exteriorũ actuũ. Decificit aũt in directiõe passionũ interiorũ dupliciter. Vno mõ, qñ imperat illicitas passiones: sicut qñ hõ ex deliberatione prouocat sibi motũ iræ, vel concupiscentiæ. Alio mõ qñ non reprimit illicitum passionis motũ: sicut cũ aliqs postquàm deliberauit, q̃ motus passionis insurgens est inordinatus, nihilominus circa ipsum immoratur, & ipsum non expellit: & ſm hoc dicit peccatum delectationis morosæ esse in ratione.

Ad primum ergo dicẽdũ, q̃ delectatio qdem est in vi appetitiua, sicut i pximo principio, sed in rõne est sicut in primo motiuo, ſm hoc quod supra dictũ est,* qđ actiones quæ nõ transeunt in exteriorẽ materia, sunt sicut in subiecto in suis principijs.

Ad 2m dicendũ, q̃ rõ actum proprium ellicitum habet circa proprium obiectum, sed directionẽ habet circa oĩa obiecta inferiorum uirium, quæ per rõnem dirigi possunt: & ſm hoc etiam delectatio circa sensibilia obiecta pertinet ad rationem.

Ad 3m dicendũ, q̃ delectatio dr̃ morosa non ex mora temporis, sed ex eo, q̃ ratio deliberans circa eam immoratur: nec tamen eam repellit tenens, & voluens libenter, quæ statim ut attigerunt animũ, respui debuerunt, vt Aug.* dicit 12. de Trinit.

*Art. 1. huius q.

*Ca. 12. parũ a med. t. 5. Su. q. 15 ar. 4. et infra ptæ senti q. ar. 8. ad 1. 4m

Articvlvs VII.

Vtrum peccatum consensus in actum sit in ratione superiori.

Ad septimvm sic proceditur. Videtur q̃ pctm̃ cõsensus in actum nõ sit in rõne superiori. Consentire enim est actus appetitiuæ virtutis, vt s. habitũ est:* sed rõ est uis apprehensiua. ergo pctm̃ consensus in actum non est in ratione superiori.

¶2 Præt. Ratio superior intẽdit rõnibus æternis inspiciendis, & cõsulendis, ut Aug.† dicit 12. de Trin. sed qñq; cõsentit in actum non consultis rationibus æternis. non enim semper homo cogitat de rebus diuinis, qñ cõsentit in aliquem actum. ergo peccatum consensus in actum, non semper est in ratione superiori.

¶3 Præt. Sicut p rationes æternas põt hõ regulare actus exteriores, ita ẽt interiores delectationes, uel alias passiones: sed cõsensus i delectationẽ absq; hoc q̃ opere statuat implendũ, est rõnis inferioris. ut dicit Aug. 12. de Trinit.* ergo ẽt consensus in actum peccati, debet interdum attribui rationi inferiori.

¶4 Præt. Sicut rõ superior excedit inferiorẽ, ita rõ excedit vim imaginatiuam: sed qñq; pcedit homo in actum p apprehẽsiõẽ virtutis imaginatiuæ absq; omni deliberatione rationis: sicut cum aliquis ex impræmeditato mouet manum, aut pedẽ. ergo ẽt quandoque potest rõ inferior consentire in actum peccati absq; ratione superiori.

Sed contra est, quod Aug. dicit 12. de Trin.* Si in cõsensione male utẽdi rebus, quæ p sensum corporis sentiuntur, ita decernitur quodcunq; peccatum, vt si potestas sit, ẽt corpore cõpleat, intelligenda est mulier cibum illicitum uiro dedisse, per quẽ superior rõ significat. ergo ad rationem superiorem ptinet consentire in actum peccati.

Res. Dicẽdũ, q̃ consensus importat iudiciũ quoddã de eo, in qđ cõsentit. Sicut. n. rõ speculatiua iudicat, & sentẽtiat de reb. intelligibilib. ita rõ practica iudicat, & sentẽtiat de agẽdis. Est aũt considerãdum, q̃ iu omni iudicio vltima sentẽtia ptinet ad supremum iudicatoriũ: sicut uidemus in speculatiuis, quòd ultima sñia de aliqua ppositione dat p resolutionem ad prima principia. Quandiu enim remanet aliquod principium altius, adhuc p ipsum potest examinari id, de quo quærit: vnde adhuc est suspensũ iudiciũ quasi nõdũ data finali sententia. Manifestũ est autem, quòd actus humani

SVPER Q. LXXIIII. ART. VII.

Porrecta per totum. Egid. 2. s. d. 39. q. 1. ar. 3. Med. ar. 7.

In titulo ar. 7. aduerte, q̃ sensus q. est de actu exteriori malo tam uenialiter, quàm mortaliter: ita q̃ intẽditur an pctm̃ cõsensus in actum, vt distinguit cõtra cogitationẽ, & delectationem interius, sit in ratione superiori, ut in subiecto.

¶In eodẽ 7. art. dubiũ occurrit, qa uoluntaria, immo nulla vñ dña inter subiectum consensus in actũ, & subiectũ cõsensus in delectationẽ: & tñ in lra ex intẽtione Aug. consensus in actũ rõni superiori, consensus in delectationẽ rõni inferiori tribuitur qua enim rõne p tẽporales rõnes possũ consentire delectationi cogitatæ fornicationis, eadẽ possum consentire cogitato actui. & qua rõne, dũ deliberat inferior rõ, & consentit actui, superior obuiare tenetur, & ppea consensus in actũ ei imputãtur, ut in rñsione ad quartũ dr̃, eadẽ rõne dum deliberat eadẽ inferior rõ, & cõsentit delectationi, tenet superior rõ obuiare, & consequenter eidẽ superior rõni attribuẽdus est vterq; cõsensus, & uterque ẽt qñq; rationi inferiori, & non vnus uni, & alter alteri.

¶Ad hoc dr̃, q̃ uterq; cõsensus ſcdm rẽ, qñ fit ſcdm rõnes temporales est rõnis inferioris: qñ uero fit secundum rõnis æternas solas, ut si quis ex solo contemptu æternæ legis consentit in delectationem, uel in actum, non reputans aliter prohibitum, est rõnis superioris, In hoc ſñ dña est, quia qñ est inferioris, est ẽt superioris, saltẽ negatiue: quia tenetur obuiare dirigendo ſcdm legem æternã, & non obuiat. qñ uero est superioris, nõ oportet q̃ sit inferioris: quia non spectat ad inferiorem de pprijs superiori iudicare, ut contingit cũ quis motuse delectatur de iniurijs fidei. ſcdm appropriationem aũt, q̃ in lra tangitur, s. qñ duo ordinata iudicãda occurrunt, ultimum superiori, & præambulũ inferiori, attribuitur deliberatio, iudiciũ, ac consensus unius, s. delectationis ad inferiorem: alterius uero, idest actus ad superiorem spectat. & hoc iudicio meo, intẽdit au-

†Ca. 7. in fi. t. 5.

*Ca. 12. a med. t. 5.

*Ca. 12. in med. t. 5.

*Q. 15. ar. 8.

Et 2. d. 24. q. 3. ar. 1. & 4. Et ne. q. 15. ar. 3. & 5. Et mal. q. 15. ar. 2. ad 9.

ctior in lra pp reuerentiam tanti doctoris, vt dictum est: & per hoc patet responsio ad obiecta. Nam procedunt de consensu vtroque secundũ rẽ cuius oppositum nõ inuenio in litera: q loquitur secundũ appropriationem, & secundum eam disparitatem ponit. Nec obstat q in rñsione ad tertium in hoc articulo dicitur, q qñ consensus rationis inferioris in delectationem, etiam secundũ rationes æternas perseuerat, pertinet etiã ad rationem superiorem: quasi velit dicere, q si non acceperit secundum æternas rationes, non spectet ad superiorem. hoc enim uerum est, q non spectat ad superiorem secundum appropriationẽ, quãuis spectaret ad ipsã secundum rem negatiue. & hunc sensum exprimit ipse author in sequenti articulo in rñsione ad primũ, vbi declarabitur.

*q.19. ar. 4.

coach. m

regulari possunt ex regula rõnis humanæ, q̃ sumitur ex rebus creatis, quas naturaliter hõ cognoscit: & vlterius ex regula legis diuinæ, vt s. dictũ est. unde cũ regula legis diuinæ sit superior, cõsequẽs est, ut ultima sententia per quam iudiciun finaliter terminatur, ptineat ad rõnẽ superiorem, quæ intendit rationibus æternis. Cum aũt de pluribus occurrit iudicandum, finale iudicium est de eo, qd' vltimo occurrit. In actibus aũt humanis vltimo occurrit ipse actus, pambulum aũt est ipsa delectatio, quæ inducit ad actũ: & iõ [m] ad rationem superiorem pprie pertinet consensus in actum, ad rõnem uero inferiorem, quę habet inferius iudicium, pertinet iudicium pambulum, * quod est de delectatione quãmuis ẽt, & de delectatione superior rõ iudicare possit: qa qcquid iudicio subditur inferioris, subdit ẽt iudicio superioris: sed nõ ꝯuertit.

Ad primvm ergo dicendum, q consentire est actus appetitiuæ virtutis non absolute, sed ꝯñs ad actũ rõnis deliberantis, & iudicantis, ut supra dictum est. In hoc enim terminatur consensus, qnia uoluntas tendit in id, quod est iam ratione iudicatum: unde consensus potest attribui, & uolnntati, & rationi.

*q.15. art. 3.

Ad 2m dicendum, q ex hoc ipso q rõ superior nõ dirigit act' humanos ſm legẽ diuinã, impediẽs actũ peccati dr ipsa cõsentire, siue cogitet de lege æterna, siue nõ. cũ. n. cogitat de lege Dei, actu eã ꝯtẽnit: cũ uero nõ cogitat, eã negligit p modũ omissionis cuiusdã. vñ oibus modis cõsensus in actũ peccati pcedit ex superiori rõne: qa, ut Aug. dicit 12. de Trin. * non põt pctm efficaciter perpetrandum mente decerni, nisi illa mẽtis intentio, penes quã summa potestas est mẽbra in opus mouẽdi, uel ab opere cohibendi, malæ actioni cedar, aut seruiat.

*Loco citato ſ arg. circa medium ca. 12. to. 3.

Ad 3m dicendũ, q ratio superior per considerationẽ legis æternæ sicut põt dirigere, uel cohibere actum exteriorem, ita ẽt delectationem interiorẽ: sed tamen antequam ad iudicium superioris rationis deueniatur, statim ut sensualitas proponit delectationẽ, inferior rõ p rõnes temporales deliberans, qñque hmõi delectationem acceptat, & tunc consensus in delectationem pertinet ad inferiorem rõnem. si uero ẽt consideratis rationibus æternis homo in eodem consensu perseuerer, iam talis cõsensus ad superiorem rationem pertinebit.

Ad 4m dicendũ, q apprehensio uirtutis imaginatiuæ est subita, & sine deliberatione: & ideo põt aliquem actũ causare antequàm superior, nel inferior rõ ẽt hẽat tps deliberãdi: sed iudiciũ rõnis inferioris est cũ deliberatiõe, q̃ indiget tpe, in quo ẽt F rõ superior deliberare põt: vñ si non cohibeat ab actu peccati per suam deliberationem, ei imputat.

Articvlvs VIII.

Vtrum consensus in delectationem sit peccatum mortale.

AD octavvm sic procedit. Vr, q cõsensus in delectationem non sit pctm mortale. Consentire enim in delectationem pertinet ad rationem inferiorem, [h] cuius non est intẽdere rationibus [h] æternis, uel legi di-G uinæ, & per consequens nec ab eis auerti: sed omne peccatum mortale est per auersionem a lege diuina, ut patet per diffinitionem Aug. * de peccato mortali datam, quæ supra posita est. † ergo consensus in delectatione non est peccatum mortale.

¶ 2 Præt. Consentire in aliqd nõ est malũ, nisi quia illud est malum in quod consentitur: sed pp quod unumquodque, & illud H magis, uel saltem non minus. nõ ergo illud in quod consentitur, potest esse minus malum quàm consensus: sed [h] delectatio sine opere non est peccatum mortale, sed ueniale tantum. ergo nec consensus in delectationem est peccatum mortale.

¶ 3 Præt. Delectationes differũt in bonitate, & malitia ſm differentiam [h] operationum, ut dicit Philosophus in 10. Eth. * sed alia I operatio est interior cogitatio, & alia actus exterior, puta fornicationis. ergo delectatio ꝯñs actũ interioris cogitationis, tm̃ differt à deldetatiõe fornicationis in bonitate, uel malitia, q̃tũ differt cogitatio iterior ab actu exteriori, & per consequens ẽt eodem modo differt consentire in vtrunque: sed cogitatio interior nõ est pctm mortale, nec etiam consensus in cogitatio-K nem. ergo per consequens nec consensus in delectationem.

¶ 4 Præt. Exterior actus fornicationis, vel adultetij, nõ est pctm mortale rõne delectationis, q̃ ẽt iuenit in actu mattimoniali: sed rõne inordinationis ipsius act': sed ille, qui consentit in delectationẽ, non pp hoc [h] consentit in deordinationem actus. ergo nõ videtur mortaliter peccare.

¶ 5 Præt. Peccatum homicidij est grauı' quàm simplicis fornica-

SVPER Q. LXXIIII. ART. VIII.

Egid. 2. ſ dist. 24. q. 2. art. 2.

Medina ar. 8.

401 *Porrecta per totum* 2. 2. q. 154. ar. 4. co. et q. 180. ar. 7. Et 2. di. 24. q. 3. a. 4. Et uer. q. 15. ar. 4. Et mal. q. 15. a. 2. ad 16. & 17. Et quol. 12. ar. 41.

*Aug. 22. cõtra faus. cap. 27. in prin. t. 6. & li. 1. de lib. arb. c. 16. to. pri mo.

† q. 71. ar. 6.

*ca. 3. 4. & 5. tom. 5.

IN articu. 8 in responsione ad primum, habes id quod diximus, dum duas responsiones uides, primam, quòd consensus in delectatio nẽ potest esse utriusque rationis. secundam, quòd quando est rationis inferioris, est eius auersæ ab æternis regulis, quia deficit in ea ordinatio superioris rationis per rationes æternas. Ex hoc enim manifeste patet quod dictum est, scilicet consensum in delectationem morosam inferioris rationis semp esse etiam superioris saltem negatiue, alioquin non saluaretur diffinitio peccati supradicta, quod est cõtra legem æternam.

¶ In responsione ad quartum eiusdem articuli iuncta corpori articuli habes, q, & quare delectatio morosa cõiugati de actu matrimonij cogitato, non est peccatum mortale. eadẽ enim ratio est de consensu in actu & in delectationem cogitati act': & propterea sicut coniugi consensus in actum non prohibet, ita nec delectatio eius tam in opere, quam in cogitatione, per se loquendo: secus autẽ per accidens, puta, quia uane cogitat, q periculose, in absentia peccaret.

¶ In respõsione ad quintum aduerte, quod inter materiam luxuriæ, & iræ, licet in ueritate non sit differẽtia quo ad rationem peccati mortalis, qa tam in his, quàm in cæteris materijs mortalibus, consensus in delectationem cogitati actus ratione cogitationis nõ est mortale, sed ueniale qñq; vel nullum, ratione vero cogitati actus semper est mortale: tamen qa in materia luxuriæ maxime umetur

metur hoc peccatum multoties fortè eredi-tur peccatū, ubi nō est: & eōtra, ubi est delectatio de cogitata uindicta, quā ιħ fa cere nō vult, nō æstimat pp qđ author in corporeatie uli affectū hoīs ad actū scdm se pensandū docet in hmōi differtione. In clinatus.n. ad uindictā, facile de illa cogitata delectat: & alienus a uenereis non facile de cogitatis eius delectatur: quis carnē cōcupiscat aduersus spiritum.

Enchir.c. 71. in pri. tom. 3. *li. 12. ca. 12. a me. tom. 3.

tionis: sed cōsentire in delectationē, q̄ cōsequit̃ cogitationē de homicidio, non est peccatū mortale. ergo multo minus con sentire in delectationē, q̄ consequitur cogitationē de fornicatione, est peccatum mortale.

¶6 Præt. Oratio dominica quotidie dr̃ pro remissione venialium, ut Aug. dicit: sed cōsensū in delectatione Aug. docet esse abolendum per orationē Dñicam. dicit. n. in 12. de Trinit. ꝙ hoc est longe minus peccatum, q̄ si opere statuat implendū: & ideo de talibus quoq; cogitationibus venia petenda est, pectusque percutiendum atq; dicendum, Dimitte nobis debita nostra. ergo consensus in delectationem est peccatum ueniale.

*lib. 12. c. 12 de Trini. non lōge a fin. tom. 3.

SED CONTRA est, qđ Aug. post pauca subdit, Totus hō damnabit, nisi hæc, q̄ sine uoluntate operandi, seu tñ cū uoluntate aīum talib⁹ oblectandi, solit⁹ cogitationis sentiunt esse peccata, p̄ Mediatoris gratiā remittant: sed nullus dānat nisi p̄ pcō mortali. ergo consensus in delectationē est pctm̃ mortale.

RESP. Dicendū, ꝙ circa hoc aliqui diuersimode opinati sunt. Quidā. n. dixerūt, ꝙ cōsensus in delectationē nō est pc̄m̃ mortale, sed veniale tm̃. Alij uero dixerūt, ꝙ est pc̄m̃ mortale: & hæc opinio est cōior, & verisimilior. Est. n. considerandū, ꝙ cum ois delectatio cōsequat aliquā operōnem, vt dr̃ in 10. Eth. & iterū, cū ois delectatio habeat aliquod obiectum, delectatio q̄libet pōt cōparari ad duo, s. ad operōnem quā consequit, & ad obiectū in quo quis delectat. Contingit aūt ꝙ aliqua operatio sit obiectū delectationis, sicut, & aliqua alia res: q̄a ipsa operō pōt accipi ut bonū, & finis, in quo qs delectatus requiescit, & qñq; quidē ipsamet operō, quā cōsequit delectatio, est obiectū delectationis, inquantū. s. uis appetitiua, cuius est delectari, reflectit in ipsam operōnem sicut in quoddā bonū, puta, cū aliquis cogitat & delectat de hoc ipsō qđ cogitat, inquantum sua cogitatio placet. Qñq; uero delectatio ɔ̄ns unā operōnem, puta cogitationem aliquā, hēt pro obiecto aliā operōnem quasi rem cogitatā: & tunc talis delectatio procedit ex inclinatione appetitus, nō quidē in cogitationē, sed in operationē cogitatā. Sic igit aliquis de fornicationē cogitans, de duobus pōt delectari. Vno mō de ipsa cogitatione: alio mō de ipsa fornicatione cogitata. Delectatio aūt de cogitatione ipsa sequit inclinationē affectus in cogitationē ipsam: cogitatio aūt ipsa s̄m se, non est pc̄m̃ mortale, imò qñq; est ueniale tm̃, puta, cū aliqs inutiliter cogitat de ea: qñq; aūt sine peccato oino, puta, cū aliqs utiliter de ea cogitat, sicut cū vult de ea p̄dicare, uel disputare. & iō p̄ ɔ̄ns affectio, & delectatio, q̄ sic est de cogitatiōe fornicationis, nō est de gñe pci mortalis, sed qñq; est pc̄m̃ ueniale, qñq; nullū: v̄n nec cōsensus in talē delectationē est pc̄m̃ mortale, & s̄m hoc prima opinio hēt ueritatē. Quòd āt aliquis cogitās de fornicatione delectet de ipso actu cogitato, hoc ɔtingit ex hoc, ꝙ affectio ei⁹ inclinata est in hūc actū. V̄n ꝙ aliquis ɔsentiat in talē delectationē, hoc nihil aliud ē, q̄ ꝙ ipse ɔsentiat i hoc, ꝙ affect⁹ suus sit inclinat⁹ in fornicationē. Null⁹. n. delectat, nisi in eo, qđ ē ɔforme appetitui eius. Qđ āt aliqs ex deliberōne eligat, ꝙ affect⁹ su⁹ ɔformet his, q̄ s̄m se sunt peccata mortalia, est pcm̃ mortale. v̄n talis ɔsensus in delectationē pci mortalis, est peccatū mortale; vt secunda opinio ponit.

*cap. 4. a me. to. 5.

emel.

*ar. prec

AD PRIMUM ergo dicendū, ꝙ ɔsensus in delectationē pōt esse nō solū rōnis inferioris, sed ēt superioris, ut dictū est. & tñ ipsa rō inferior pōt auerti à rōnibus æternis: qa etsi nō intendit eis, vt s̄m eas regulans, qđ est propriū sup̄ioris rōnis: intendit tñ eis, ut s̄m eas regulata: & hoc mō ab eis se auertēs, pōt peccare mortaliter. nā, & actus inferiorū uiriū, & ēt exteriorū membrorū p̄it esse peccata mortalia, s̄m quod deficit ordinatio superioris rationis regulantis eos secundum rationes æternas.

AD 2m dicendū, ꝙ cōsensus in peccatū qđ est veniale ex gñe, est ueniale peccatū: & s̄m hoc pōt cōcludi, ꝙ consensus in delectationē, q̄ est de ipsa vana cogitatione fornicationis, est peccatū ueniale: sed delectatio, q̄ est in ipso actu fornicationis, de genere suo est pc̄m mortale: sed qđ ante consensū sit ueniale peccatū tm̃, hoc est per accidens, s. pp imperfectionē actus: q̄ quidē imperfectio tollitur p̄ consensum deliberatū superuenientē: unde ex hoc adducitur in suā naturā, ut sit peccatum mortale.

AD 3m dicendū, ꝙ ratio illa procedit de delectatione, quæ habet cogitationem pro obiecto.

AD 4m dicēdū, ꝙ delectatio, q̄ hēt actū exteriorē p̄ obiecto, nō pōt esse absq; cōplacentia exterioris actus s̄m se, ēt si non statuatur implendū pp p̄hibitionē alicuius superioris. unde actus sit inordinatus, & p̄ cōsequens delectatio erit inordinata.

AD 5m dd̄m, ꝙ ēt cōsensus in delectationē, q̄ p̄cedit ex cōplacentia actus homicidij cogitati, est pc̄m mortale: nō aūt cōsensus in delectationē, quę p̄cedit ex cōplacentia cogitationis de homicidio.

AD 6m dicendū, ꝙ oratio dominica non solū ɔ peccata uenialia dicenda est, sed ēt cōtra mortalia.

ARTICVLVS IX.

Vtrum in superiori ratione possit esse peccatum ueniale, secundum quod est directiua inferiorum uirium.

Egid. 2. s. d. 24 q 2. ar 4. D. Bon. d. 24 p. 2. ar. 1. q. 2. Medina art 9.

AD NONUM sic proceditur. Videtur ꝙ in superiori rōne non possit esse peccatū veniale, scd̄m qđ est directiua inferiorum uiriū, idest, s̄m quod consentit in actum peccati. Dicit. n. Aug. in 12. de Trin. ꝙ rō superior inhæret rationib. æternis: sed peccare mortaliter est per auersionē à rationibus æternis. ergo videtur ꝙ in superiori ratione non possit esse peccatum, nisi peccatum mortale.

403 Porrecta per totum. Infa. ar. 10. & locis ibidem inductis. *cap. 7. in fi. to. 3.

¶2 Præt. Superior ratio se habet in uita spirituali tanquam principium, sicut, & cor in uita corporali: sed infirmitates cordis sunt mortales. ergo peccata superioris rationis sunt mortalia.

¶3 Præt. Peccatum ueniale fit mortale, si fiat ex cō-

temptu: sed hoc nō vī esse sine contemptu, ꝙ aliqs ex deliberatione h peccet ēt uenialiter. cū. ergo cō sensus rationis superioris semp sit cū deliberatione legis diuinæ, vī ꝙ non possit esse sine peccato mortali propter contemptum diuinæ legis.

ar. 7. huius quæst. SED CONTRA. Consensus in actum peccati pertinet ad rōnem superiorē, ut supra dictū est: sed cō sensus in actū peccati uenialis est pct̄m ueniale. ergo in superiori rōne pōt esse peccatum ueniale.

IN arti. 6. eiusdem 88. quæst. dubium occurrit circa ultima uerba corporis articuli, sc. ꝙ ꝑ subtractionem deliberationis soluitur species actus moralis. Si.n. hoc est uerum sequitur, ꝙ in deliberati motus infidelitatis, adulterij, furti, & hmõi, nõ sint eiusdẽ speciei cũ ipsius peccatis ꝑfectis, cuius oppositũ dictũ* est, & constet esse uerũ: quia ad obiectum idẽ intendũt. Et si indeliberati motus ꝑdicti sũt eiusdẽ speciei cum ꝑfectis, ergo nõ soluit̃ species moralium actuũ ex subtractione deliberationis, ut in litera dicitur.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ quia iuxta quadruplicem bonitatẽ actus moralis, quadruplex species sumi põt, ut in quæst. 18. superius patet, in decentitate actꝰ moralis inquantum actꝰ* moralis est, uere dici põt, ꝙ species, seu ratio formalis sumit̃ à rõne deliberata: quia ex hoc hẽt actus hõis ꝙ sit moralis. unde ista species subalterna, puta, actus moralis, sub genere actus constituit̃ ꝑ esse à rõne deliberata. Et ꝑpterea actus imperfectus ex defectu deliberationis non est eiusdem speciei, ut habens naturam illius speciei, quemuis sit eiusdem speciei, ut tẽdens ad illã: sicut embrio est in specie hõis generãdi et soluit̃ ergo species actus moralis ut sic, ex subtractione deliberationis, & eiusdẽ speciei, est actus indeliberatus cũ deliberato reductiue sicut imꝑfectũ ad perfectũ, & uia ad terminũ speciem reducit̃. ¶ In eodem artic. nota distinctionem ad secundum iunctam autem distinctioni ad primũ ꝑcedẽtis articuli quã hic habes manifeste, unde uidere potes decisionem superius factam de speciebus peccatorũ ex ignorantia.

*ar. præc. arg. 4.

*art. 1. ad 1.

concl.

concl.

*ar. 2 huius quæs.

inquantum negligit homo addiscere ea, per quæ potest se in diuino amore conseruare.

Ad 3m dicendum, quod sicut *Aug. dicit in lib. de Mendacium, Ea, quæ sunt secundum se mala, nullo fine bene fieri possunt homicidium autem est occisio innocentis, & hoc nullo modo bene fieri pot. Sed iudex, qui occidit latronem, uel miles, qui occidit hostem reipublicæ, non appellantur homicidæ, ut *Aug. dicit in lib. de lib. arb.

*Ca. 7. ante me. habetur hic lib. 10. 4.

*li. 1. c. 4. & 5. to. 1.

QVAESTIO LXXXIX.

De peccato ueniali secundum se, in sex articulos diuisa.

Deinde considerandum est de peccato ueniali secundum se.

Et circa hoc quæruntur sex:

¶Primo, Vtrum peccatum ueniale causet maculam in anima.

¶Secundo, de distinctione peccati uenialis, prout figuratur per lignum, fœnum, & stipulam. 1. Corinth. 3.

¶Tertio, Vtrum homo in statu innocentiæ potuerit peccare ueniali ter.

¶Quarto, Vtrum angelus bonus, uel malus possit peccare uenialiter.

¶Quinto, Vtrum primi motus infidelium sint peccata uenialia.

¶Sexto, Vtrum ueniale possit esse in aliquo simul cum solo peccato originali.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum peccatum ueniale causet maculam in anima.

Medina art. 1.

471 *Porrecta per totum.* Ad primum sic proceditur. Videtur, quod peccatum ueniale causet maculam in anima. Dicit. n.* Aug. in lib. de pænitentia, quod peccata uenialia, si multiplicentur, decorem nostrum ita exterminant, ut a cælestis sponsi amplexibus nos separent: sed nihil aliud est macula, quam detrimentum decoris. ergo peccata uenialia causant maculam in anima.

¶2 Præt. Peccatum mortale causat maculam in anima propter inordinationem actus, & affectus ipsius peccantis: sed in peccato ueniali est quædam deordinatio actus, & affectus. ergo peccatum ueniale causat maculam in anima.

¶3 Præt. Macula animæ causatur ex contractu rei temporalis per amorem, ut *s. dictum est: sed in peccato ueniali anima inordinato amore contingit rem temporalem. ergo peccatum ueniale inducit maculam in anima.

Sed contra est, quod dicitur Ephes. 5. Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam.* Glos. id est, aliquod peccatum criminale. ergo proprium peccati mortalis esse uidetur, quod maculam in anima causet.

Resp. Dicendum, quod sicut ex *dictis patet, macula importat detrimentum nitoris ex aliquo contactu, sicut in corporalibus patet, ex quibus per similitudinem nomen maculæ ad animam transfertur. Sicut autem in corpore est duplex nitor, unus quidem ex intrinseca dispositione membrorum, & coloris, alius autem ex exteriori claritate superueniente: ita etiam in anima est duplex nitor, unus quidem habitualis quasi intrinsecus, alius autem actualis, quasi exterior fulgor. Peccatum autem ueniale impedit quidem nitorem actualem, non tamen habitualem: quia non excludit, neque diminuit habitum charitatis, & aliarum, uirtutum, ut infra patebit, sed solum impedit earum actum. Macula autem importat aliquid manens in re maculata, unde magis ui pertinere ad detrimentum habitualis nitoris, quam actualis: unde *propriè loquendo, peccatum ueniale non causat maculam in anima*. Et si alicubi dicatur maculam inducere, hoc est secundum, quid, inquantum impedit nitorem, qui est ex actibus uirtutum.

3. q. 87. ar. 2. ad 3. & 4. dist. 16. q. 2. art. 2. q. 2. ad 3. & q. 3. ad 1. & ar. 2. q. 1. ad 1. & mal. q. 7. art. 11. corpo. & Psal. 14.

* Lib. de medicina pæni. c. 2. ante me. tom. 9. & ser. de san ctis. 41. to. 10.

*q. 86. ar. 1.

* Glos. interlinearis ibi.

*q. 86. ar. 1.

* 2. 2. q. 6. 24. ar. 10.

Ad primum ergo dicendum, quod Augustinus loquitur in eo casu, in quo multa peccata uenialia dispositiue inducunt ad mortale: aliter autem non separarent ab amplexu cælestis sponsi.

Ad 2m dicendum, quod inordinatio actus in peccato mortali corrumpit habitum uirtutis, non autem in peccato ueniali.

Ad 3m dicendum, quod in peccato mortali anima per amorem pertingit rem temporalem quasi finem: & per hoc totaliter impedit influxus splendoris gratiæ, qui prouenit in eos, qui Deo adhærent ultimo fini per charitatem: sed in peccato ueniali non adhæret homo creaturæ tanquam fini ultimo. unde non est simile.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter peccata uenialia per lignum, fœnum, & stipulam designentur.

Medina art. 2.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod inconuenienter peccata uenialia per lignum, fœnum, & stipulam designentur. Lignum. n. fœnum, & stipula, dicitur superædificari spirituali fundamento: sed peccata uenialia sunt præter spirituale ædificium, sicut etiam quælibet falsæ opiniones sunt præter scientiam. ergo peccata uenialia non conuenienter designantur per lignum, fœnum, & stipulam. 471

Porrecta per totum. 4. d. 21. q. ar. 2. q. 2. ar. 3. cor. & q. 2. co. & d. 46 q. 1. art. 1. q. 3. ad 1.

¶2 Præt. Ille, qui ædificat lignum, fœnum, & stipulam, sic saluus erit quasi per ignem: sed quandoque ille, qui committit peccata uenialia, non erit saluus etiam per ignem, puta, cum peccata uenialia inueniuntur in eo, qui decidit cum peccato mortali. ergo inconuenienter per lignum, fœnum, & stipulam peccata ueniale designantur.

¶3 Præt. Secundum Apostolum, Alij sunt, qui edificant aurum, argentum, lapides pretiosos, i. amorem Dei, & proximi, bona opera: & alij, qui ædificant lignum, fœnum, & stipulam: sed peccata uenialia etiam committunt etiam illi, qui diligunt Deum, & proximum, & bona opera faciunt. dicitur. n. 1. Ioann. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus. ergo non conuenienter designantur peccata uenialia per ista tria.

¶4 Præt. Multo plures differentiæ, & gradus sunt peccatorum uenialium, quam tres. ergo inconuenienter sub his tribus comprehenduntur.

Sed contra est, quod Apost. 1. ad Cor. 3. dicit de eo, qui superædificat lignum, fœnum, & stipulam, quod saluus erit quasi per ignem, & sic patietur pœnam, sed non æternam: reatus autem pœnæ temporalis proprie pertinet ad peccatum ueniale, ut* dictum est. ergo per illa tria significantur peccata uenialia.

*q. 87. ar. 5. & q. 88. ar. 2.

Resp. Dicendum, quod quidam intellexerunt fundamentum esse fidem informem, super quam aliqui ædificant bona, opera, quæ figurantur per aurum, argentum, & lapides pretiosos. quidam uero peccata etiam mortalia, quæ figurantur secundum eos per lignum, fœnum, & stipulam. Sed hanc expositionem improba

Cap. 15. cor. 4. improbat Augu$t. in lib. de fide, & operibus: quia A Apo$tolus dicit ad Galatas 5. Qui opera carnis facit, regnum Dei non con$equetur, quod e$t $aluũ fieri. Apo$tolus autem dicit, ꝙ ille, qui ædificat lignum, fœnum, & $tipulam, $aluus erit quaſi per ignem. unde non pote$t intelligi, ꝙ per lignum, fœnum, & $tipulam peccata mortalia de$ignentur. Dicunt ergo quidam, ꝙ per lignum, fœnũ, & $tipulam $ignificantur opera bona, quæ $uperædificantur quidem $pirituali ędificio, $ed tñ commi$cent $e eis peccata uenialia: $icut cũ aliquis habet curam rei familiaris, quod bonum e$t, commi$cet $e $uperfluus amor uel uxoris, uel filiorum, uel po$$e$$ionum $ub B Deo tamen, ita $cilicet ꝙ pro his homo nihil vellet facere contra Deum. Sed hoc iterum non videtur conuenienter dici. Manife$tum e$t enim, ꝙ omnia opera bona referuntur ad charitatem Dei, & proximi: vnde pertinent ad aurum, argentũ, & lapides pretio$os non ergo ad lignum, fœnum, & $tipulã. Textl. m ¶ Et ideo dicendũ e$t, ꝙ ip$a peccata uenialia, quę admi$cent $e procurantibus terrena, $ignificantur per lignum, fœnũ, & $tipulã. Sicut enim hm̃ôi cõgregantur in domo, & non pertinent ad ubtantiã ædificij, & pñt comburri ædificio remanente: ita ẽt peccata venialia multiplicantur in hoie, manente C $pirituali ædificio, & pro i$tis patitur ignem, uel tẽporalis tribulatiõis in hac uita, uel purgatorij po$t hanc uitam, & tamen $alutẽ con$equitur æternam.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ peccata uenialia non dñr $uperædificari $pirituali fundamento, quaſi directe $upra ip$um po$ita: $ed qa ponuntur iuxta ip$um: $icut accipitur P$al. 136. Super flumina Babylonis, ideſt, iuxta, quia peccata uenialia non * In corp. art. de$truunt $pirituale ædificium, ut * dictum e$t.

AD 2m dicendũ, ꝙ non dr̃ de quocunq; ædificante lignum, fœnum, & $tipulã, ꝙ $aluus fit quaſi per ignẽ: $ed $olũ de eo, qui ædificat $upra fundamen- D tum, quod quidem non e$t fides informis, ut quidã æ$timabant, $ed fides formata charitate, $m illud Ephe$. 3. In charitate radicati, & fundati. Ille ergo, qui decedit cum peccato mortali, & uenialibus, habet quidem lignum, fœnum, & $tipulam, $ed non $unt $uperædificata $upra fundamentum $pirituale: & ideo non erit $aluus $ic quaſi per ignem.

AD 3m dicendũ, ꝙ illi, qui $unt ab$tracti à cura temporalium rerum, et$i aliquando uenialiter peccent, tamen leuia peccata uenialia committunt, & frequenti$$ime per feruorem charitatis purgantur. Vnde tales non $uperædificant uenialia, quia in eis E modicum manent: $ed peccata uenialia ip$orum, q circa terrena occupantur, diutius manent, quia nõ ita frequẽter recurrere po$$unt ad huiu$modi peccata uenialia delenda per charitatis feruorem.

Text. 4. AD 4m dicẽdũ, ꝙ $icut * Philo$ophus dicit in primo de cœlo. Omnia tribus includunt, $. principio, medio, & fine: & $m hoc omnes gradus venialium peccatorũ ad tria reducuntur, $cilicet ad lignũ, qđ diutius manet in igne: ad $tipulã, quę citi$$ime expeditur: ad fœnum, qđ medio modo $e hẽt $icut qđ peccata uenialia $unt maioris, uel minoris adhęrentiæ uel grauitatis, citius, uel tardi * p ignẽ purgent.

ARTICVLVS III.

Vtrum homo in $tatu innocentiæ potuerit peccare uenialiter.

AD TERTIVM $ic proceditur. Videtur ꝙ hõ in $tatu innocentiæ potuerit peccare uenialiter: qa $up illud 1. ad Timot. 2. Adã nõ e$t $educt*, dicit * glo. Inexpertus diuinę $eueritatis in eo falli potuit, ut crederet b ueniale e$$e cõmi$$um: $ed hoc nõ credidi$$et, ni$i uenialiter pecca B te potui$$et. ergo uenialiter peccare potuit, ñ peccãdo mortalr.

¶ 2 Præt. † Aug. dicit 11. $up Gen ad literã: Nõ e$t arbitrandũ, ꝙ e$$et hoiem h deiectur * tentator, ni$i pce$$i$$et in aĩa hois quædã h elatio cõprimenda: elatio aũt deiectionẽ pcedens, q̃ facta e$t p pc̃m mortale, nõ potuit e$$e ni$i pc̃m ueniale. Sic ẽt in eodẽ Aug. dicit ꝙ virũ $olicitauit aliqua experiẽdi cupiditas, cum C mulierẽ vidi$$et $up to vetito pomo nõ e$$e mortua. Vr̃ ẽt fui$$e in Eua aliqs infidelitatis motus in hoc, ꝙ de uerbis Domini dubitauit, ut patet p hoc qđ dixit: Ne forte moriamur, ut hr̃ Gen. 2. hæc aũt vñr uenialia peccata, ergo hõ potuit uenialiter peccare, anteq̃ mortaliter peccaret.

¶ 3 Præt. Peccatũ mortale magis opponit integritati primi $tatus, q̃ peccatum ueniale. $ed hõ D potuit peccare mortaliter non ob$tãte itegritate primi $tat*. ergo ẽt potuit peccare uenialiter.

SED CONTRA e$t, qđ cuilibet peccato debet aliqua pœna: $ed nihil pęnale eẽ potuit i $tatu innocentiæ, ut Aug. dicit 14. đ Ciuit. Dei. ergo nõ potuit peccare aliquo peccato, quo nõ eijceret ab illo itegritatis $tatu: $ed pc̃m ueniale nõ mutat $tatũ hois. ergo ñ potuit peccare uenialiter.

RESP. Dicendũ, ꝙ cõmuniter ponit, ꝙ hõ in $tatu innocentiæ non potuit uenialiter peccare. Hoc etiam non e$t $ic intelligẽdũ, quaſi id, qđ nobis e$t ueniale, $i ip$e ꝯmitteret, eẽt $ibi mortale pp altitudinẽ $ui $tatus. Dignitas.n. per$onæ e$t qđã circun$tantia aggrauans pc̃m, nõ tñ trã$fert in aliã $peciẽ, ni$i forte $upueniẽte deformitate inobedientiæ, uel uoti, uel alicuius hmõi: qđ in ꝓpo$ito dici nõ pôt. Vnde qđ e$t de $e ueniale, non potuit

SVP. Q. LXXXIX. ART. III.

Scot. 2. $. d. 21. q.
Egid. 2. $. d. 21. q. 2. a. 3.
D. Bon. d. 21. a. 3. q. 1.
Ric. d. 21. q. 7.
Cap. 2. d. 21. q. 1. con. 1.
Medina ar. 3.
Alb. Mag. 2. d. 21. a. 10.

OMi$$it art. 1. q. 89. in 3. art dubium occurrit ex Scoto in 21. di$t. 2. $ent. tenente ꝙ in $tatu innocentiæ potuit homo peccare venialiter ab$q; mortali peccato: arguitq; quadrupliciter ad hoc. Primo, quia donũ originalis iu$titiæ non perfecte conjungebat hominẽ ultimo fini, q̃ quęcunq; gratia gratum faciens coniungit nunc uiatorẽ: $ed cum gratia quacunque uiatoris nunc $tat ueniale peccatũ: qa $i dixerimus, quia peccatum non habemus &c. ergo. ¶ Præterea, Adam i$te potuit committere ueniale ex genere, puta, dicere uerbum ocio$um. ergo ¶ Præterea, Sequeretur ꝙ mortale, & ueniale æque repugnarent rectitudini $tatus innocentiæ: quia utrunq; e$t ei impo$$ibile, & corrumperet eum. ¶ Præterea, Ab extremo ad extremum nõ fit tran$itus ni$i p medium: $ed ueniale medium e$t inter iu$titiam, & mortale. ergo. ¶ Ad primum horum dr̃, ꝙ peccat $ecundũ non cau$am, ut cau$am, & $cdm figuram dictionis multiplicis, uel plura in magis, vel econuer$o. Iu$titia n. or iginalis non quia magis, $ed quia $ic, uel pluribus modis, coniungebat ultimo fini, repugnat peccato ueniali: quia $ic coniungebat ultimo fini, ut omnino inferius infallibiliter ordinaret $ub $uo $uperiore. Et cũ contra hanc rõnẽ in$tat Sco. quia peccatum ueniale cõmittitur, & in parte $uperiori, ut patet de primis motibus infidelitatis: patet $olũ ex litera, $c licet quòd ip$a pars $uperior, ut habens

474 Porrecta per totum. 2. d. 21. q. 2. ar. 3 & 3. di$t. 34. ar. 4. ad 4. & mal. q. 2. ar. 8. ad 1. & q. 7. art. 8.
Ex glo$$. Augu. 14. de Ciuit. Dei c. 11. in $i. to. 5.
† lib. 11. c. 5. in prin. tom. 3.
* Cap. 10. tom. 5.

transferri in mortale, pp dignitatem primi status. sic ergo intelligendum est, ꝙ non potuit peccare uenialiter, qam non potuit esse, ut cõmitteret aliquid, qđ esset de se pc̃m ueniale, anteq̃ integritatem primi status amitteret peccãdo mortaliter[n].
¶ Cuius ratio est, quia peccatũ ueniale in nobis contingit, uel pp imperfectionem actus, sicut subiti motus in genere peccatorum mortalium: uel pp inordi- G nationem existentem circa ea, q̃ sunt ad finem, seruato debito ordine ad finẽ. Vtrunq; aũt horũ contingit pp quendam defectum ordinis ex eo, ꝙ inferius non continetur firmiter sub superiori. Quòd.n. in nobis insurgat subitus motus sensualitatis, contingit ex hoc, ꝙ sensualitas non est omnino subdita rationi. Quòd uero insurgat subit[9] motus in rõne ipsa, prouenit in no- H bis ex hoc, ꝙ ipsa executio act[9] rõnis non subditur deliberationi, q̃ est ex altiori bono, ut supra dictum est. Quòd uero humanus animus inordinet circa ea q̃ sunt ad finem, seruato debito ordine ad finem, prouenit ex hoc, ꝙ ea, q̃ sunt ad finem, non ordinantur infallibiliter sub fine, qui tenet summum locũ quasi principium in appetibilibus, ut s̃. dictum est.* In statu aũt in- I nocentiæ, ut in primo habitum est. erat infallibilis ordinis firmitas, ut semp inferius contineret sub superiori, quãdiu sũmũ hoĩs cõtineretur sub Deo, ut ẽt August. dicit 14. de ciuitate Dei:* & ideo oportebat quòd inordinatio in homine non esset, nisi inciperet ab hoc, quòd summum hominis non subderetur Deo, quod fit per peccatum mortale. Ex quo patet, quòd homo in statu innocentię non potuit peccare uenialiter, antequam peccaret mortaliter.

*Cap. 10. tom. 5.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ ueniale non sumit K ibi secundum quod nunc de ueniali loquimur, sed dicitur ueniale, quod est facile remissibile.

Ad 2^m dicendum, ꝙ illa elatio, q̃ præcessit in animo hoĩs, fuit primum hoĩs peccatum mortale. dr̃ aũt præcessisse deiectionem eius in exteriorem actum peccati. Huiusmodi aũt elationem subsecuta est, & experiendi cupiditas in uiro, & dubitatio in muliere, quæ ex hoc solo in quandam aliam elationem prorupit, quod præcepti mentionem à serpẽte audiuit, quasi nollet sub præcepto contineri.

Ad 3^m dicẽdum, ꝙ peccatum mortale in tm̃ opponitur integritati primi status, ꝙ corrũpit ipsum, F qđ pc̃m ueniale facere non põt. & quia non põt simul esse q̃cumq; inordinatio cũ integritate primi status, ɔsequens est ꝙ primus hõ non potuerit peccare[d] uenialiter antequàm peccaret mortaliter. D.75.

habens motus indeliberatos, hẽt rõnem inferioris respectu sui p sine, ut deliberans est. unde per inferius & superius hic nõ ipsæ partes aĩæ intelligendæ sunt, sed officia: ita ꝙ ille status hẽat, ꝙ quandiu supremũ officiũ Deo suberat, inferiora officia cuiuscunque partis sine infallibili ordine recte superiori officio subdebant. vnde Seo. ab officio ad portionẽ animæ declinauit. Et qm̃ hæc doctrina, ut patet in litera ex Augustino 14 de ciuitate Dei, est recta, sic exponitur: qa apud ipsũ inferius, & superius officio distinguuntur.
¶ Ad secundum dr̃, ꝙ Adam in illo statu nõ potuit dicere verbum otiosum, pp rõnem dictam, antequã peccasset mortaliter.
¶ Ad tertiũ negatur sequela, & ad probationẽ dr̃, ꝙ licet utrunq; sit ei impossibile. mortale aũt ultra hoc est corruptiuũ illius status: veniale autẽ non, ut in litera dr̃ in solutione ad tertium.
¶ Ad quartũ dr̃, ꝙ maior est uera, ubi est uere mediũ essentialiter ordinatũ: veniale aũt non est mediũ sedm ueritatẽ, sed extremũ. sub malo nanque, & peccato, & hmõi clauditur utrunq; peccatũ, mortale, scilicet & ueniale: ullũ aũt est sub altero extremo, scilicet bono, recto, & huiusmodi.

*q.74. ar. 10.
*q.71. ar. 5.
† p. p. q.96. 95. art. 1.

Articvlvs IIII.

Vtrum angelus bonus, uel malus possit peccare uenialiter.

Ad qvartvm sic proceditur. Videtur ꝙ angelus bonus, uel malus possit peccare uenialiter. Hõ.n. cum angelis[h] cõuenit in superiori aĩæ parte, quæ mens uocatur: sm̃ illud Gregor. in Homil.* Homo intelligit cũ angelis: sed homo secundum superiorem partẽ animæ põt peccare uenialiter. ergo, & angel[9].
¶ 2 Præt. Quicunque potest qđ est plus,[h] potest etiam quod est minus: sed angelus potuit diligere bonum creatũ plus quàm Deum, quod fecit peccãdo mortaliter. ergo ẽt potuit bonum H creatum diligere ĩfra Deũ inordinate, uenialiter peccando.
¶ 3 Præ. Angeli mali uidentur aliqua facere, quę sunt ex genere suo[h] uenialia paccata, prouocando hoĩes ad risum, & ad alias hmõi leuitates sed circunstantia personæ nõ facit de ueniali mortale, ut dictum est,* nisi speciali prohibitione superueniente, quod non est in proposito. ergo angelus potest peccare uenialiter.

*In Hom. ascẽs. parũ lo post princ. est hom. 29. in euang.
*q.88. ar. 5.

Sed contra est, ꝙ maior est perfectio angeli, quàm perfectio hominis in primo statu: sed homo I in primo statu non potuit peccare uenialiter. ergo multo minus angelus.

Respon. Dicendum, ꝙ intellectus angeli, sicut in primo dictum est,* non est discursiuus, ut scilicet procedat à principijs in conclusiones seorsum utrunq; intelligens, sicut in nobis contingit. unde oportet ꝙ quandocunq; considerat conclusiones, consideret eas prout sunt in principijs. In appetibilibus autem (sicut multotiens dictum est) fines sunt sicut principia: ea uero, q̃ sunt ad finem, sunt sicut conclusiones. unde mens angeli non fertur in ea, quæ sunt ad finem, nisi sm̃ qđ stant sub ordine K finis: pp hoc ex[m] natura sua habent, ꝙ non possit in eis esse deordinatio circa ea, q̃ sunt ad finem nisi simul sit deordinatio circa[d] finem ipsum, qđ est per pc̃m mortale[n]. Sed angeli boni non mouent̃ in ea, q̃ sunt ad finẽ, nisi in ordine ad finẽ debitũ, qui est Deus. & pp hoc oẽs eorũ actus sunt actus charitatis, & sic in eis non potest esse peccatũ ueniale. Angeli uero mali in nihil mouent̃, nisi in ordine ad finem peccati superbiæ ipsorum; & ideo in omnib. peccant mortaliter quæcumq; propria uoluntate agunt. Secus autem est de appetitu naturalis boni, qui est in eis, ut in primo dictum est*.

*q.58. ar. 3.
D. 142.
D. 149.
*p.p.q.63 art.1. ad 3. & art. 4. & q. 64. art. 2. ad 5.

Ad primvm ergo dicendum, quòd hõ conne-

nit qui-

SVP. Q. LXXXIX. ART. IIII.
Medina ar. 4.

In artic. 4. aduertendo. Primo, ꝙ author pl[9] determinat, q̃ quæsiuerat. nã ratio allata in litera non solum concludit de angelo bono, & malo, sed absolute: qm̃ sup conditione suæ naturæ fundatur. Secũdo, ꝙ aliud est loqui de peccare mortaliter, & aliud de demereri: sicut aliud est loqui de actu charitatis, & aliud de merito: qm̃ meritũ, & demeritum uiatoris sunt, quia in expectatione cõsistũt. Male aũt, & bene agere, uoluntate agenus sunt. pp quod licet dæmones in omnib. suis actibus peccent mortaliter, non tñ demerentur: quia extra uiã iam in termino sunt.

475 Porrecta per totum.
* mal. q. 7. ar. 9.

nit quidem cum angelis in mente, siue in intelle- A ctu: sed differt in mō intelligendi, ut dictum est*.

*In corp. & p. p. q6.59. 2. 3. ad 1.

AD 2m dicendum, ꝙ angelus non potuit minus diligere creaturam, quam Deum, nisi simul referēs eam in Deum, sicut in ultimum finem, uel aliquem finem inordinatum, ratione iam dicta*.

*In corp. art.

AD 3m dicendum, ꝙ oīa illa q̄ vīr esse uenialia dæmones procurant, ut hoies ad sui familiaritatē attrahant, & sic deducant eos in pct̄m mortale: unde in oībus mortaliter peccāt pp intentionē finis.

ARTICVLVS V.

Vtrum primi motus sensualitatis in infidelibus sint peccata mortalia.

AD QVINTVM sic procedit. Vr ꝙ primi motus sensualitatis in infidelib. sint peccata mortalia. Dicit. n. Apostolus ad Roma. 8. ꝙ nihil est h dannationis his, qui sunt in Christo Iesu, qui non s̄m carnem ambulant, loquitur ibi de concupiscentia sensualitatis, ut ex præmissis ap C paret. hæc ergo cā est quare cōcupiscere nō sit damnabile his, qui non s̄m carnem ambulant, consentiendo. s. concupiscentiæ quia sunt in Christo Iesu: sed in fideles non sunt in Christo Iesu. ergo in infidelibus est damnabile. primi igitur motus infidelium sunt peccata mortalia.

¶2 Præt. Anselmus dicit in libro de gratia & lib. arb. Qui nō sunt in Christo sentientes carnem h D sequunt damnationem, ēt si nō s̄m carnem ambulant: sed damnatio non debetur nisi peccato mortali. ergo cū hō sentiat carnē s̄m primum motū concupiscentiæ, uidetur ꝙ primus motus concupiscentiæ in infidelib. sit peccatum mortale.

¶3 Præt. Anselmus dicit in eodē libro, Sic est factus hō ut concupiscentiam sentire nō h deberet. hoc aūt debitum vr̄ hoī temis- E sum per gratiam baptismalem, quā infideles non habent. ergo qñcumq; infidelis concupiscit, et si nō consentiat, peccat mortaliter contra debitum faciens.

SED CONTRA ē, qđ dr̄ Actuū 10. Non est p̄sonarū acceptor Deus. qđ ergo uni nō imputat ad damnationē, nec alteri: sed primos motus fidelibus non imputat ad damnationem. ergo etiam nec infidelibus.

RESP. Dicendum, ꝙ m irratio nabiliter dr̄, ꝙ primi motus infi delium sint peccata mortalia, si eis nō consentiat *. & hoc patet dupliciter. Primo quidē, quia ip sa sensualitas non pōt esse subiectum peccati mortalis, ut s̄. est habitum.* est aūt eadem natura sensualitatis in infidelibus, & fidelibus: unde non pōt esse, ꝙ solus motus sensualitatis in infidelibus sit pct̄m mortale. Alio mō B ex statu ipsius peccātis. nunquā n. dignitas personæ diminuit pct̄m, sed magis auget, ut ex* s̄. dictis patet: unde nec pct̄m est minus infideli; q̄ in infideli, sed multo maius. Nā, & infidelium peccata magis merent̄ ueniam pp ignorantiam, s̄m illud 1. ad Timot. 1. Misericordiā Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incrudelitate mea: & peccata fideliū aggrauant̄ pp gratiæ sacramēta, s̄m illud Hebr. 10. Quā to magis putatis deteriora mereri supplicia, qui sanguinem Testamenti, in quo sanctificatus est, pollutum duxerit?

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ Apostolus loquitur de damnatione debita peccato originali, q̄ aufertur per gratiā Iesu Christi, quis maneat concupiscētiæ fomes. unde hoc ꝙ fideles concupiscunt, nō est in eis signum damnationis originalis peccati, sicut est in infidelibus. Et hoc ēt mō intelligendum est* dictū Ans. unde patet solutio ad s̄m.

AD 3m dicendum, quòd illud debitum non concupiscendi, erat per originalem iustitiam. unde id, quod opponitur tali debito, non pertinet ad peccatum actuale, sed ad peccatum originale.

ARTICVLVS VI.

Vtrum peccatū ueniale possit esse in aliquo cū solo originali.

AD SEXTVM sic procedit. Vr̄ ꝙ pct̄m ueniale possit esse i aliquo cū solo originali. h Dispositio. n. p̄cedit habitū: sed ueniale ē dispositio ad mortale, ut* s̄. dictū ē. ergo ueniale i infideli, cui nō remittit originale, iuenit̄ ante mortale: & sic qñq; ifideles hn̄t pct̄a uenialia cū originali sine mortalib.

¶2 Præt. Minus habet de h connexione, & cōuenientia ueniale cū mortali, quàm mortale peccatum cū mortali: sed infidelis subiectus originali peccato pōt cōmittere vnū pct̄m mortale, & non aliud.

SVP. Q. LXXXIX. ARTIC. V.

Medina art. 5.

IN arti. 5. nota dictū lum, ꝙ loquitur tm̄ de primis motib. sensualitatis, & non de omnib. motibus infidelium. & nō miretis si differen dispu tationem de alijs in locum proprium.

476 *Porrecta per totum.* 2. 2. q. 158. ar. 2. ad 1. & 2. di. 24. q. 3. a. 2. co. & 3. di. 31. q. 1. a. 3. q. 2. ad 3. & 4. di. 31. q. 1. ar. 3. q. 2. ad 3. & ueri. q6. 26. ar. 6. ad 6. & mal. q. 7. artic. 8. & quo. 8. ar. 21. & Ro. 8. 1.

SVP. Q. LXXXIX. ART. VI.

Medina art. 6.

IN arti. 6. eiusdē 89. quęst. dubium duplex occurrit circa illa uerba, Multo magis excusat eū à pctō ueniali &c. primō, quia aut author intendit simpliciter de ueniali, aut tm̄ de ueniali ex genere. Si simpliciter, falsum est ꝙ defectus rōnis excusans à mortali, excuset à ueniali, ut patet in primis motibus quos defectus rationis deliberātis excusat à mortali, & nō à ueniali. Si de ueniali ex genere tm̄, non infert intentū, ꝙ originale cū ueniali solo non inueniri possit. Dicet. n. quispiam ꝙ puer in originali existens ante plenū usum liberi arb. incipiēs aliqualiter senti- re libero arb. (ut contingit in somnolentis,) peccat ergo appetendo aliquā delectabilē illicitū, puta, concubitum puellæ, quod pp imperfectionem actus indeliberati erit ueniale.

In li. de cōcordia gra. & lib. arb. à me.

¶ Scdm dubiū est, unde ualet ly, multo magis. vr̄. n. aut æquale attendendo ad usum rōnis, aut min' attendēdo, ꝙ minus requiritur ad faciendum aliquid imperfectum, q̄ perfectum. Peccatum. n. mortale constat esse perfectum, & ueniale imperfectum. & ꝙ non oē excusans à maiore excusat à minore, ut patet in infidelib. qui excusantur ab infidelitatis peccato, si nihil audierunt, & non ab alijs, à quibus carerent, si essent Christiani.

concl. m

¶ Ad hæc dubia dr̄, ꝙ cum in litera explicite dicatur, Multo magis excusat à ueniali, si cōmittat aliquid, qđ sit ex genere suo tale, dubium non est ꝙ de ueniali ex genere in illis uerbis loquitur, & intendit, ꝙ puero committenti aliqd mortale ex genere, & aliquid ueniale ex genere, si defectus ætatis excusat eū à mortali, excusat ēt à ueniali, & multo magis. Et ꝙ excuset ēt à ueniali, in promptu est ratio: quia utrūq; libertatem exigit, & conuenit in hoc, qđ est fieri posse se deliberate & indeliberate. Pōt. n. quis deliberate uerbum otiosum dicere, & habere primum motū ad dicendū illud, & desistere. unde si impedita libertas excusat ab actu mortali, quia cōstituit ipsum extra mortale genus, excuset quoq; eadē rōne ab actu ueniali quia extra mortale quoque genus cōstituit ipsum. Qđ aūt multo magis excuset à ueniali, ratio est: quia in maiori includitur minus. constat aūt ꝙ cæteris paribus, ex parte agētis pct̄m ueniale, & mortale ex genere sic se hēnt sicut maius, & minus: pp ꝙ si impedimentū libertatis satis est ad faciendum, ꝙ actus tam malus. s. ex genere mortalis cōmissus à puero sibi non imputetur à fortiori sufficit ad faciēdum, ꝙ actus

*q. 74. ar. 4.

*q. 73. ar. 10.

*positum in arg. 2.

477 *Porrecta per totum.* 3. q. 90. a. 4 ad 3. & 2. di. 28. art. 5. ad 5. Et dis. 42. q. 1. a. 5. ad 7 & 4. dis. 45. q. 1. ar. 3. ad 6 & uari. q6. 24. ar. 12. ad 2. & q6. 28 a. 3. ad 4. & mal. q. 5. art. 2. ad 8. & q. 7. art. 10. ad 8.

*q. 18. ar. 3.

ergo potest committere peccatum ueniale, & non mortale.

¶3 Pr. ẽt. Determinari pôt tẽpus in quo puer primo pôt esse actor peccati actualis, ad qđ tempus cũ peruenerit, pôt ad min⁹ per aliqđ breue spatiũ stare, q̃n pecceth mortaliter, quia hoc ẽt G in maximis sceleratis cõtingit. In illo aũt spatio quantumcumque breui, pôt peccare ueniali-ter. ergo peccatum ueniale potest esse in aliquo cum originali peccato absque mortali.

SED CONTRA est, q̃a pro peccato originali puniuntur ho-

actus minus malus ei nõ imputetur sicut si quis in bello occideo F do excusatur ab homicidio, deprædãdo excusatur à rapina, eadẽ rõne. Et cum cõtra hanc rõnem obijcitur, quia non habetur intẽtum uniuersaliter de oĩ peccato ueniali, rñdetur, q̃ ex hoc habetur intentum uniuersaliter: quia peccatum ueniale ca imperfectione actus p̃supponit libertatem sufficientẽ ad peccatũ mortale: quia præsupponit, q̃ possit à libera rõne impediri. Vnde puero, quia à commisso actu mortali excusatur pp defectũ libertatis, non imputatur etiam quicunque motus in actum peccati mortalis, uel uenialis pp defectum libertatis exactæ ad præueniendum, impediendũ, & dominandum his motibus. Et simile esse de somnolento si nulla præcessisset culpabilis occasio, uel superfluitatis somni uel occurrentis cogitationis, quæ in proposito non habent locum: quia defectus ætatis prohibens libertatem, inculpabilis omnino est. Sufficienter igitur author docuit de perfectis actib. moralibus in genere moralis, & uenialis tractans, ut ex illis imperfectos etiam sciremus, ut declaratum est.

¶Ad obiectiones aũt contra sc̃d m dubium dr̃ q̃ licet ad peccãdum ueniali ter minus libertatis sufficiat in exercitio, q̃ in mortali, quia absque deliberatione peccatur ueniali ter, non tamen minus sufficit in facultate: quia non peccatur ueniali ter absque libera facultate dominandi super singulos motus, quæ facultas absque plena libertate non est. Nec recte instatur contra illam regulam, Excusans à maiore excusat à minore: quoniam in H telligitur cæteris paribus constat autem quòd non sunt cætera paria, in instantia. quia lumen rationis est in infidelibus ostendens illis bona moralia, quæ non sequuntur unde illi, qui excusantur à peccato infidelitatis, quod est maius, excusantur quoque à peccato omissionis sacramenta fidei non recipiendo, quod est minus, quia hic cætera sunt paria: neutrum enim est alias cognitum &c. & non à peccato fornicationis, quod est ratione naturali prohibitum.

¶In eodem 6. art. q. 89. circa illa uerba. Primum q̃ tunc homini cogitandum occurrit, est deliberare de seipso: dubia duo occurrunt. Primum est, an hoc intelligatur de facto, an de debito, i. an ita sit, q̃ homini incipienti habere usum lib. arb. occurrat de facto hæc cogitatio, an occurrere debeat, quia scilicet tenetur ad hoc cogitandum Si. n. intelligatur, quòd de facto ita est, in primis falsum assumitur nam primum occurrens est bonum, quòd naturaliter appetitur. deinde hoc aut uoluntarie dicitur, I aut propter rationem in responsione ad tertium allatam, quia scilicet finis est prior in intentione: ipsemet autem est finis, ad quem alia ordinat. Sed hæc responsio non concludit illud, tum quia falsum est, q̃ ipsemet sit finis, cum sit propter aliud: tum quia ex hoc, quòd ipsemet occurrit ut finis, non sequitur, quòd de ipso sit deliberatio. Demum, quia non experimur in nobis, quòd nobis primo hæc cogitatio occurrat. Si autem intelligitur de debito probandum esset hoc.

¶Et si ratio in litera posita affert, tunc insurgit sc̃dm dubiũ: quia aut intendit, q̃ ipsemet primo occurrit ut finis, aut ut ad finẽ. Si ut finis, non oportet q̃d deliberet de seipso, sed sufficit q̃ non amet se plusquam Deum Et sic nullo p̃cepto affirmatiuo tenebitur pro tunc ad ordinandũ se, sed negatiuo, s. non inordinate amandum se, cuius obseruatio stat cum peccato ueniali, & uoluntate studendi in Grammatica sicut ad finem Et sic uerba corporis articuli consonant, scilicet deliberare de seipso: sed ratio K allata in litera in responsione ad tertium, nihil ualet: & cum sola sit allata, omnia sine rationis fundamento restant.

¶Ad has dubitationes simul respondendo dicitur, quòd uerba literæ intelliguntur non solum de debito, sed de facto, & de seipso quodammodo ut fine, & quodammodo ut ad finem.

¶Ad cuius euidentiam aduertendum est, quòd in occurrente primo sibi inueniuntur duo, scilicet quòd appetitur, & cui appetitur. primum est amatũ amore concupiscentiæ: sc̃dm amore amicitiæ. Et quia amabile quidem bonum, unicuique autem proprium: & amicabilia, quæ sunt ad alios, ueniunt ex amicabilibus ad se, primum enim appetitur est ipsemet appetens. & quia concupitum ordinatur ad amatum amicitia, & non econuerso: ideo primus simpliciter finis occurrens appetenti, est ipsemet, qui est finis omnium concupiscibilium ad quem omnia concupiscibilia naturaliter ordinantur. Quia ergo finis est prior in intentione, & ipsemet puer est finis primo amatus amicitia, cui primo concupiscitur de facto, oportet q̃ primum de facto occurrens puero uoluntati, sit ipsemet, ad quem alia concupiscibilia ordinet. Cõpleto aũt hoc naturali occursu, quo puer uult naturaliter sibi bonũ, ac beatitudinẽ, consequens est, ut statum de p̃cipue amato, qđ iam occurrit, i. de seipso solicitus sit, qd ei appetendũ sit. Ex hoc o. pendet quid operandum, quid solicitandũ, quid ponendum, & quicquid aliud subest eius potestati. Et quia ipse sc̃dm seipsũ est magis amatus, q̃ ipsemet sc̃dm partes, seu partiales rationes suas, cõsequens est q̃ primum solicitans puerum, est deliberare quid, sibi sc̃dm seipsum totum non sc̃dm hunc, uel illum respectum appetendum est. Hoc aũt est deliberare de seipso, & ordinare se ad finẽ: quia id quod sibi ipsi præcipue amato sc̃dm se totum est appetendũ est finis, ad quem ipse ordinatur Vnde si sibi appetendum censuerit bonum honestum in confuso, ut ætas illa consueuit bene deliberauit de seipso, finem suum in uera beatitudine collocans, quamuis imperfecte, & inchoatiue. Non plus enim exigitur à puero, si non omissionis reus erit: ut in litera dicitur in responsione ad tertium.

¶Ex his autem dicitur ad obiecta contra primum, q̃ de facto occurrere seipsum, ut finem amatum amicitia, dum primo concupiscitur bonũ, rõne conuincitur: quia oẽ concupitum, alicui concupiscitur & cum constet, q̃ non alteri, ergo sibi. similiter H qđ de facto occurrit ipsemet, ut deliberabilis, quantũ est ex rerum ordine, probatum est, quia est præcipue amatus. Et quia rerum ordo nulla tunc culpa peruersus est, ideo naturæ ordinem facti series quantum ad occursum sequitur. Verum tamẽ est, q̃ occursum illum non necessario uoluntas amplectitur, sed potest nõ cogitare, & omittere, ut in litera dicitur. unde nihil obstat, q̃ bonum, aut beatitudo primo occurrat, quia ut concupiscibile utrumque occurrit: nec quòd ipse primo occurrit ut finis, immo ex hoc habetur ratio, q̃ non uoluntarie dicitur: quia finis est præcipue amatus, & de ipso primo solicitudo sequitur, & sic esse finem amatum amicitia, sequitur ipsum esse primum deliberabile. est enim sic finis, quòd potest esse ad alium finem: & propterea non est falsum, ipsum esse finẽ, nec impertinens intentæ conclusioni. Et per hoc patet solutio reliquarum obiectionum.

¶In eodem sexto articulo quæstionis octuagesimænonæ, dubiũ I adhuc superest in tertij argumenti responsione: quia cum deliberatio de seipso fiat in tempore, quia deliberare in tempore sit, intra tempus deliberationem mensurans, potest puer peccare ueniali ter, puta, curiose uidẽdo transeuntem equum inter deliberandum de fine: & sic cum non teneatur ad eligendum finẽ debitum ante terminatam deliberationem, sequitur quòd poterit peccare ueniali ter ante peccatum mortale, & tamen quàm cito potest, dat operam deliberationi de seipso.

¶Ad hoc dicitur, quòd non quàm citius potest deliberat, qui inter deliberandum ad aliud diuertit. Cum enim uirtus unita sit maior seipsa dispersa, & à maiori uirtute citius fiat aliquid, quàm a minore cæteris partibus, consequens est ut citius deliberet non diuertens, quàm diuertens: ac per hoc, qui ad aliud aspicit uane, non quàm cito potest deliberat, libere uim suam minuens, & sic reus est omissionis p̃cepti diuertendo, nõ quàm cito potest deliberando. & quamuis non teneatur ante terminum deliberationis eligere, tenetur tamen ante terminum nul K lum impedimentum apponere charitati: & propterea apponẽdo peccat mortaliter ante terminum. sicut deliberationi operam non dans ante instans, quod terminasset deliberationem, peccat omissione.

¶Circa eundum articulum sextum quæstionis octuagesimænonæ, duplex quæstio ex dictis insurgit. Prima est an infans baptizatus teneatur in principio suæ discretionis ad conuersionem in Deum, sicut de non baptizato dictum est. Secunda est, quòd si tenetur, an quilibet baptizatus sit de hac præcepti obseruatione dubius, & teneatur consequenter confiteri tanquàm de dubio.

¶Ad primam quæstionem dicendum est, quòd cum præceptum illud fundetur super processu naturæ, & gratia perficiat naturam per modum naturæ, absque dubio tenetur puer baptizatus ad deliberandum de seipso in principio suæ discretionis

mines in limbo puerorum, ubi A non est pęna sensus ut* infrà dicetur. In inferno aūt detrudunt hoīes pp solum pctm̄ mortale. ergo non erit locus, in quo possit puniri ille, qui habet peccatum ueniale cum originali solo.

Resp. Dicendū quòd *m* impossibile est, q pctm̄ ueniale sit in aliquo cū originali peccato absque mortali*. Cuius rō est, quia antequàm ad annos discretiōis perueniat, defectus ætatis prohi- B bens usum rōnis, excusat eum à peccato mortali: vñ multo magis excusat eū à peccato ueniali, si committat aliquid quod sit ex genere suo tale. Cū uero usū rōnis habere incœperit, nō oīno excusatur à culpa uenialis & mortalis peccati, sed primū, quod tunc homini cogitandū occurrit, est deliberare de seipso: & si quidē seipsum ordinauerit ad debitum finem, per gratiam conse C quetr remissionē originalis peccati. Si uero non ordinet seipsū ad debitum finem, sm quod in illa ætate est capax discretiōis, peccabit mortaliter, non faciēs qđ in se est, & ex tunc non erit in eo peccatū ueniale sine mortali, nisi postquàm totum fuerit sibi per gratiam remissum.

Ad primum ergo dicendum, quòd ueniale non est dispositio ex necessitate pcedens mortale, D sed cōtingēter: sicut qnq; labor disponit ad febrē, non aūt sicut calor disponit ad formam ignis.

Ad 2m dicendū, q nō impedit pctm̄ ueniale esse simul cū solo originali pp distātiā eius, uel conuenientiam, sed pp defectū vsus rationis, ut dictum est. *

Ad 3m dicendum, q ab alijs peccatis mortalibus pōt puer incipiens habere usum rationis per aliquod tempus abstinere: E sed à peccato omissionis prædictæ non liberatur, nisi quàm citò potest, se conuertat ad Deū. Primum enim quod occurrit homini discretionem habenti est, q de seipso cogitet, ad quē alia ordinet sicut ad finem. Finis enim est prior in intentione, & iō hoc est tēpus pro quo obligatur ex Dei præcepto affirmatiuo, quo Dominus dicit: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, Zacharıæ primo.

tionis una ratione, scilicet propter impletionem præcepti: non baptizatus uero duabus rationibus, scilicet propter præceptum, & propter delendum peccatum originale. *In 3. parte, sed nō cōpleuit.

¶ Ad secundum uero libentius audirē qd dicendum, quàm dicerem. vī tamen mihi, q quia nunquam est amor Dei otiosus, charitas infusa baptizato infanti exit in actum in primo instanti naturali: sicut de angelis creatis in gratia dictum fuit. Et q statim occurrente se ipso, ut deliberabili, infusa fides deliberādi sollicitudinem foueat ad bonum honestum præsentandum cooperando, inclinādo ad hoc intellectū, & consequenter charitas inclinet appetitum ad honestū prosequendum: & sic cōstituit sibi uerum ultimum finem, quamuis confuse. Et licet hoc uideatur uerum ut in pluribus: non oportet tamē in omnibus sic esse non solum propter libertatem, sed propter complexionem, & malam assuetudinē ante actus discretionis. Vnde fit q pars sensitiua magis mouebitur ad assueta delectabilia mala, q̄ fides, & charitas ad honestum: propter quod non parui refert, ut assuescat pueri ad audiendum spiritualia, & honesta. Determinatur enim habitus fidei infusus ex propositis ex auditu, & charitas illam sequitur. De confessionis autem necessitate patet quid dicendum. Debet enim conteri, & confiteri quis sicut de alijs incertus, nisi q aliquid minus ad confessionem huius sufficere uidetur, s. in communi confiteri de occultis, intendendo de oībus: quia incertitudo ista cōis est toti generi humano, propter quod nemo scit utrum odio, uel amore dignus sit. *In corp. art.

QVAESTIO XC.

De legibus, in quatuor articulos diuisa.

Consequenter considerandum est de principijs exterioribus actuum.

Principium autē exterius ad malum inclinans est diabolus, de cuius tētatione in primo* dictum est. Principium autem exterius mouēs ad bonū est Deus, qui, & nos instruit per legem, & iuuat per gratiam. *p.p.q.111 ar.2. & 3.

¶ Vnde primo de lege: secundo de gratia dicendum est.

¶ Circa legē aūt primo oportet considerare de ipsa lege in cōi: secundo de partibus eius.

¶ Circa legē aūt in cōi, tria occurrunt consideranda. Primo quidem de essentia ipsius.

Secundo, de differentia legū.

Tertio, de effectibus legis.

Circa primum, quæruntur quatuor.

¶ Primo, Verū lex sit aliqd rōnis.

¶ Secundo, de fine legis.

¶ Tertio, de causa eius.

¶ Quarto, de pmulgatiōe ipsius.

ARTICVLVS I.

Vtrum lex sit aliquid rationis.

Ad primum sic proceditur. Videtur quòd lex non sit aliquid rōnis. Dicit. n. Apostolus ad Rom. 7. Video aliā legē *h* in membris meis &c. sed nihil qđ est rationis, est in membris, quia ratio nō utitur organo corporali. ergo lex non est aliquid rationis. 478 Porrecta per totum. Inf. q.91. art.1.cor. & q.91 2. 1.cor. & q. 94. artu.1. cor.

¶ 2 Præt. In ratione non est nisi potētia habitus, & actus: sed lex nō est ipsa potentia rationis. similiter ēt non est aliquis habitus rationis: quia habitus rationis sunt uirtutes intellectuales, de quibus* supra dictum est: nec ēt actus rationis est, quia cessante rationis actu, lex cessaret, puta in dormientibus. ergo lex non est aliquid rationis. *q.57.

¶ 3 Præt. Lex mouet eos, qui subiiciuntur legi, ad recte agendum: sed mouere ad agendum proprie ptinet ad* uoluntatem, ut patet ex* præmissis. ergo lex non pertinet ad rationem, sed magis ad uoluntatē secundum quod etiam * Iurisperitus dicit: Quod placuit principi, legis habet vigorem. *q.9.ar.1. *Ind. gest. vet. li.1. tit. 4. leg.1. in princ.

Sed contra est, quod ad legem pertinet præcipere, & prohibere: sed imperare est rationis, ut* supra habitum est. ergo lex est aliquid rationis. *q.17.ar.1.

Res. Dicendum, q lex quædam regula est, & mēsura actuum, secundum quam inducitur aliquis ad agendum, uel ab agēdo retrahitur. Dicitur enim lex à ligando, quia obligat ad agendum. Regula autem, & mensura humanorum actuum est ratio, q̄ est principiū primū actuum humanorum, ut ex* pdictis patet. Rationis enim est ordinare ad finem, q est primum principium in agendis, secundum Philosophum. *q.66.ar.1.

SVPER Q. XC.

ART. I.

Medina art. 1.

In rñsione ad secūdū primi ar. q. 90. nota proportionē inter syllogismum speculatiuum, & practicum, q ille totus in intellectu est, ille aūt in intellectu principia, quę sunt leges, cōclusionem aūt in operatione habet, quod de practico in actu practici exercito intelligitur, ut ex supradictis patet. In actu siquidem cognitionis habet suam singularem conclusionem, sicut est speculatiuus intellectus: pp qđ electio, q̄ est uolūtatis actus, cōclusio dicitur cōsilij. ¶ In rñsione ad tertiū eiusdē ar. nota q intellectus opus ad hoc q lex sit, sola mot ōe volūtatis eget. Voluntatis aūt opus ad hoc qd lex sit, eget & motione, & regulatione intellectus. motione quidem, quia uoluntas non mouet nisi à cognito: regulatione aūt, quia uoluntas ir regulata, est iniquitas & est sermo de uolūtate creata, diuina enim est lex legum.

Insophũ. In unoquoq; aũt genere id, quod est principiũ, ẽ mẽsura[d] & regula illius generis: sicut unitas in genere numeri, & mot[e] primus in genere motuũ: vñ[m] relinquit, ꝙ lex sit aliquid pertinẽs ad rõnẽ[n].

d 3 et.
concl. m

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ cum lex sit regula quędã, & mensura, dr̃ dupliciter esse in aliquo. Vno mõ sicut in mensurante, & regulante; & quia hoc est proprium rõnis, iõ per hunc modum lex est in rõne sola. Alio modo, sicut in regulato, & mensurato & sic lex est in oĩbus, quæ inclinant in aliqd ex aliqua lege: ita ꝙ quælibet inclinatio prouenies ex aliqua lege, põt dici lex non essentialiter, sed quasi participatiue. & hoc mõ inclinatio ipsa mem- G brorũ ad concupiscendũ, lex membrorũ uocatur.

AD 2m dicendũ, ꝙ sicut in actibus exterioribus est considerare operationẽ & operatũ, puta, ędificationẽ, & ædificatũ: ita in operibus rõnis est cõsiderare ipsum actũ rõnis, q̃ est intelligere & rõcinari, & aliqd p hmõi actũ ↄstitutũ, qđ qdẽ in speculatiua rõne primo qdẽ est diffinitio: scd̃o enunciatio: tertio uero syllogismus, uel argumẽtatio. Et qa rõ ẽt practica utit quodã syllogismo in operabilibus, Vt[*] supra habitũ est, ẽm qđ Philos. docet in 7.[*] Eth. iõ ẽ inuenire aliqd in rõne practica, qđ ita se hẽat ad operationes, sicut se hẽt propositio in rõne spe- H culatiua ad cõclusiones. & hmõi propositiones uniuersales rõnis practicæ ordinatæ ad actiões habẽt rõnẽ legis: q̃ qdẽ ꝓpositiones aliqñ actualiter cõsiderant, aliqñ uero habitualiter à ratione tenentur.

*q.13. ar. 1. & q.77. ar.2. ad 4.
*Ca.3. t.5.

AD 3m dicendum, ꝙ rõ hẽt uim mouendi à uolũtate, ut supra dictũ est.[*] Ex hoc enim ꝙ aliqs vult finẽ, rõ imperat de his, q̃ sunt ad finẽ: sed uoluntas de his, q̃ imperant ad hoc, ꝙ legis rõnẽ hẽat, oportet ꝙ sit aliqua rõne regulata. & hoc mõ intelligit, ꝙ uoluntas principis habet uigorẽ legis: alioquin uoluntas principis magis esset iniquitas, quàm lex.

*q.17. ar. 1.

SVPER Q. XC. ART. II.

Medina art.2.

IN art.2. eiusdem quæst. in responsione ad primum, nota in quo differunt præcepta, & in lege contenta. & à principibus, seu prælatis facta. Lex ordinem ad cõe bonum continet: præceptum aũt ordinem illum applicat ad singulares fines subordinatos bono communi. propter quod præcepta, quæ bono communi non subordinantur, præceptum non habent.

479 *Porrecta per totum.* Inf. q.91. ar.5. cor. & ar.6. ad 3. & q.96. art.1.2.3.4 & 6. co. & 2.q.58 ar.5. cor. & 3.q.70. ar.2. & 3. contra c. 103. fin.

ARTICVLVS II.

Vtrum lex ordinetur semper ad bonum commune.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ lex nõ ordinetur semper ad bonum cõe, sicut ad finẽ. Ad legem enim ptinet ꝑcipere & prohibere: sed h ꝑcepta ordinãtur ad quędã[h] singularia bona. non ergo semper finis legis est bonum cõmune.

¶2 Præt. Lex dirigit hoiem h ad agẽdũ: sed actus humani sunt in K particularibus. ergo & lex ad aliqđ particulare bonũ ordinant.

¶3 Præt. Isidorus dicit in lib. Etymologiarũ, Si rõne lex[h] constat, lex erit oẽ qđ rõne[h] constiterit: sed rõne[h] consistit non solũ qđ ordinatur ad bonum cõe, sed ẽt quod ordinatur ad priuatum bonum unius. ergo.

SED CONTRA est, quod Isidorus[*] dicit in 5. Ethymologiarum, ꝙ lex est nullo priuato commodo, sed pro communi utilitate ciuium conscripta.

*Li.5. c.21.

RESP. Dicendum, ꝙ sicut dictum est,[*] lex pertinet ad id, quod est principium humanorũ actuũ, ex F eo quod est regula, & mẽsura. Sicut aũt rõ est principium humanorũ actuũ, ita ẽt in ipsa rõne est aliquid quod est principium respectu oium aliorũ: unde ad hoc oportet, ꝙ principaliter, & maxime ptineat lex. Primum aũt principium in operatiuis, quorum est rõ practica, est finis ultimus. Est aũt ultimus finis humanæ uitæ felicitas, uel beatitudo, ut[*] supra habitũ est. vñ oportet ꝙ lex maxime respiciat ordinẽ q̃ est in beatitudinẽ. Rursus, cũ oĩs pars ordinet ad totũ, sicut imperfectũ ad ꝑfectũ, unus aũt homo ẽ pars cõitatis perfectę,[m] necesse est, ꝙ lex ꝓprie respiciat ordinẽ ad felicitatẽ cõem.[n] unde & Philosophus in ꝑmissa diffinitiõe legaliũ, mẽtionẽ facit & de felicitate, & cõione politica. Dicit. n. in 5.[*] Eth. ꝙ legalia iusta dicimus factiua, & cõseruatiua felicitatis, & particulariũ ipsius politica cõicatione. Perfecta enim cõitas ciuitas est, ut dr̃ in 1.[*] Politicę. In quolibet aũt genere id, qđ maxime dr̃, est principium aliorum, & alia dicuntur ẽm ordinem ad ipsũ sicut ignis, qui est maxime calidus, est cã caliditatis in corporibus mistis, quæ intantum dicuntur calida, inquantum participãt de igne. unde oportet, ꝙ cum lex maxime dicatur ẽm ordinem ad bonum commune, quòd quodcunque aliud præceptũ de particulari opere non habeat rationem legis, nisi secundum ordinem ad bonum commune: & ideo omnis lex ad bonum commune ordinatur.

*Art. pce.
*q.2. ar.5. & 7. q.1. a. 6. & 7.
*cõclusionis pars 1a.
*C.1. t.5.
*Ca.1. t.5.
*cõclusionis pars 2a.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ꝑceptũ importat applicationẽ legis ad ea, quæ ex lege regulant. Ordo aũt ad bonũ cõe, qui pertinet ad legem, est applicabilis ad singulares fines: & ẽm hoc etiam de particularibus quibusdam præcepta dantur.

AD 2m dicendum, ꝙ operationes quidem sunt in particularib', sed illa particularia referri possũt ad bonum cõe, non quidem communitate generis, uel speciei, sed communitate causæ finalis, ẽm qđ I bonum commune dicitur finis communis.

AD 3m dicendũ, ꝙ sicut nihil constat firmiter ẽm rõnem speculatiuam, nisi per resolutionem ad prima principia indemõstrabilia: ita firmiter nihil constat per rõnem practicam, nisi per ordinationẽ ad vltimum finem, qui est bonum cõe: quod autem hoc modo ratione constat, legis rationem habet.

ARTICVLVS III.

Vtrũ ratio cuiuslibet sit factiua legis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur ꝙ cuiuslibet K ratio sit factiua legis. Dicit. n. Apostolus ad Roma. 2. ꝙ cum gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt,[h] ipsi sibi sunt lex: hoc autem communiter de omnibus dicit. ergo quilibet potest facere sibi legem.

¶2 Præt. Sicut[*] Philosoph' dicit in libro secundo Ethicorũ, intẽtio legislatoris est, ut[h] inducat hoiem ad uirtutẽ: sed quilibet homo põt aliũ inducere ad uir-

SVPER Q. XC. ART. III.

Medina art.3.

IN art.3. eiusdem quæst. dubium occurrit circa illa uerba, Ordinare aliquid in bonum cõe est totius multitudinis, uel alicuius uicem gerentis totius multitudinis. Hoc enim esse falsum constat non solum in Deo, qui ordinat in bonum cõe totius uniuersi, & non est uicarius uniuersi: sed in Papa, q nec est multitudo populi Chri-

480 *Porrecta per totum.* Inf. q.92. ar.2. ad 2. & q.95. a. 4. cor. & q.96. a.1. & 4. cor. & 21. q. 50. art.1. ad 3. & q. 57. art.6. cor. & q. 60. art.6. cor. & q. 67. art.1. cor.
*Li.2. c.1. à me. 105.

Christiani, nec est eius uicarius sed Iesu Christi, & legem ponit ecclesiæ cunctæ: & in patrefamilias, qui ordinat ad commune bonū familiæ & non est eius uicarius.

¶Ad hoc dr̃, q̃ dupliciter possūt authoris verba ītelligi. Primo. ut significāt ex ui verborum: & tunc di. q̃ non loquitur uniuersaliter, sed in multitudine humana perfecta, & sc̄dm humanū ordinem, seclusa nãq; diuina lege, in multitudine generis humani nullus est princeps, sed ipsa multitudo cōa bonum primo respicit p seipsam, uel cōmittit alteri: alioquin nō princeps, sed tyrannus esset, q̃ multitudini preesset. Obiectiones aūt de Deo, & Papa extra humanū sunt ordinē: de patre aūt familias extra cōmunitatē pfectā. sc̄dō dr̃, & aliuus, & formaliter q̃ p gerentē uices multitudinis non limitat se autor ad uicarium multitudinis sed ad Deū, qui quo-nismō uices multitudinis in hoc qd est ordinare in cōe bonū, supplere pōt. Cōstat aūt, q̃ Deus pr̄mioentet pōt ordinare in bonū cōe multitudinis multo melius q̃ ipsa multitudo p̄esset in illud ordināra. Et similiter Iesus Christus p suū uicariū uices multitudinis supplet: & similiter pater famias respectu suæ familiæ. Vñ author conclusionē formaliter inferendo, declarat quid p uices gerētem intellexerit, cum dicit: Et ideo condere legem ptinet ad totam multitudinē, uel ad p̃sonam publicā, q̃ totius multitudinis curam hēt. ubi manifeste aperit, q̃ idē intellexit p gerera uicem multitudinis, & per habere curam illius. ¶In eodē articulo aduerte q̃ quia legislator apud authorē est uel multitudo tota uel multitudinis totius curā hñs, & constat q̃ nulla est hic variatio terminorū, & q̃ Papa est legislator in multitudine tota populi Christiani, oportet dicere, q̃ est hñs curā totius multitudinis populi Christiani, eo mō accipiēdo totam multitudinem, qua posset condere legē, si nō subdita esset. Cōstat aūt, q̃ cōdere legē, ptinet ad multitudinē totā nō sc̄dm singulas partes sed collectiue, i. ad cōmunitatē multitudinis. Papa ergo est hñs curā non solū singulorū sed cōitatis totius multitudinis Christianorum. Et hæc dixerim pp̄ter sciolos quosdā, qui Papā pastorē singularū ecclesiarum nō cōitatis totius Ecclesiæ Christianæ esse contendūt: et errāt quippe grauiter. Et hinc hēs, q̃ tota multitudo, ut regulantis officiū hēt, est sub cura illius qui legislator est. Quod et ex rōne cōuincit: q̃a finis proprius cōitatis. s. cōe bonū, est proprius finis legislatoris, quãuis diuersimode, quia cōitatis, ut ordinatæ, & legislatoris, ut ordinantis.

[Margin: ᵃ li. 5. c. 10. ᵇ Dist. 2. c. Lex. ᶜ Ar. 1. ad 2. ᵉ al. 65. ᶠ q. 93. ar. 2. ad 3. & clarius 2. 2. q. 64. ar. 3. ᵍ Ca. 1. & 2. 10. 3.]

tutem. ergo cuiuslibet hominis ratio est factiua legis.

¶3 Præt. ʰ Sicut princeps ciuitatis est ciuitatis gubernator, ita quilibet paterfamilias est gubernator domus: sed princeps ciuitatis pōt in ciuitate legem facere. ergo qlibet paterfamilias potest in sua domo facere legē.

Sed contra est, quod ᵃ Isidorus dicit in lib. Etymo. & habet in Decretis. ᵇ dist. 2. Lex est constitutio populi, secundum quā maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerūt. nō est ergo cuiuslibet facere legem.

Resp. Dicendū, q̃ lex pprie, primo, & principaliter respicit ordinem ad bonum commune. Ordinare autem aliquid in bonum cōmune est, uel totius multitudinis uel alicuius gerentis vicem totius multitudinis. & ideo ᵐ condere legē uel ptinet ad totā multitudinē, uel ptinet ad psonā publicā, quæ totius multitudinis curam habet: ᶜ quia, & in omnibus aliis ordinare in finē est eius, cui ᵉ est pprius ille finis.

Ad primum ergo dicendū, q̃ sicut supra ᶜ dictū est, Lex est in aliquo non solum sicut in regulante, sed etiam participatiue, sicut in regulato. & hoc mō unusquisq; sibi est lex, inquantū participat ordinem alicuius regulantis: unde & ibidem subdit. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.

Ad 2ᵐ dicendum, q̃ psona priuata non potest inducere efficater ad uirtutem, potest. n. solum mouere: sed si sua motio nō recipiat, non habet uim coactiuā, quā debet habere lex ad hoc q̃ efficaciter īducat ad uirtutē, ut ᵉ Philosophus dicit in 10. Ethi. hanc autem uirtutem coactiuā habet multitudo, uel psona publica, ad quam ptinet penas infligere ut ᶠ infra dicetur: & ideo solius eius est leges facere.

Ad 3ᵐ dicendū, q̃ sicut homo est pars domus, ita domus est pars ciuitatis: ciuitas aūt est communitas pfecta, ut dicit in primo ᵍ Politicæ. ideo sicut bonū unius hois non est ultimus finis, sed ad commune bonū ordinatur: ita ēt, & bonum unius domus ordinat ad bonū unius ciuitatis, quæ est communitas pfecta. uñ ille, qui gubernat aliquā familiam, pōt quidem facere aliqua pcepta, uel statuta: non tñ, quæ pprie habeant rōnē legis.

Artcvlvs IIII.

Vtrum promulgatio sit de ratione legis.

Ad quartvm sic pceditur. Videtur quòd pmulgatio non sit de ratione legis. Lex. n. naturalis maxime habet rationem legis: sed lex naturalis non indiget ʰ pmulgatione. ergo nō est de rōne legis, q̃ pmulgetur.

¶2 Præt. Ad legē ptinet pprie obligare ad aliquid faciendum, uel non faciendum: sed nō solū obligant ad implendam legē illi, coram quibus pmulgat lex, sed etiam ᵏ alii. ergo promulgatio non est de ratione legis.

¶3 Præt. Obligatio legis extēditur. etiā in futurum, quia leges futuris negotiis necessitatē imponūt, ut iura dicūt: ˡ sed ʰ pmulgatio fit ad psens. ergo pmulgatio non est de necessitate legis.

Sed contra est, quod dr̃ in ᵃ Decretis quarta distinctione, q̃ leges instituunt, cū pmulgant.

Resp. Dicendū, q̃ sicut ᵇ dictū est, lex imponit aliis p modum regulæ, & mēsuræ. Regula āt, & mensura imponit p hoc, q̃ applicat his, quæ regulant, & mensurant. vñ ad q̃ lex uirtutē obligandi obtineat, quod est ppriū legis, oportet q̃ applicet hoibus, qui secundum eam regulari debent. talis autē applicatio fit p hoc, q̃ in notitiam eorum deducit ex ipsa promulgatione vñ ᵐ promulgatio ipsa necessaria est adhoc, q̃ lex hēat suā uirtutē. ⁿ Et sic ex quatuor pdictis potest colligi diffinitio legis, q̃ nihil est aliud, q̃ quædam rationis ordinatio ad bonum cōmune, ab eo, qui curam communitatis habet, promulgata.

Ad primvm ergo dicendū, q̃ promulgatio legis naturæ est ex hoc ipso, quòd Deus eā mentibus hominum inseruit naturaliter cognoscendam.

Ad 2ᵐ dicendum, q̃ illi coram quibus lex non pmulgat,

[Margin: Art. Porrecta per totum. 2. d. 24. q. 3. a. 3. co. & ad 1. & 4. d. 3. ar. 1. q. 3. co.]

SVPER Q. XC. ART. IIII.

Medina ar. 4

In ar. 4. In resposione ad sc̄dm nota, q̃ ob illa uerba, Vel nō deuenire pōt, nō intelligit de potētia logica: quia. s. nō implicat cōtradictionē, sed de potētia politica. i. sc̄dm ordinē. seu cursum politicū. vñ, deuenire pōt coniungitur cū, p alios: & intēdit author, q̃ absentes à pmulgatione obligant: uel quia p alios promulgatio ad eos deuenit, uel p alios deuenire potuit sed ex parte absentiū consecutū est ut nescirēt, uel quia noluerūt, uel quia neglexerunt facere quod in eis erat ad sciendum. Alioqn absentes nescii promulgatæ legis nō obligantur. Propter qđ si Romæ noua lex pmulgat, & tertia ipsa procurat ut pmulgatio ad ecclesias cathedrales deferatur, nec prelati qui ibi sunt, insinuāt suis ecclesiis, excusari nec apud Deum, nec apud homines ignorantiæ possunt absentes nescii.

obligantur

[Margin: ᵃ In codi. celli. s. ti. 17. de legib. leg. 7. ᵇ Dist. 4. c. in istis tēporalib. ᶜ circa pri. ᵈ ar. 1. huius quæst. ᵉ uexel. m]

obligantur ad legem obseruandam, inquantum in eorum notiam deuenit per alios, uel deuenire potest promulgatione facta.

Ad 3m dicendum, q̃ promulgatio præsens in futurum extenditur per firmitatem Scripturæ, quę quodammodo semper eam promulgat. unde Isidorus dicit in 2. Etymologiarum, quòd lex à legendo uocata est, quia scripta est.

*Cap. 10 parum a princ.

SVPER Q. XCI. ART. I.

Ferr. 1. con. gen. c. 115. Medina art. 1.

IN art. 1. q. 91. nihil aliud notandũ occurrit, nisi q̃ ipsa prudentia Dei, quæ est rõ gubernationis rerum, p quãto est mẽsura, & regula obligatiua rerum oĩum in suos actus, & fines ad finẽ ultimũ, legis rõnem induit, quãuis legi subiecta non eodẽ modo ab illa regulentur, & obligentur: cũ alia rõnabiliter ut intellectum habentia, alia naturaliter, ut intellectu carentia subdantur.

QVAESTIO XCI.

De legum diuersitate, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de diuersitate legum. Et circa primum quæruntur sex.

¶Primo, Vtrum sit aliqua lex æterna.

¶Secundo, Vtrum sit aliqua lex naturalis.

¶Tertio, Vtrũ sit aliqua lex humana.

¶Quarto, Vtrum sit aliqua lex diuina.

¶Quinto, Vtrum sit una tantũ, uel plures.

¶Sexto, Vtrum sit aliqua lex peccati.

ARTICVLVS I.

Vtrum sit aliqua lex æterna.

482 *Porrecta per totum*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non sit aliqua lex æterna. Omnis enim lex[b] aliquibus imponitur: sed nõ fuit ab æterno, cui aliqua lex posset imponi, solus enim Deus fuit ab æterno. ergo nulla lex est æterna.

Iof. q. 91. ar. 1. p 10 tũ. & art. 3. & 4. c. ar. 5. ad 3 & 4. d. 33. q. 1. ar. 1. & 3. con. tra c. 115. Et Ro. 8. fin.

¶2. Præt. Promulgatio est de rõne legis: sed promulgatio nõ potuit esse ab æterno, q̃a nõ erat ab æterno, cui promulgaretur. ergo nulla lex põt esse æterna.

¶3. Præt. Lex importat ordinẽ ad finẽ. sed nihil est æternum quod ordinetur ad finem: solus enim ultimus finis est æternus. ergo nulla lex est æterna.

SED CONTRA est, quod* Aug. dicit in 1. de lib. arb. Lex, quæ summa ratio nominatur, non põt cuipiã intelligenti non incommutabilis, æternaq; uideri.

*C. 6 ṫa rũ a p.

RESP. Dicendũ, q̃ sicut* supra dictũ est, nihil est aliud lex, q̃ dictamen practicæ rõnis in principe, q̃ gubernat aliquã cõitatem pfectam. Manifestũ est aũt, supposito q̃ mundus diuina prouidentia regatur, ut in 1.* habitũ est, q̃ tota cõitas Vniuersi gubernatur rõne diuina: & ideo ipsa rõ gubernationis rerũ in Deo, sicut in principe uniuersitatis existens, legis hẽt rõnem. Et quia diuina rõ nihil concipit ex tpe, sed hẽt æternũ cõceptũ, ut dr Prouer. 8. inde est, q̃ hm̃oi legẽ oportet dicere ęternã.*

*q. præce.

*p. p. q. 22 ar. 1. et 2.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ ea, q̃ in seipsis non sunt, apud Deũ existunt, inquantũ sunt ab ipso cognita, & pordinata fm illud Rom. 4. Qui uocat ea, q̃ non sunt, tanq̃ ea q̃ sunt. sic igit æternus diuinæ legis conceptus hẽt rõnẽ legis æternæ, fm qd à Deo ordinat ad gubernatione rerũ ab ipso pcognitarũ.

AD 2m dicendũ, q̃ promulgatio fit, & uerbo, & scripto, & utroq; modo lex ęterna hẽt promulgatiõem ex parte Dei promulgatis: q̃ia & Verbum diuinum est æternum, & Scriptura libri uitæ est ęterna: sed ex parte creaturæ audientis, aut inspicientis non potest esse promulgatio æterna.

AD 3m dicendũ, q̃ lex importat ordinẽ ad finẽ actiue, inquantũ s. p eã ordinant aliqua in finẽ: non aũt passiue, i. q̃ ipsa lex ordinet ad finẽ, nisi p accidẽs in gubernãte, cui finis est extra ipsum, ad quẽ ẽt necesse est ut lex eius ordinet: sed finis diuinæ gubernationis est ipse Deus, nec eius lex est aliud ab ipso. uñ lex æterna non ordinatur in alium finem.

ARTICVLVS II.

Vtrũ sit in nobis aliqua lex naturalis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Vr̃ q̃ non sit in nobis aliqua lex naturalis. Sufficiẽter. n. hõ gubernat p legẽ[b] æternã. Di cit. n.* Augu. in 1. de lib. arbi. q̃ lex æterna est, qua iustũ est ut oĩa sint ordinatissima: sed natura nõ abundat in supfluis, sicut nec deficit in necessariis. ergo nõ est hoĩ aliqua lex naturalis.

¶2. Præt. Per legẽ ordinat hõ in suis actibus ad finẽ, ut supra hãbitũ est: sed ordinatio humanorũ actuũ ad finẽ[b] nõ est p naturam, sicut accidit in creaturis irrationabilibus, q̃ solo appetitu naturali agunt pp finẽ, sed agit hõ pp finẽ p rõnẽ, & uolũtatẽ. ergo ñ est aliqua lex hoĩ nãlis.

¶3. Præt. Quanto aliquis est liberior, tanto minus est sub[h] lege: sed hõ est liberior oib* aliis aĩalibus pp lib. arb. qd p̃ aliis aĩalibus hẽt. cum igitur alia aĩalia non subdant[h] legi naturali, nec hõ alicui legi naturali subdet.

*Lib. 1. c. 6. non p̃cul a fine, to. 1.

SED CONTRA est, qd Ro. 2. super illud, Cũ gẽtes, q̃ legẽ non hñt, naturaliter ea, q̃ legis sunt, faciũt. dicit * gl. q̃ si nõ hñt legẽ scriptã, hñt tñ legẽ naturalem, qua quilibet intelligit, & sibi ɔ̃scius est quid sit bonũ, & qd malum.

*Gl. ord. ibidem.

RESP. Dicẽdũ, q̃ sicut * supra dictũ est, lex cũ sit regula, & mẽsura, dupl̃r põt esse in aliquo. uno mõ, sicut in regulãte, & mẽsurante: alio mõ, sicut in regulato, & mẽsurato: q̃a inquãtũ participat aliqd de regula, uel mẽsura, sic regulat, uel mensurat. Vñ cũ oĩa, q̃ diuinæ puidentiæ subdunt, à lege ęterna regulent, & mensurent, ut ex* dictis patet, manifestũ est, q̃ oĩa participant aliqualiter legẽ ęternã, inquãtũ. s. ex impressione eius hñt inclinationes in proprios actus, & fines. Inter cętera aũt rõnalis creatura excellẽtiori quodã mõ diuinæ puidẽtiæ subiacet, inquantũ & ipsa fit

*q. 90. ar. 1. ad 1.

*ar. pced.

SVPER Q. XCI ART. I. II. ET III.

485 *Porrecta per totum.*

IN ar. 1. 2. & 3. eiusdem q. collige, q̃ homo tribus legibus eget ad sui rectitudinem moralẽ, seclusa rectitudine requisita pro cęlesti patria. oñ eget lege æterna, naturali, & humana: q̃ nihil aliud sunt, q̃ rõ diuinæ gubernationis in Deo principia practica naturaliter, p se nota, & conclusiones eorũ p discursum rõnis ad inuẽte, quibus si cõiungatur, qd hõ sup hęc est ordinatus ad finẽ supnaturalem à scriptura, cuius cœlestis patriæ manifestum erit, q̃ oportet legem quartã superaddere. s. diuinam, ut in 4. ar. dicitur: quæ secundum diuersitatẽ status hoĩs in ordine illo supernaturali distĩcta est in ueterem, & nouam.

Iof. q. 96. ar. 2. ad 3 & q. 97. ar. 1. ad 1 & 4. d. 33 q. 1. ar. 1. co. Et Ro. 8 fin.

¶ In responsione ad secundum tertii art. eiusdem quæsti. nota differentiam inter res naturales, & morales quòd illæ mensurãt nostrum intellectũ, utpote cãæ eius: morales uero mẽsurant ab intellectu nostro nõ quocunq; sed naturali indito à Deo, quia effectus luet lõ ois naturalis, ut primi principii moralis, quæ sunt à nobis.

prudentiæ particeps sibiipsi, & aliis prouidēs. vñ & in ipsa participatr rō æterna, p quā hēt naturalē inclinatiōē ad debitū actū, & finē. Et talis participatio legis æternæ in rōnali creatura, lex naturalis dr. vñ cū Psa. 4. dixisset: Sacrificate sacrificiū iustitię quasi quibusdā qrentibus, q̄ sunt instit'ę opera, sub iungit: Multi dicunt, quis ostendit nobis bona? cui quæstioni respondens dicit: Signatū est sup nos lumen vultus tui Dñe. quasi lumen rationis naturalis, quo discernimus quid sit bonū, & qd malū, qđ ptinet ad naturalē legē, nihil aliud sit q̄ īpressio diuini luminis in nobis. vñ patet, q̄ lex nālis nihil aliud ē q̄ pticipatio legis ęternę i rōnali creatura.

concl.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ rō illa pcederet, si lex naturalis esset aliquid diuersum à lege æterna nō aūt est nisi qdā participatio eius, ut dictum est:

*In corp. ar.

AD 2m dicendum, q̄ ois operatio rōnis, & uoluntatis deriuaī in nobis ab eo, qđ est fm naturā, *ut supra habitū est. Nā ois rōcinatio deriuaī à principiis naturaliter notis: & ois appetitus eorum, quæ sunt ad finē, deriuatur à naturali appetitu ultimi finis: & sic etiam oportet quòd prima directio actuū nostrorum ad finem, fiat per legem naturalem.

*q. 10. ar. 1.

AD 3m dicendū, q̄ ēt aīalia irrationalia participant rōnem æternā suo mō, sicut & rōnalis creatura: sed quia rōnalis creatura participat eā intellectualiter, & rōnaliter, iō participatio legis æternæ in creatura rōnali, pprie lex uocaī. nā lex est aliqd rōnis, ut* s. dictū est. in creatura aūt irrōnali nō participaī rōnaliter. vñ uō pr dici lex, nisi p similitudinē.

*q. præce. ar. 1.

ARTICVLVS III.

Vtrum sit aliqua lex humana.

484 Porrecta per totum. Inf. q. 95. ar. 1. & 2. & d. 9. ar. 1. cor. & ad 5. & 1. d. 40. art. 2. & arti. 8. cor. Et 3. d. 37. ar. 2. q. 2. cor. ptin. & 1. Meta phy. lec 5 *Ar. pce. †Lib 1. c. 6. Q. 1 est. pce. ar. 1. *Tex lib. 10. meta. to. 1. *Tex. 3. †Lib. 1. c. 6. a med. vsque ad fi. 10. 1. q. 90. ar. 1. *q. 90. ar. 1. ad 2.

AD TERTIVM sic proceditr. Vr, q̄ non sit aliqua lex humana. Lex. n. naturalis est participatio legis æternæ, ut* dictū est: sed p legem æternā oia sunt ordinatissima, ut † Aug. dicit in primo de lib: ar. ergo lex naturalis sufficit ad oia humana ordinādā. nō est ergo necessariū q̄ sit aliqua lex humana.

¶ 2 Præt. Lex habet rationem mensurę, ut* dictū est: sed ratio humana non est mensura rerū, sed potius econuerso, ut in decimo† Meraph. dicitur. ergo ex ratione humana nulla lex procedere potest.

¶ 3 Præt. Mensura debet esse certissima, ut dr in 10. Meraph. sed dictamen humanæ rōnis de rebus gerēdis est incertū, fm illnd Sap. 9. Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostrę. ergo ex ratione humana nulla lex procedere potest.

SED CONTRA est, quod † Aug. in primo de lib. ar. ponit duas leges, unam æternam: & aliam temporalem, quam dicit esse humanam.

RESP. Dicendum, q̄ sicut* supra dictū est, lex est quoddā dictamen practicæ rōnis. Similis aūt processus esse inuenit rōnis practicæ, & speculatiuæ: utraque. n. ex quibusdā principiis ad quasdā conclusiones pcedit, ut* superius habitū est. Scđm hoc ergo dicendū est, q̄ sicut in rōne speculatiua ex principiis indemonstrabilibus naturaliter cognitis pducunt conclusiones diuersarum scientiarū, quarum cognitio nō est nobis naturaliter indita, sed p industriā rōnis inuenta: ita ēt ex pceptis legis naturalis, quasi ex quibusdā principijs cōibus, & indemōstrabilibus, necesse est q̄ tō humana pcedat ad aliqua magis particulariter disponēda: & istæ particulares dispositiones adinuentæ fm rōnem humanam, dñr leges humanæ obseruatis aliis cōditionibus, q̄ ptinent ad rōnem legis, ut* supra dictū est. Vnde* Tullius dicit in sua Rheto. q̄ initiū iuris est à natura pfectū: deinde qdā in consuetudinē ex utilitate rōnis uenerūt: postea res à natura pfectas, & à cōsuetudine pbatas, legum metus, & religio sanxit.

concl. *q. pręc. per totam. * Tullius li. 2. de in uent. in fol. 4. 1 sub fine lib.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ rō humana nō potest participare ad plenum dictamen rōnis diuinę, sed suo modo, & impfecte. Et ideo sicut ex parte rōnis speculatiuæ p naturalem participationē diuinæ sapientiæ inest nobis cognitio quorundā cōmunium principiorum, non aūt cuiuslibet ueritatis ppria cognitio, sicur in diuina sapientia cōtinet: ita ēt ex parte rōnis practicæ naturaliter hō participat legē æternā fm quædam cōmunia principia, non autem fm particulares directiones singulorum, quæ tamen in ęterna lege continenī: & ideo necesse est ulterius, quòd ratio humana pcedat ad particulares quasdam legum sanctiones.

AD 2m dicēdum, q̄ rō humana fm se non est regula rerū: sed principia ei naturalr indita sunt regulæ quædā generales, & mensuræ oīum eorum, q̄ sunt p hoiem agēda, quorū rō naturalis est regula, & mēsura licet nō sit mēsura eorū, q̄ sunt à natura.

AD 3m dicendū, q̄ rō practica est circa operabilia, quæ sunt singularia, & contingentia, nō aūt circa necessaria, sicut rō speculatiua, & iō leges humanę non possunt illam infallibilitatē habere, quā habent conclusiones dimonstratiuę scientiarum. Nec oportet, q̄ ois mensura sit omnimodo infallibilis, & certa, sed scđm qđ est possibile ī gñe suo.

ARTICVLVS IIII. 485

Vtrum fuerit necessarium esse aliquam legem diuinam.

Porrecta per totum. 1. q. 1. ar. 1. & 3. q. 60. ar. 5. ad 3. & d. 37. ar. 1. & Ro. 8. 6. *Ar. 2. †Ar. 1.

AD QVARTVM sic proceditnr. Videtur q̄ nō fuerit necessarium esse aliquam legem diuinā: quia, ut* dictum est, lex naturalis est quędam participatio legis ęternę ī nobis sed lex ęterna est lex diuinā ut † dictum est. ergo non oportet q̄ pręter legem naturalem, & leges humanas ab ea deriuatas, sit aliqua alia lex diuina.

¶ 2 Pręt. Eccl. 15. dicit, quòd Deus dimisit hominem in manu consilii sui: consilium autem est actus rōnis, ut* supra habitum est. ergo homo dimissus est gubernationi suę rōnis: sed dictamen rationis humanę est lex humana, ut* dictum est. ergo no oporter quòd homo alia lege diuina gubernetur.

*q. 14. ar. 2. * Ar pce

¶ 3 Pręt. Natura humana est sufficientior irrōnalibus creaturis: sed irrōnales creaturę non habēt aliquam legem diuinam pręter inclinationem naturalem eis inditam ergo multo minus creatura rōnalis debet habere aliquam legem diuinam pręter naturalem legem.

SED CONTRA est q̄ Dauid expetit legem à Deo sibi poni, dicens 118. Psal. Legem pone mihi, Domine, in uia iustificationum tuarum.

RESPON. Dicendū, q̄ pter legē naturalē, & legē humanam, necessarium fuit ad directionē humanę uitę habere legem diuinā. & hoc pp quatuor

concl.

rationes

rōnes. Primo quidē, quia p legē dirigit hō ad actus ppriοs in ordine ad ultimū finē. & siquidē hō ordinaretur tm ad finē, qui non excederet pportionē naturalis facultatis hoīs, nō oporteret q hō haberet aliquid directiuū ex parte rōnis s. legem naturalem, & legē humanitus positā, quæ ab ea deriuat sed quia hō ordinat ad finē beatitudinis æternæ, q excedit proportionē naturalis facultatis humanæ ut *supra habitū est ideo necessarium fuit, ut supra legē naturalē, & humanā dirigeret ēt ad suū finē legē diuinitus data. Secundo, quia pp incertitudinē humani iudicii, pcipue de rebus cōtingentibus, & particularibus, cōtingit de actibus humanis diuersorum, esse diuersa iudicia, ex quibus, ēt diuersæ, & contrariæ leges pcedunt. Vt ergo hō absq; omni dubitatione scire possit, quid ei sit agendū, & quid uitandū, necessariū fuit, ut in actibus ppriis dirigeretur p legē diuinitus datā, de qua constat, q non pōt errare. Tertio, quia de his pōt hō legē facere, de quibus pōt iudicare: iudiciū aūt hoīs esse nō pōt de interioribus motibus, qui latent, sed solū de exterioribus actibus, qui apparēt: & tñ ad pfectionē uirtutis requirit, q in utrisq; actibus hō rectus existat: & iō lex humana non potuit cohibere, & ordinare sufficienter interiores actus: sed necessarium fuit, q ad hoc superueniret lex diuina. Quarto, quia sicut * Aug. dicit in 1. de lib. arb. Lex humana non pōt oīa, q male fiunt, punire, uel phibere: quia dū auferre uellet oīa mala, sequeret q ēt multa bona tollerent, & impediretur utilitas boni cōis, quod est necessariū ad conuersationē humanā. Vt ergo nullū malū iprohibitū, & īpunitū remaneat necessariū fuit superuenire legē diuinā, p quam oīa peccata prohibent. Et iste quatuor causæ tangunt in Psa. 18. ubi dr Lex dñi immaculata. i. nullam peccati turpitudinem pmittens: Conuertēs aīas, quia non solum exteriores actus, sed ēt interiores dirigit: Testimonium dñi fidele, pp certitudinē ueritatis, & rectitudinis: Sapientiam pstans paruulis, inquantum ordinat hoīem ad supnaturalem finem, & diuinū.

*q. 5. a. 5.
* [illegible]

Ad primum ergo dicendū, q p naturalē legem participat lex æterna sm pportionem capacitatis humanæ naturæ: sed oportet ut altiori mō dirigat hō in ultimū finē supnaturalē: & iō superaddit lex diuinit' data p quā lex æterna participat altiori mō.

Ad 2m dicendum, q consilium est inquisitio quædam, unde oportet q procedat ex aliquibus principiis. Nec sufficit quòd procedat ex principiis naturaliter inditis, quæ sunt præcepta legis naturæ pp prædicta: sed oportet quòd superaddantur quædam alia principia, scilicet præcepta legis diuinæ.

Ad 3m dicendū, q creaturæ irrationales non ordinant ad altiorē finē, q sit finis, qui est proportionatus naturali uirtuti ipsarū: & iō nō est similis rō.

SVPER Q. XCI. ART. V.

486 Porrecta per totum. Inf. q. 107 art. 1. Et Ca. 5. le. 2

In ar. 5. sicut nec in 4. nihil occurrit scribendū in q. sequi dem 107. infer. ubi pa tebūt ea qua sunt du bia in 5. art. In sexto adū ar. nota illa uerba, Destituit origina. li iustitia, & uigore rationis, p q. 109. ubi de integritate, & corruptione naturæ humanæ erit sermo. Habes ēt ex hoc articulo, quid proprie sigñi ficat fomes inclinatio nem. s. partis sensitiuæ extrinsis à ratio nis ordine.

ARTICVLVS V.

Vtrum lex diuina sit una tantum.

Ad quintvm sic pceditur. Videtur quòd lex diuina sit una tm. Vnius. n. regis in uno regno est una lex: sed totū humanum genus comparat ad Deū, sicut ad unum regem, sm illud. Psal. 46. Rex omnis terræ Deus est. ergo est una tātū lex diuina.

¶ 2 Præt. Lex omnis ordinat ad finē, quē legislator intendit in eis, quibus legē fert: sed unum & idē est, quod Deus intendit in oībus hominibus, sm illud 1. ad Timot. 2. Vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. ergo una tantum est lex diuina

¶ 3 Præt. Lex diuina ppinquior esse vr legi æternæ, quæ est una, q lex naturalis, quanto altior est reuelatio gratiæ, q cognitio naturæ: sex lex naturalis est una oīum hoīum. ergo multo magis lex diuina.

Sed contra est, quod Apost. dicit ad Heb. 7. Translato sacerdotio, necesse est ut legis trāslatio fiat: sed sacerdotium est duplex, ut ibidem dr. s. sacerdotium Leuiticū, & sacerdotium Christi. ergo etiā duplex est lex diuina. s. lex uetus, & lex noua.

Resp. Dicendū, q sicut in* primo dictum est, distinctio est cā numeri. Dupliciter aūt inueniunt aliqua distingui. Vno mō, sicut ea, q sunt oīno specie diuersa, ut equus, & bos. Alio mō, sicut pfectū & imperfectum in eadē specie, sicut puer, & uir: & hoc mō lex diuina distinguit in legē ueterem, & legē nouā. *Vñ Apost. ad Galat. 3. cōparat statū ueteris legis statui puerili existēti sub pædagogo: statū aūt nouæ legis cōparat statui uiri pfecti, qui iā nō est sub pædagogo. Attendit aūt pfectio, & imperfectio legis sm tria, q ad legē ptinent, ut* supra dictū est. Primo. n. ad legē ptinet, ut ordinet ad bonū cōe sicut ad finē, ut * supra dictū est: qđ quidē pōt esse duplex. s. bonū sensibile, & terrenū: & ad tale bonū ordinabat directe lex uetus. vñ statim Exo. 3. i principio legis inuitat populus ad regnū terrenū Chananæorū. Et iterū bonū intelligibile, & cæleste: & ad hoc ordinat lex noua. Vñ statim Christus ad regnū cælorū in suæ pdicationis principio inuitauit dicēs. Pœnitentiā agite, appropinquabit. n. regnū cælorū. Matt. 4. & iō Augu. dicit in 4 cōtra Faustū, q tēporaliū rerū pmissiones in testamento ueteri continent, & iō uetus appellat: sed æternæ uitæ promissio ad nouū ptinet testamentū. Scđo, ad legem ptinet dirigere humanos actus sm ordinē iustitiæ, in quo ēt superabundat lex noua legi ueteri, interiores actus animi ordinando, sm illud Matth. 5. Nisi abundauerit iustitia uestra plusq Scribarū & Pharisæorum, nō intrabitis in regnū cælorū: & iō dr, q lex uetus cohibet manū, lex noua animum. Tertio, ad legē ptinet inducere homines ad obseruantias mandatorū. & hoc quidē lex uetus faciebat timore pœnarū: lex aūt noua facit hoc p amorē, qui in cordibus nostris infundit p gratiā Christi, q in lege noua confert, sed in lege ueteri figurabat: & iō dicit *Aug. cōtra Adamantium Manichæi discipulum, q breuis dfia est legis & Euangelij, timor, & amor.

*p. p. q. 30 art. 3.
concl.
*q. 90. ar. 2. 3. & 4.
*q. 90. ar. 2.
*Ca. 2. in princ. to. 6.
*Cap. 17. inter pri. & me. to. 6.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut pater familias in domo alia mandata pponit pueris, & adultis: ita ēt unus rex Deus in uno suo regno aliā

legem

legem dedit hominibus adhuc imperfectis existenti- A bus, & aliā perfectiorē iam manuductis per priorem legem ad maiorem capacitatem diuinorum.

Ad 2m dicendū, q salus hominum non poterat esse nisi per Christum, sm illud Actuum.4. Non est aliud nomen datū hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. & iō lex perfecte oēs ad salutem inducens, dari nō potuit nisi post Christi aduētū: antea uero dari oportuit populo, ex quo Christ⁹ erat nasciturus, legē pparatoriam ad Christi susceptionē, in qua qdā rudimenta salutaris iustitię continētur.

Ad 3m dicendum, q lex naturalis dirigit hoiem sm quædam præcepta communia, in quibus con- B ueniūt tam perfecti, quàm imperfecti: & iō est una omnium. Sed lex diuina dirigit hominem etiam in particularibus quibusdam, ad quæ non similiter se habent perfecti, & imperfecti: & ideo oportuit legem diuinam esse duplicem, sicut iam* dictum est. *In corp. art.

ARTICVLVS VI.

Vtrum sit aliqua lex fomitis.

487 Porrecta per totum. Inf. q. 93. ar. 3. ad 1. & Ro. 7. lect. 4

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q non sit aliqua lex fomitis. Dicit enim Isidorus in 2. Ethym.† quòd lex rationе consistit: fomes aūt non consistit in ratione, sed magis à ratione deuiat. ergo fomes non habet rationem legis. C

*Li. 5. Ety. cap. 3.

¶2 Præt. Omnis lex obligatoria est, ita q, qui eam non seruant, transgressores dicuntur: sed fomes nō cōstituit aliquem transgressorem ex hoc, q ipsum non sequit, sed magis transgressor redditur, si quis ipsum sequatur, ergo fomes non habet rōnē legis. †q. 90. ar. 2.

¶3 Præ. Lex ordinat ad bonū cōe, ut* supra habitū ē. sed fomes nō inclinat ad bonū cōe, sed magis ad bonū priuatū. ergo fomes non habet rōnem legis.

SED CONTRA est, qđ Apost. dicit Ro. 7. Video legē aliam in mēbris meis, repugnantē legi mētis meę.

RESP. Dicendū quòd sicut* supra dictū est, Lex essentialiter inuenit in regulāte, & mēsurante, participatiue aūt in eo qđ mēsurat, & regulat: ita q ois D inclinatio, uel ordinatio, q inuenitur in his, q subiecta sunt legi, participatiue dr lex, ut ex *supradictis patet. Pōt aūt in his q subduntur legi, aliqua inclinatio inueniri dupliciter à legislatore. Vno mō, inqtū directe suos inclinat subditos ad aliqd, & interdū ad diuersos actus, sm quē modū pōt dici, q alia est lex militū, & alia est lex mercatorū. Alio mō indirecte, inquantū s. p hoc, q legislator destituit aliquē sibi subditū aliqua dignitate, sequit q transeat in aliū ordinē, & quasi in aliā legē, puta, si miles ex militia destituat, trāsibit in legē rusticorū, uel mer E catorū. Sic igit sub Deo legislatore diuersæ creaturæ diuersas hēnt naturales inclinationes, ita ut qđ vni est quodāmō lex, alteri sit ꝯ legē, ut si dicā, q furibundū esse, est quodāmō lex canis, est aūt ꝯ legē ouis, uel alteri⁹ māsueti aialis. Est ergo hois lex, q sortitur ex ordinatione diuina sm propriā conditionē, ut sm rōnem operetur: quæ qdē lex fuit tā ualida in primo statu, ut nihil, uel pter rōnē, uel cōtra rōnem posset subrepere homini: sed dum hō à Deo recessit, incurrit in hoc, quòd feratur sm impetum sensualitatis. Et unicuiq; et particulariter hoc ꝯtingit, quanto magis à rōne recesserit, ut sic quo-

*q. 90. ar. 1. ad 1.

*ar. 2. huius q. & q. præce.

A dammodo bestijs assimiletur, quæ sensualitatis impetu feruntur, sm illud Psal. 48. Homo cū in honore esset, non intellexit, cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Sic igitur ipsa sēsualitatis inclinatio, q fomes dr, in alijs qdē aialib⁹ simpliciter habet rōnem legis, illo tn̄ modo, quo in talibus lex dici potest sm directam inclinationem legis. In hominibus autem sm hoc non habet ratio nē legis, sed magis est deuiatio à lege rationis: sed inquantum per diuinam iustitiam homo destituitur originali iustitia, & uigore rōnis, ipse impetus sēsualitatis, qui eum ducit, habet rationem legis in- comi. B quantum est pœnalis, & ex lege diuina, consequēs hominem destitutum propria dignitate.

Ad primvm ergo dicendū, q rō illa procedit de fomite sm se considerato, prout inclinat ad malū: sic enim nō habet rōnem legis, ut* dictū est, sed sm quod sequitur ex diuinæ legis iustitia: tanquàm si diceretur lex esse, quod aliquis nobilis propter suā culpam ad seruilia opera induci permitteretur. *In corp. art.

Ad 2m dicendū, q obiectio illa procedit de eo, q est lex quasi regula & mesura: sic. n. deuiantes à lege trāsgressores ꝯstituunt. sic aūt fomes nō est lex, sed p quandā participationē, ut supra* dictum est. *In corp. art. & q. 90 art. 1.

Ad 3m dicendum, q ratio illa procedit de fomite quantum ad inclinationem propriam, non antē quantum ad suā originem: & tn̄ si consideretur inclinatio sensualitatis prout est in alijs animalibus, sic ordinatur ad bonum cōe, idest ad conseruationem naturæ in specie, uel indiuiduo. & hoc est etiā in homine, prout sensualitas subditur rōni: sed fomes dicitur, secundum quod exit rationis ordinē.

QVAESTIO XCII.

De effectibus legis, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectibus legis. Et circa hoc quęruntur duo.

¶ Primo, Vtrum effectus legis sit homines facere bonos.

¶ Secūdo, Vtrū effect⁹ legis sint, iperare, uetare, pmittere, & punire, sicut legisperit⁹ dicit.

ARTICVLVS I.

Vtrum effectus legis sit facere homines bonos.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd legis effect⁹ non sit facere homines bonos. Homines enim sunt boni per virtutē. Virtus enim est, quæ bonum facit habentē, ut dicitur in 2. Eth. sed uirtus est homini à solo Deo: ipse. n. eā facit in nobis sine nobis, ut † supra dictū est in diffinitione uirtutis. ergo legis non est homines facere bonos.

¶2 Præt. Lex nō prodest homini

SVPER Q. XCII. ART. I.

Ferr. 3. cont c. 116. Medina art. 1.

IN ar. 1. q. 92. dubiū occurrit circa rōnē ex eo, q aut falsū assumit, aut intentū nō infert. Propositio nanque fundans rōnem literę est ista, Virtus cuiuslibet subditi est, ut bene subijciatur principanti. hęc autem propositio aut intelligitur formaliter de subdito, inquātum subditus, aut materialiter de eo, qui est subditus. Si formaliter, propositio est vera: sed non infert, nisi quòd lex facit subditos, inquātum subditos, bonos: hoc autem non est facere homines bonos, quia sicut aliud est esse hominē, & aliud esse subditū: ita alia est bonitas hois, & alia est bonitas subditi. & tamen multus articuli quærit, an sit legis facere hoies bonos:

488 Porrecta per totum. Inf. art. 2. ad 4. & 3. contra c. 116. §. 2. & 3. & 4. & Ro. 10.

*Ca. 6. in prin. & †q. 55. ar. 4.

nos: & in corpore articuli infatur ex ista propositione, ꝙ legis F est inducere subiectos ad propriam ipsorum uirtutem. Si uero materialiter intelligitur, tunc licet inferret intentum, ipsa tamē vniuersaliter est falsa, & subuersionem pareret totius doctrinæ: materialis enim sermo à doctrina alienus est.

Ad hoc dr, ꝙ sermo est formalis, uerus, & efficax ad intentū in sensu suo. Aduertendū namq; est, ꝙ nō est sermo de hac, uel illa lege, sed de lege in cōi cōtinēte æter. ā. diuinam. &c & q̄d homo nō sulū inordine ad hoc, uel illud, sed ēt i ordine ad felicitatē naturalē, & propriā, & politicā, & supernaturalē ē subditus. Ex hoc namq; hr, ꝙ bonitas hoīs, inquantum hō & bonitas hoīs, in quantum subditi, licet uniuersaliter nō coincidant, qñque tn̄ coincidunt, s. respectu legis ordinātis hoīem ad verā fœlicitatē, siue naturalē, siue supnaturalem: ac p hoc, ꝙ lex factiua bonitatis in subdito in ordine ad fœlicitatē, est ēt factiua bonitatis pprię in hoīe: qm̄ illa mer est, qua subditus ordinatur ad verā fœlicitatem. Est ergo propositio literæ forma liter intelligenda: qd ex eo patet, quòd author sub illa subsumit de bona, & mala lege, & concludit, ꝙ legis est facere subditos bonos simpliciter vel secundum quid, ut bonos latrones. Et cum dr, ꝙ non infert intentum, quia alia ē ratio subditi, & hoīs, iā patet ifsio, quòd licet uniuersaliter non sit eadam ratio, respectu tn̄ legis ad verā felicitatem, sub qua infert author fieri hoīes bonos, eadem est rō hoīs, & subditi, non secundum relationē significatam p ly, subditus, sed secundum rationem fundantem subiectionē: homo enim ex hoc ꝙ homo, ordinem habet ad felicitatem mediante uirtute ppria.

*q.90.ar.2.

*Li.2.c.9. & c.13. & li.2. ca.3. tom.5.

*Lib.1.ca.14. circa prin.

*q.90.ar.2. & 4.

*Es c.ult. tom.5.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli primi, dubium occurrit ex eo, ꝙ author ui contradicere sibi, & falsum dicere. contradicere quidem sibi, quia in principio illius responsionis dicit, quòd impossibile est, ut aliquis homo sit bonus, nisi sit bene proportionatus bono cōi: & in calce dicit, quòd alia est uirtus K boni uiri, & boni ciuis. Si nanque diuersa est uirtus uiri, & ciuis, potest esse uir bonus, & ciuis non bonus: & econuerso ciuis bonus, & uir non bonus. & si impossibile est aliquem esse uirū bonum, & non bonum ciuem, quomodo alia est uirtus boni uiri, & boni ciuis? Falsum autem dicitur, quia uir solitarius sapientiæ contemplatione contentus, est bonus uir, ut pote uirtutis heroicæ: & tamen non est bonus ciuis, quia nec est ciuis.

¶ In eadem responsione est aliud dubium: quia falsum uidetur, ꝙ eadem sit uirtus boni uiri, & boni principis. nam uirtus boni viri est monastica, principis uero politica. Et nihilominus uoluntaria etiam videtur differentia inter necessitatē uirtutis simpliciter in principe, & non in ciue. nam sicut ad bonum communitatis sufficit, quòd ciues subditi principum mandatis obediant, ita sufficit quòd princeps recta, oportuna ad bonum communitatis mandet, & exequatur quantum sua interest proportionaliter sicut alij. Quid enim ad cōmunitatem magis

nisi legi obediat: sed hoc ipsum ꝙ homo obedit legi, est ex bonitate. ergo bonitas præexigit in homine ad legem: non igitur lex facit bonos homines.

¶ 3 Præt. Lex ordinatur ad bonū cōe, ut* suprà dictum est: sed quidam bene se habent in his, quæ ad cōe pertinent, qui tamen in propriis non bene se habent. nō ergo ad legem pertinet, ꝙ faciat homines bonos.

¶ 4 Præt. Quædā leges sunt tyrānicæ, ut* Philos. dicit in sua politica: sed tyrannus non intendit ad bonitatē subditorum, sed solū ad propriam utilitatem. non ergo legis ē facere hoīes bonos.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2. Eth. ꝙ uoluntas cuiuslibet legislatoris hæc est, ut faciat homines bonos.

RESP. Dicendum, ꝙ sicut* suprà dictū est, lex nihil aliud est quam dictamē rōnis in psidēte, quo subditi gubernant: cuiuslibet aūt subditi uirtus est, ut bene subdatur ei, à quo gubernat. sicut virtus irascibilis, & cōcupiscibilis in hoc ꝯsistit, ꝙ sint bene obediētes rōni: & p hūc modū virtus cuiuslibet subiecti est vt bene subiiciat principāti, ut* Philosophus dicit in 2. Politicæ. Ad hoc aūt ordinatur unaquæq; lex, ut obediatur ei à subditis: vnde manifestum est, ꝙ hoc sit p-

G prium legis, inducere subiectos ad propriā ipsorū uirtutem. Cū igitur uirtus sit, q̄ facit bonum habentem, sequitur ꝙ m̄ pprius effect' legis sit bonos facere eos qbus datur, uel simpliciter, uel s̄m quid. Si enim intentio ferētis legem tendat in uerum bonū quod est bonum cōe s̄m iustitiā diuinā regulatum, sequitur ꝙ per legem homines fiant boni simpliciter. Si uero intentio legislatoris feratur ad id, quod nō est bonū simpliciter, sed utile, uel delectabile sibi, uel repugnans iustitiæ diuinæ: tunc lex n̄ bonos facit hoīes simpliciter, sed s̄m quid; scilicet in ordine ad

H tale regimen. Sic aūt bonū inuenitur ēt in per se malis: sicut aliquis dicitur bonus latro, quia operatur accommode ad finē.

AD PRIMUM ergo dicendum, ꝙ duplex est uirtus, ut ex supra dictis patet, scilicet acquisita, et infusa. Ad utrāq; aūt aliqd operatur operum assuetudo, sed diuersimode. Nam uirtutem qdē acquisitam cāt: ad uirtutē autē infusam disponit, & eā iam habitam conseruat, & promouet.

I Et qa lex ad hoc dat, ut dirigat actus humanos, inquantū actus humani operant ad uirtutem, in tm̄ lex facit hoīes bonos. vñ &* Philos. dicit. 2. Politi. ꝙ legislatores assuefacientes faciūt bonos.

de malitia priuata rectorum, quàm ciuium, si ad commune officium faciunt, qd oportet? Nulla enim apparet formalis differētia, sed solū s̄cdm magis, & minus. Constat enim, ꝙ principis priuata malitia magis nocet: quia conspectiuit in se crimen habet, sed non ꝙ noceat per se communi bono, & malitia ciuiū p accidēs.

¶ Ad primum dubiū dr, quod non falsitas, nec contradictio est in litera. Ad cuius euidentiam recolendum est ex prima parte, ꝙ bonum simpliciter attenditur secundum ultimam pfectionem: & quod non refert quoad dici, & esse bonum simpliciter, an illa ultima perfectio sit distincta à præcedente, an sit eadem cum pcedente. Vnde homo dicitur bon' simpliciter non secundū perfectionem substātialem, sed accidentalem, non quamcunque, sed uirtutis moralis. Propter quod q̄stio de identitate*, & diuersitate uirtutis hoīs, & ciuis, nō repugnat propositioni primæ in rōsione positæ, scilicet quòd impossibile est, quòd aliquis sit bonus, & nō sit bene proportionatus bono communi. Siue enim eadē, siue alia sit uirtus boni hominis, & boni ciuis, impossibile est ꝙ homo sit bonus sine additione aliqua, & nō bonus ciuis ciuilitate ordinata ad fœlicitatem uerā: quia homo inquantum homo, est pars ciuitatis, quia est animal politicum sicut homo inquantum homo, est disciplinabilis, ac per hoc, & in habendo bonitatem hominis oportet quòd habeat proportionem ad bonum communæ ciuitatis, saltem in præparatione animi. Non enim est recte dispositus secundum prudētiam, & alias cardinales uirtutes, qui non est præparatus ad id, ad quod tenetur: & in habendo bonitatem simpliciter, oportet quòd habeat bonitatem primam, qua est in se bonus: & consequentem, qua est pars bona. aliter non posset talis homo dici bonus, nisi secundum quid. Si ergo homo est bonus, cum bonitas sua sit aut pars, aut parens bonitatis ciuilis, impossibile est, quin sit recta commensuratus communitati, quod est esse bonum ciuem. quamuis econtra eueniat, ut scilicet aliquis sit bonus ciuis, & non simpliciter bonus: quia bonum simpliciter consurgit ex causa integra, bonum autem secundum qd, ex aliquo particulari. Ciuis autem bonus non nisi bonitatem secundum quid importat: & ideo in litera dicitur, quòd sufficit quod obediant mandatis principum. unde patet nullam esse contradictionem. Quòd etiam nulla sit falsitas propter hominem heroicum, ex eo patet, quia de hominibus sermo est: heroicus autem huiusmodi plusquàm homo est, diuinam uitam imitatus. & quia etiam heroicus in præparatione animi est recta dispositus ad communitatis bonum, & rursus est optime commensuratus cælesti patriæ.

*q.61. & 62.

*Ca.6. parum ante finem.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd in secunda secundæ Domino concedente, ex proposito tractabitur de identitate, & diuersitate prudētiæ monasticæ, & politicæ in quadragesima septima q̄stione, ubi dicetur quare magis uirtus boni uiri idētificatur

virtuti

uirtuti principis, q̃ est boni, cũ in uirtute boni uiri claudatur utrunque. s. posse bñ pcesse, & bñ subesse. De necessitate uero uirtutis monasticę in principe mag. q̃ in ciue, de qua hic tractatur, dicẽdum est, ꝙ enim inter principem, & ciues tãtum interfit, ꝙ princeps uices totius moltitudinis in se gerit, utpote curã illius hñs, ciues aũt partes sunt, cõsequens est, ꝙ priuata malitia principis ad male pcipiẽdum toti multitudini est inducet, & sic cõi bono sufficiẽs est nocere. Priuata autẽ malitia ciuium bono ex stẽte principe, cõi bono etsi dissonet nõ tñ nocere sufficit: qa efficacem actionem ad cõe nõ hẽt, sed diminutam. Propter quod oportet, si cõe bonum publicum recte se hẽt habere principẽ, qui sit, & uir, & princeps bonus. vñ Ecclesiastes 10. dĩ Væ terræ, cuius rex est puer, & cuius principes mane comedũt i. sine prudẽtia ut puer & sine tẽperantia indulgentes primũ nẽter: utraq; autem uirtus est monastica.

•q.61.ar. 5.& 2.

•Cap.8. paulo a prin.tom

•Ca.5.t.5.

SVPER Q. XCII. ART. II.

Medina ar. 2.

IN ar. 2. nihil aliud scribẽdum occurrit, nisi ꝙ aduertas, ꝙ qua de proprijs actibus legis est sermo ut rhisiones ad argumẽta solliciant, & pmittere inter legis actus ponitur, ꝙ solius superioris proprie est permittere. Alij autẽ non obuiantes malo cum phi, negligentis, aut tacentis potius, q̃ pmittentis exercẽt officium nisi fidendo lege participatiue dicũtur pmittere, sicut accidit a fratre permittente monitũ fratrẽ remedere in malum, ut adhibeat secum testes secũdũ legem Domini pro cõi bono, & similibus

491 Perrecta per totum.

AD II. dicendum, ꝙ nõ semper aliqs obedit legi ex bonitate pfecta uirtutis: sed qñq; quidem ex timore pœnæ qñq; autẽ ex solo dictamine rõnis, quod est quoddam principium uirtutis, ut • supra habitum est.

AD III. dicẽdũ, ꝙ bonitas cuiuslibet partis cõsideratur in proportione ad suum totum. vñ & Aug. dicit in 3. Confes. ꝙ turpis est oĩs pars, q̃ suo toti non congruit. Cũ igitur quilibet hõ sit B pars ciuitatis, impossibile est ꝙ aliquis hõ sit bonus, nisi sit bene proportionatus bono cõi: nec totũ põt bene existere, nisi ex partibus sibi proportionatis. Vnde impossibile est, ꝙ bonum cõe ciuitatis bene se habeat, nisi ciues sint uirtuosi, ad minus illi, quibus conuenit principari. Sufficit aũt quantum ad bonum cõitatis, ꝙ alij intãtum sint uirtuosi, ꝙ principum mandatis C obediant. & ideo • Philosoph. dicit in 3. Polit. ꝙ eadem est uirtus principis, & boni uiri: non autem eadem est uirtus cuiuscunque ciuis, & boni uiri.

AD IIII. dicendũ, ꝙ lex tyrannica cum non sit s̃m rõnem, nõ est simpliciter lex, sed magis est quædam peruersitas legis. Et tñ inquãtum habet aliquid de rõne legis, intẽdit ad hoc, ꝙ ciues sint boni. Non. n. hẽt de rõne le D gis, nisi s̃m hoc, ꝙ est dictamen alicuius præsidentis in subditis, & ad hoc tendit, ut subditi legi sint bene obedientes, quod est eos esse bonos, non simpliciter, sed in ordine ad tale regimen.

ARTICVLVS II.

Vtrum legis actus conuenienter assignentur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ legis actus non sint conuenienter assignati in E hoc quod dicitur, ꝙ legis actus est imperare, uetare, permittere, & punire. Lex enim omnis [b] præceptum commune est, ut • legisconsultus dicit: sed idem est imperare quod pcipere. ergo alia tria superfluunt.

•In digesto ueter. lib. 1. ti. 3. in princ.

¶ 2 Præt. effectus legis est, ut [h] inducat subditos ad bonum, sicut • supra dictum est: sed consilium est de meliori bono, quàm præceptum. ergo magis pertinet ad legem consulere, quam præcipere.

•Ar. præced.

¶ 3 Præt. [h] Sicut hõ aliqs incitatur ad bonũ p pœnas, [h] ita etiam & per præmia. ergo sicut punire poni- A tur effectus legis, ita etiam & præmiare.

¶ 4 Præ. Intentio legislatoris est, ut homines faciat bonos, sicut • s̃. dictum est: sed ille, qui solo metu pœnarum obedit legi, nõ est bonus. nã timore seruili, qui est timor pœnarum, etsi bonũ aliquid faciat, non tamen aliquid benefit, ut • Aug. dicit. nõ ergo uidetur esse proprium legis, quòd puniat.

•Ar. præced.

•Enchirid. c. 121. tom. 3.

SED CONTRA est, qđ • Isidorus dicit in 5. Ety. Oĩs lex aut pmittit aliqd, ut uir fortis pmiũ petat aut uetat, ut sacrarũ uirginum nuptias nulli liceat petere: aut punit, ut q cædẽ fecerit, capite plectatur.

•Lib 5. Etymo. c. 19. in princip. & lib. 2. cap. 19.

RESP. Dicendum, ꝙ sicut enunciatio est ratio- B nis dictamen per modum enuntiandi, ita ẽt lex p modum præcipiendi. Rõnis autem proprium est, ut ex aliquo ad aliquid inducat: vñ sicut in demonstratiuis scientijs rõ inducit, ut assentiatur conclusioni per quædam principia, ita ẽt inducit, ut assentiatur legis præcepto per aliquid. Præcepta aũt legis sunt de actibus humanis, in quibus lex dirigit ut • s̃. dictum est. Sunt autem tres differentię humanorum actuum. Nam sicut • s̃. dictum est, quidam actus sunt boni ex genere, qui sunt actus uirtutũ & respectu horum [m] ponitur legis actus præcipere, uel imperare, • Præcipit. n. lex omnes actus uir C tutum, ut dr̃ in 5. Ethicor. Quidam uero sunt actus mali ex genere, sicut actus uitiosi, & respectu horum lex habet prohibere. Quidã uero ex genere suo sunt actus indifferentes, & respectu horũ lex habet permittere, & possunt etiam indifferentes dici omnes illi actus, qui sunt uel parum boni, uel parum mali. Id autẽ, per quod inducit lex ad hoc quòd sibi obediatur, est timor pœnæ, & quantum ad hoc ponitur legis effectus punire.

•q. 90. a. 1. & 91. a. 4.
•q. 18. ar. 5. & 8. concl.
•Cap. 1. a medio, & cap. 2. 10. 5.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ sicut cessare a malo hẽt quandã rõnem boni, ita ẽt prohibitio habet quandã rõnem præcepti: & s̃m hoc large accipien D do pręceptum, uniuersaliter lex pręceptum dicitur.

AD II. dicendũ, ꝙ cõsulere nõ est ppriusactus legis, sed põt ptinere ẽt ad personam priuatã, cuius nõ est cõdere legẽ. vñ ẽt Apostolus 1. ad Cor. 7 cum consiliũ quoddam daret, dixit: Ego dico, nõ dominus. & ideo non ponitur inter effectus legis.

AD III. dicendum, ꝙ ẽt præmiare põt ad quẽlibet pertinere, sed punire non ptinet nisi ad ministrum legis, cuius authoritate pœna infertur: & iõ pmiare non ponitur actus legis, sed solum punire.

AD IIII. dicendum, ꝙ per hoc ꝙ aliquis incipit assuefieri ad uitandum mala, & ad implendum bo E na propter metum pœnæ, pducit quandoque ad hoc, quòd delectabiliter, & ex propria uoluntate hoc faciat, & secundum hoc lex etiam puniendo perducit ad hoc, quòd homines sint boni.

QVAESTIO XCIII

De lege æterna, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de singulis. Et primo, de lege æterna. Secundo, de lege naturali. Tertio, de lege humana. Quarto, de lege ueteri. Quinto, de lege noua, quæ est lex Euangelij.

De sexta autẽ lege, quæ est lex fomitis, sufficiat quod dictum est, cum de peccato orginali ageret.

Circa primum quæruntur sex.

¶Primo, Quid sit lex æterna.

¶Secundo, Vtrum sit omnibus nota.

¶Tertio, Vtrum omnis lex ab ea deriuetur.

¶Quarto, Vtrũ necessaria subijciant̃ legi æternæ.

¶Quinto, Vtrum cõtingentia naturalia subijciantur legi æternæ.

¶Sexto, Vtrum omnes res humanæ ei subiiciãtur.

ARTICVLVS I.

Ar. 4 & 5. RESPON. Dicendum, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, ad legẽ naturalẽ pertinẽt primo quidẽ q̃dã pręcepta communiſſima, quæ ſunt omnibus nota: q̃da autẽ ſecundaria præcepta magis propria, q̃ ſunt quaſi cõcluſiones propinquæ principiis. [m] Quantũ ergo Con. pars. ad illa principia cõia, lex naturalis nullo modo poteſt a cordibus hominum deleri in uniuerſali: deletur tñ in particulari operabili, [a] ſecundum quod rõ impeditur applicare cõmune principium ad particulare operabile ꝑp concupiſcentiam, uel aliquã Con. pars. q. 77. ar. 2 aliã paſſionem, ut ſupra dictum eſt.[p] Quãtum uero ad alia præcepta ſecundaria, põt lex naturalis deleri de cordibus hominum[q] uel propter malas perſuaſiones, eo modo quo ẽt in ſpeculatiuis errores cõtingunt circa cõcluſiones neceſſarias: uel ẽt ꝑp prauas cõſuetudines, & habitus corruptos: ſicut apud quoſdã nõ reputabantur latrocinia peccata, uel et uitia contra naturam, ut etiam Apo. dicit ad Ro. 1.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ culpa delet legem naturæ in particulari, non autem in uniuerſali: niſi forte quantum ad ſecunda præcepta legis naturæ, eo modo quo dictum eſt

AD 2[m] dicendum, quòd gratia etſi ſit efficacior quàm natura, tamen natura eſſentialior eſt homini, & ideo magis permanens.

AD 3[m] dicendũ, ꝙ ratio illa procedit de ſecundis præceptis legis naturæ, contra quæ aliqui legiſlatores ſtatuta aliqua fecerunt, quæ ſunt iniqua.

QVAESTIO XCV.

De lege humana, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderãdum eſt de lege humana. ¶ Et primo quidem de ipſa lege ſecundum ſe. Secundo, de poteſtate eius. Tertio, de eius mutabilitate.

CIRCA primum quæruntur quatuor.

¶ Primo de utilitate ipſius.
¶ Secundo, de origine eius.
¶ Tertio, de qualitate ipſius.
¶ Quarto, de diuiſione eiuſdem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fuerit utile aliquas leges poni ab hominibus.

Media ar. 1.

AD PRIMVM ſic ꝓceditur. Videtur, quòd non Supr. q. 92 ar. 1. Et 2. d. 9. ar. 3. cor. ad 2. & ad 5. Et 3. diſ. 40. art. 2. fuerit utile aliquas leges poni ab hominib. Intẽtio enim cuiuslibet legis eſt, ut per eã hoĩes fiãt bõni, ſicut ſ. dictũ eſt:[a] ſed hoĩes magis inducunt ad bonũ uoluntarii ꝑ monitiones, q̃ coacti ꝑ leges. ergo non fuit neceſſarium leges ponere. [a] q. 92. a. 1

¶ 2 Præt. Sicut dicit Philoſophus in 5. Ethi.† Ad iudicem confugiunt homines ſicut ad iuſtum animatum: ſed iuſtitia animata eſt[b] melior, quàm inanimata, quę legibus cõtinet. ergo melius fuiſſet, ut executio iuſtitiæ committeretur arbitrio iudicum, quàm quòd ſuper hoc lex aliqua conderetur. † c. 4. circa med. to. 5

¶ 3 Pręt. Lex omnis directiua eſt actuũ humanorũ, Q. 90. a. 1. & 2. ut ex ſupradictis patet: [a] ſed cũ humani actus cõſiſtant in ſingularibus, quæ ſunt infinita, nõ poſſunt ea, quæ ad directionem humanorum actuum pertinent, ſufficienter conſiderari, niſi ab aliquo ſapiente, q inſpiciat ſingula. ergo melius fuiſſet arbitrio ſapientum[b] dirigi actus humanos, quàm aliqua lege poſita. ergo non fuit neceſſarium leges humanas ponere.

SED CONTRA eſt, quod Iſidorus dicit in lib. 5. Ethymolog. Factæ ſunt leges, ut earum metu huma- Lib. 5. c. 2

na

na coerceret audacia,tutaq; sit inter improbos innocētia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrænetur nocendi facultas:sed hæc sunt necessaria maximehumano generi : ergo necessarium fuit ponere leges humanas.

Q.63.a.1. RESPON. Dicendū,ꝙ sicut ex supradictis patet,* Homini naturaliter inest qdā aptitudo ad uirtutē: sed ipsa uirtutis pfectio,necesse est ꝙ homini adueniat p aliquā disciplinā. sicut ēt uidemus,ꝙ p aliquā industriā subuenit homini in suis necessitatib*,puta, in cibo,&uestitu,quorū initia qdā habet natura,s.rōnē,& manus:non āt ipsum cōplementū,sicut cæteraaialia,quibus natura dedit sufficientet tegumentū,& cibū.Ad hanc āt disciplinā nō de facili inuenitur hō sibi sufficiens:qa pfectio uirtutis pcipue cōsistit in retrahēdo hoīem ab indebitis delectationibus,ad quas pcipue hoies sunt proni,& maxime iuuenes,circa quos,ē efficacior disciplina:& iō oportet ꝙ hmōi disciplinā, p quā ad uirtutē perueniat, hoies ab alio sortiātur:& quidem quantum ad illos iuuenes,qui sunt proni ad actus uirtutū ex bona dispositione naturę,uel consuetudine,uel magis diuino munere sufficit disciplina paterna,q̄ est p monitiones.Sed quia inueniunt quidā proterui,& ad uitia proni,q uerbis de facili moueri nō pōt, necessariū fuit,ꝙ p uim,uel metū cohiberent a malo, ut saltē sic,malefacere desistētes,&aliis quietā uitam redderent,& ipsi tandē p hmōi assuetudinē ad hoc perducerent, ꝙ uoluntarie facerent,q̄ prius metu implebant, & sic fierent uirtuosi.Hmōi aūt disciplina cogens metu pęnæ,est disciplina legū: unde*ne Concl.m. necessariū fuit ad pacē hoium,& uirtutē,ꝙ leges ponerent*:quia sicut Philosophus dicit in 1.Politicę* Ca. 2. sic. illius,to.5 sicut homo si sit pfectus uirtute,est optimū aialiū: sic si sit separatus à lege,& iustitia,est pessimū omniū,qa hō hēt arma rōnis ad explēdas cōcupiscētias,& sæuitias,quæ non habent alia animalia.

AD PRIMVM ergo dicendum,ꝙ homines bene dispositi,melius inducuntur ad uirtutem monitionibus uoluntariis,q̄ coactione:sed quidā male dispositi non ducuntur ad uirtutem,nisi cogantur.

AD 2m.dicendū ꝙ sicut Philosophus dicit 1.Rethor.*Melius est omnia ordinari lege,quàm dimittere iudicum arbitrio.& hoc propter tria.Primo q̄ Ca. 1. Iter princ. & med.to.6 dē,qa facilius est inuenire paucos sapientes, q sufficiant ad rectas leges ponendas,quàm multos,qui requirerētur ad rectē iudicandū de singulis. Secundo,qa illi qui leges ponūt, ex multo tpe cōsiderant quid lege ferendū sit:sed iudicia de singularibus factis,fiunt ex casibus subito exortis. Facilius autem ex multis consideratis, potest homo uidere quid rectū fit,q̄ solū ex aliquo uno facto.Tertio ꝙ legislatores iudicant in uniuersali,& de futuris:sed homines iudiciis præsidētes iudicāt de pñtib*, ad q̄ afficiunt amore uł odio,aut aliqua cupiditate.& sic eorū deprauatur iudiciū.Quia ergo iustitia animata iudicis non inuenitur in multis,& quia flexibilis est:iō necessarium fuit in quibuscunq; est possibile legem determinare,quid iudicandum sit,& paucissima arbitrio hominum committere.

AD 3m dicendum,quòd quædam singularia,quę F non possunt lege comprehendi, necesse est committere iudicib*,ut ibidē philosophus dicit,*puta, de eo qđ est factū esse,uel nō esse, & de aliis hmōi. D.451. Li.1.Rhe. ca.1.ante med.to.6

ARTICVLVS II.

Vtrum omnis lex humanitus posita, a lege naturali deriuetur.

AD SECVNDVM sic proceditur.Vř ꝙ non ois lex humanitus posita, à lege naturali deriuet.Dicit enim Philosophus in 5. Ethi. *quod iustū legale est,ꝙ principio qdē nihil G differt,utrū sic,uel aliter fiat:sed i his,q̄ oriūt ex lege naturali,differt utrū sic,uel aliter fiat. ergo ea,q̄ sunt legib.humanis statuta, nō oia deriuantur à lege naturę

¶ 2 Præt. Ius positiuum diuiditur contra ius naturale,ut patet per Isidorum in lib. * Etymol.& per Philosophū in 5.Ethic. † sed ea, quæ deriuantur à principiis cōmunibus legis naturę,sicut con H clusiones,pertinēt ad legem naturæ,ut sup.dictum est.*ergo ea quæ sunt de lege humana, non deriuantur à lege naturæ.

¶ 3 Præt.Lex naturæ est eadē apud oēs.dicit.n. Philosophus in 5.Ethicorum.†ꝙ naturale ius ē, quod ubiq; hēt eandē potentiā. si igitur leges humanæ à natura li lege * deriuarentur, sequerēt ēt,ꝙ ipsæ essent eædē apud omnes:quod patet esse falsum.

I ¶ 4 Præt.*Eorum,quę a lege naturali deriuant, pt aliqua ratio assignari : sed non omnium quæ a maioribus lege statuta sunt,ta tio reddi pt,ut iurisperit*dicit.er go non omnes leges humanę deriuantur a lege naturali.

SED contra est, qđ Tull.dicit in sua Rhet.* Res a natura profectas,& a cōsuetudine pbatas, legum metus,& religio sanxit.

K RESPON.Dicēdum,quòd sicut Aug.dicit in.1.de libr.arb.* Non uidetur esse lex, quæ iusta non fuerit:unde * inquantum habet de iustitia,intātum habet de uirtute legis.*In rebus autē humanis, dicitur eē aliquid iustum ex eo, quod est rectum,secundum regulam rōnis. Rationis autē, prima regula est,lex naturæ, ut ex supradictis patet:*unde m omnis lex humanitus posita intantum habet de ratione legis, inquantum a lege naturæ deriuatur. Si uero in aliquo à lege na-

¶SVP.QVÆS. XCV. ART. II.

Fer.3.con.c.123. Medina ar.2.

IN ar. 2.quæst. 95. omissoprimo, dubium occurrit de secundo modo deriuatiōis à lege naturali, scilicet per modum determinationis,inquantum dicitur, ꝙ est similis determinationi formæ artificialis communis ad specialem, sicut artifex formam domus ad hanc,uel illam figuram determinat: quaeris intēdis de determinatione uniuersalis ad minus uniuersale,uel singulare. & hoc non, tum quia fallsa de artificialibus esset termino magis,quàm de aliis:tū quia iam minus uniuersale,quàm singulase ex uniuersali deriuatur, ut conclusio ex principio. Ex hoc nāque, quod omne malum est fugiendum, deducitur syllogistice conclusio, quòd tale malū, & hoc malum est fugiendum:& sic secundus modus coincideret cum primo. Aut intendit determinationem formæ ad materiam, uel econuerso. Et hoc nō, quia utrique contradicis declaratio sua, sicut artifex determinat formam communem domus ad hāc, uel illam figuram domus. Forma nanque domus,& talis figura domus, non se habent ut materia, & forma,sed ut magis, & minus communes, ut patet.

¶ Ad hoc dicitur, quod in lege considerari possunt tria. Primo ipsa materia legis,puta, quia est de punitione, uel de tali pœna. Secundo ipsa uis legis de qua iam dictū est,in quo cōsistit. Tertio actus præceptus,uel prohibitus à lege. Si consideramus originem legis puræ positiuæ à naturali, quo ad materiā uerificatā, inuenimus, ꝙ ortus à naturali per modum determinationis,

Porretta per totum. 3 cont. c. 123.

Cap.7.in prin.to.5

Lib.5.c.4. tc.7.to.3.

Q.præc. art.3.&4.

Ca.7.to.5

Li.2.de inuentione 1 fol.4.añ finem li.

c.5.paulo post princ. tom.2.

Concl.m.

Q.præc. art.2. Concl.m.

turali discordet, iam non erit A lex, sed legis corruptio.*

Sed sciẽdũ ẽ, ꝙ à lege naturali dupliciter põt aliqd deriuari. Vno mõ, sicut conclusiones ex principijs: alio mõ, sicut determinationes qdã aliquorũ cõiũ. Primus qdẽ modus similis ẽ ei, quo in sciẽtijs ex principijs cõcl'ones demõstratiuæ pducunt. Secũdo uero mõ sicut est, qđ i artib. formæ cões determinantur ad aliquid speciale: sicut artifex B formã cõem domus necesse est ꝙ determinet ad hãc, uel illam domus figuram. Deriuant ergo qdã à principijs cõibus legis naturæ per modũ conclusionum: sicut hoc qđ est nõ esse occidendum, ut conclusio qdã, deriuari pt ab eo, qđ est, nulli esse faciendum malum. Quædam uero per modum determinationis, sicut lex naturæ habet, quòd ille, qui peccat, puniatur: sed quòd tali C pœna, uel tali puniat, hoc est qdam determinatio legis naturæ. Vtraq; igitur inueniuntur in lege humana posita: sed ea, quę sunt primi modi, cõtinentur in lege humana, nõ tanquam sint solũ lege posita, sed hẽnt ẽt aliquid vigoris ex lege naturali: sed ea, q̃ sunt secundi modi, ex sola lege humana vigorẽ hẽnt.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ Philosophus loquitur de illis, q D sunt lege posita per determinationẽ, uel specificationẽ quandam præceptorũ legis naturæ.

Ad 2m dicẽdũ, ꝙ ratio illa pcedit de his, q̃ deriuantur à lege naturæ tanquam conclusiones.

Ad 3m dicẽdum ꝙ principia cõia legis naturæ non eodẽ mõ applicari põt oibus pp multam uarietatem rerum humanarum: & ex hoc prouenit diuersitas le E gis positiuæ apud diuersos.

Ad 4m dicedũ, ꝙ uerbũ illud Iurisperiti intelligendum est in his, q̃ introducta sunt à maioribus circa particulares determinationes legis naturalis, ad quas qdẽ determinationes se hẽt expertorũ, & prudentũ iudiciũ, sicut ad qdã principia, in quantũ s. statim uidẽt qd cõgruentius sit particulariter determinãdũ. vñ Phil. dicit in 6. Ethic.* ꝙ in talibus oportet attendere expertorum, & seniorũ, uel prudentum in demõstrabilib. enuntiationibus, & opinionibus nõ minus, quàm demonstrationibus.

Articvlvs III.

Vtrum Isidorus conuenienter qualitatem legis positiuæ describat. *

Medina ar. 3.

Ad tertivm sic pcedit. Vr ꝙ Isid.* incõuenienter qualitatẽ legis positiuæ describat, dicẽs. Erit lex honesta, iusta, possibilis sm naturã, sm cõsuetudinem patriæ, loco tpique conueniens, necessaria, utilis, manifesta quoq;, ne aliqd p obscuritatem in captione cõtineat, nullo priuato cõmodo, sed p cõi utilitate ciuiũ scripta. Supra.n. in trib. conditionib.m qualitatẽ legis explicauerat dicẽs. Lex erit oẽ, qđ rõne cõstiterit dũtaxat, qđ religioni cõgruat, qđ disciplinæ cõueniat, qđ saluti proficiat. ergo superflue postmodum conditiones legis multiplicat.

¶ 2 Præt.h Iustitia est pars honestatis, ut Tullius dicit in 1. de offi.* ergo postquàm dixerat honesta, superflue additur iusta.

¶ 3 Præt. Lex scripta sm Isid. † contra b cõsuetudinẽ diuiditur. non ergo debuit in diffinitione legis poni, ꝙ esset secundum consuetudinem patriæ.

¶ 4 Præt. Necessariũ dupliciter dr, s. id, qđ est necessariũ simpliciter, qđ impossibile est aliter se hẽre, & hmõi necessariũ ñ subiacet humano iudicio; vñ talis necessitas ad legẽ humanã nõ ptinet. Est ẽt aliqd necessariũ pp finẽ: & talis necessitas b idem est qđ utilitas. ergo superflue vtrunque ponitur, necessaria, & vtilis

Sed contra est auctoritas ipsius Isidori.*

Resp. dicendũ, ꝙ uniuscuiusque rei q̃ est pp finẽ, necesse est ꝙ forma determinet sm pportionem ad finẽ: sicut forma serræ talis ẽ, qualis cõuenit sectioni, ut patet in 2. Phy.* Quælibet ẽt res recta, & mensurata oportet ꝙ hẽat formam proportionatam suæ regulæ, & mensuræ. Lex aũt humana utrunque hẽt: quia, & est aliquid ordinatum ad finem, & est quædam regula, uel mensura regulata, uel mensurata quadã superiori mẽsura:

tionis, ut in litera dicitur, ut patet facile inductione. Ex hoc enim iure naturæ, ꝙ mali sunt puniendi, deriuatur determinando punitionem ad talem punitionẽ, & malos ad tales malos, quòd fures sunt suspendendi. Similiter ex hoc iure naturæ, quòd abstinendũ est propter contemplationem &cæt. deriuatur determinando abstinentiam ad priuationẽ usus carnium &cæt. quòd ieiunandum est. Et similiter ex hoc naturæ iure, quòd Dei cultui tempus aliquod impendendum est, deriuatur determinatio temporis, & cultus, quòd die Dominica audiatur Missa, & sic de alijs. Et si hic coniungis, quòd huiusmodi determinatio nõ cõdat vim legis, nisi fiat ad commune bonum ab habente curã multitudinis ratiocinante, & eligẽte magis hoc, q illud sub illo cõmuni, uidebis & ꝙ per modum artis, scilicet per rationem, & prohæresim hæc determinatio fit: & ꝙ hac determinatione non solũ materia legis pure positiuæ, ut deriuatur a iure naturæ, ut speciale à cõmuni: sed etiam ipsa uis legis positiuæ, ut determinatio quædã iuris naturæ proficiscitur eodem modo, ut merito in litera non dicatur, quòd ius positiuũ quo ad materiã, aut quo ad uim deriuatur à naturali, sed absolute, ut complecteretur vtrũque. Ex illis enim communibus conceptionibus habentibus uim legis à natura determinando per electionẽ authoritatem habentis, ueniunt propositiones minus cõmunes habentes uim legis ab ipsa determinatione artis gubernatiuæ, q̃ à naturali lege proficiscitur. Si autem actus præceptos, uel prohibitos à pure positiua lege intuitus fueris, uidebis ꝙ dũ conditur lex punitiua, determinatur ius naturale ad positiuum, ut forma ad materiam

Ex hoc.n. ꝙ abstinentia à carnibus, & lacticinijs, &c. iure ponitur esse ieiunium, supponit uirtuti temperantiæ talis actus, & uitio intemperantiæ contrarius actus: & sic determinatur forma uirtutis temperantiæ ad talẽ materiam. Et si huic iunxeris, ꝙ formale in uirtute est de iure naturæ, ut in qõne præcedente habitum est, clarum erit, ꝙ iuxta istam determinationẽ ius positiuum determinat naturale, ut formam ad materiã. Et scito, quòd hæc tria, q̃ diximus, licet sic ordinata uideantur, ꝙ prius natura est determinatio materiæ specialis sub communi, deinde applicatio formæ, uel uitij ad materiã, tertio est ius legis: nã prius est constituere hos actus esse virtuosos, uel uitiosos, quã præcipere, uel prohibere illos. Si diligenter tamen considerata fuerit differentia inter intellectum practicum, & speculatiuum, & inter mala ex se, & quia prohibita, apparebit quod secundo loco est ius legis, quæ præcipiendo constituit bona, & phibendo mala: & sic tertio loco fit applicatio uirtutis ad materiam. Et quoniam commune formaliter respectu specialis est, & in ipsa determinatione communis ad speciale gubernatoris arte authoritatiue facta, applicatio formæ uirtutis ad materiam consistit, cõsequens est ꝙ dum author ius positiuũ à naturali originari dicit per modum determinationis, quo ars formam communem ad specialem determinat, nihil dictorum prætermisit: sed dicta omnia sub illo determinationis modo conclusit, quo & speciale formali quodam fluxu à communiori, ut materiale à formali deriuatur. ¶ Ad obiecta autẽ dr, ꝙ aliud est loqui de communi, & aliud de eodem uniuersaliter distributo. nam in primo sophisma consequentis ad mi-

nus

Porrecta per totum.

Li. 5. Eth. c. 3. & 11.

Li. 1. in c. cuinis titulus ẽ de 4. uirtutibus.

† li. 2. c. 10 & li. 5. c. 3

Concl. m. Loco in arg. 1. oino to.

Tex. 87. to. 2.

Ge. 11. ad fin. to. 5.

nus cōe determinate descendendo cōmittitur, in secundo nō.
Art. pce. & q. 91. ar. 2. 3. & 4. & q. 93 ar. 3. lex aūt naturæ relata ad ius positiuum nō cōis uniuersaliter distributi, sed rōnis indefinitæ rōnem hēt.
† in Dig. ueteri li. 1. or. 3. lege 2. & 24 v. g. Non est lex naturę, q̄ malus puniatur ol pœna, sed q̄ puniatur indefinite. Et ex hoc cessat secūda obiectio. Meminit aūt artificialiū: quia determinatio ista p rationem, & electionē fit, dum arte gubernatiua fit, sicut & alia artificialia.

¶ In eodem secundo articulo nota, qd̄ qd est iuris pure positiui ex 5. Ethic. s. quod à principio nihil differt, ut ex eo sciar discernere qn̄ aliqd est solum de iure positiuo, & qn̄ de iure naturæ, uel gentium.

SVP. QV. XCV. ART. IIII.

IN articulo quarto eiusdem q. omisso 3. dubium est circa illa uerba, Est & aliqd regimen ex istis cum mistum, qd̄ est optimum: quia hoc aduersatur doctrinę authoris in plurib. locis, ut patet in prima parte q. 103. art. 3 & in 4. contra Gen. cap. 76. ubi tenet, q̄ optimum regimen est regimen unius, & probat, ut patet ibidem: ¶ Ad hoc multipliciter rñdetur: primo, q̄ regimen vnius ē optimum respectu aliorum regiminum simplicium, non autem commistorum, & iō nulla est cōtrarietas: secundo q̄ regimen unius est optimū secundum speciem regiminis. Regimen autem commistum est
Q. 90. ar. 2. optimum scdm̄ partium dispositionem, ut inferius in q. 105. artic. 1. explicatur, dū
Porrecta per totum. Li. 3. ca. 4. ista illa ibi explanat, dicendo, q̄ regimen compositum ex regimine unius pp uirtutem, & oppositionem multorum sub ipso principātium pp virtutē, p electionem populi est optimū, vtpote mistū ex regno, aristocratia, & democratia.
Li 5. ca. 6. in fine. Li. 5. 4. in princ. ¶ Tertio rndē q̄ quia cōparatio est inter distincta scdm̄ id, in quo distinguuntur: propterea cū unū, & idē clauditur in utroq; cōparatorum, ne cōparetur idem ad seipsum, comparatio intelligitur scdm̄ adiuncta, ac per hoc cū regimen unius, & regimen commistum ex regimine unius, & plebis comparantur: ex vna parte sumitur regimen unius, & ex alia regimen mistū, non quatenus includit regimen unius, & addit aliam bonitatem, sed scdm̄ bonitates adiunctas. & dr̄ q̄ regimen unius est optimum, ut in pluribus locis à Philosopho, & D. Tho. hēt. Cū hoc tn̄ stat, q̄ loquendo de regimine pure humano, consideratis oībus, q̄ sunt in misto, regimē mistum est optimū, ut hic & inferius loco allegato hr̄. Verū quia in primo sensu comparatio formaliter. & simpliciter capitur, in secūdo autem comparatur unum, & idem scdm̄ se ad seipsum cum adiunctis bonitatib. cōparatio non est multum artificiosa: iō primus sermo, s. q̄ regimen unius est optimū amplectendus est simpliciter. Secundus aūt,
In Dig. nouo li. 10. ti 8. et seq. et li. 9. tit. 5. Et i Cod. li. 9 ti. 49. s. q̄ regimen cōmistum est optimū, pie exponendus, & non extendēdus est, ne sit cā erroris. & hanc tertiam responsionem sequere uir docte.
†Loco in arg. 1. citat.

que quidem est duplex, s. diuina lex, & lex naturę, ut ex supradictis patet.* Finis aūt humanę legis ē vtilitas hoīum, sicut ēt Iurisperitus dicit.† Et iō Isido. in cōditione legis, primo quidem tria posuit, s. q̄ religioni congruat, in quantum. s. est proportionata legi diuinę: q̄ disciplinę conueniat, in quantum est proportionata legi naturę: q̄ saluti proficiat, in quantum est proportionata utilitati humanę, & ad hęc tria oēs aliæ condōnes, quas postea ponit, reducuntur. Nam q̄ dr̄, honesta, refertur ad hoc, q̄ religioni congruat. Qd̄ aūt subditur, Iusta, possibilis, secundum naturam, sm̄ consuetudinem patrię, loco, tpique conueniens, additur ad hoc, q̄ conueniat disciplinę attenditur. n. humana disciplina primum quidem quātum ad ordinem rōnis, qui importatur in hoc, qd̄ dr̄ iusta: secundo quantum ad facultatem agētium. dēt. n. esse disciplina cōueniens unicuique sm̄ suam possibilitatem, obseruata ēt possibilitate naturę. Non. n. eadem sunt imponenda pueris, quę imponūtur viris perfectis. Et sm̄ humanam consuetudinē non. n. pōt homo solus in societate uiuere, aliorū morē nō gerens. Tertio quantū ad debitas circunstātias dicit, Loco, tpiq; cōueniens, qd̄ uero subdit, Necessaria, vtilis &c. referē ad hoc q̄ expediat saluti, ut necessitas referat ad remotionē malorū; vtilitas ad cōsecutionē bonorū manifestatio uero ad cauēdum nocumētū, qd̄ ex ipsa lege posset ꝓuenire. Et q̄a, sicut supradictū est, * lex ordinatur ad bonū cōe, hoc ipsum in ultima parte determinationis ostenditur. Et per hoc patet rńsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Isido. conuenienter ponat diuisionem humanarum legum.

AD QVARTVM sic ꝓcedit. Vr̄ q̄ incōuenienter Isido.* diuisionē legū humanarū ponat, siue iuris humani. Sub hoc. n. iure cōprehendit ius gentiū, qd̄ iō sic noīatur, ut ipse dicit,† q̄a eo oēs h ferē gentes vtunt: sed sicut ipse dicit,* ius naturale ē, qd̄ est cōe oium nationum er-
F go ius gentium non continetur sub iure positiuo humano, sed magis sub iure naturali.

¶ 2 Prǽt. Ea, q̄ habent eandem uim, h non vñr formaliter differre, sed solum materialiter: sed leges, plebiscita, senatusconsulta & alia hmōi, quæ ponit oīa habent eandem uim. ergo vr̄, q̄ non differant nisi materialiter: sed talis distinctio in arte non est curanda, cum possit esse
G in infinitum. ergo inconuenienter huiusmodi diuisio humanarum legum introducitur.

¶ 3 Prǽt. Sicut h in ciuitate sunt principes, sacerdotes, & milites ita h ēt sunt, & alia hominum officia. ergo vr̄, q̄ sicut ponitur quoddā ius militare, & ius publicum, qd̄ consistit in sacerdotib. & magistratibus: ita etiam debeant poni alia iura, ad alia officia ciuitatis pertinentia.

H ¶ 4 Prǽt. Ea, q̄ sunt per accidēs, sunt h prætermittenda: sed accidit legi, vt ab hoc, vel ab alio homine feratur. ergo incōuenienter ponitur diuisio legū humanarum ex nominib. legislatorū, ut scilicet quadam dicatur Cornelia, quædam Falcidia &c.*

IN CONTRARIVM Authoritas Isidori sufficiat.†

RESP. Dicēdū, q̄ unumquodque pōt per se diuidi sm̄ id, qd̄
I in eius rōne continetur: sicut in rōne animalis continetur anima, quæ est rationalis, uel irrationalis. & ideo animal proprie, & per se diuiditur secundum rationale, & irrationale, non autem secundum album, & nigrum, quæ sunt omnino præter rationem eius. Sunt autem multa de rōne legis humanæ, secundum quorum quodlibet lex humana proprie, & per se diuidi potest. Est enim primo de ratione legis humanæ, quòd sit deriuata a lege naturæ, ut ex dictis pa-
K tet: * & secundum hoc m diuiditur ius positiuum in ius gentium, & ius ciuile, * secundum duos modos, quibus aliquid deriuatur à lege naturæ, ut supra dictum est. * Nam ad ius gentium pertinent ea, quæ deriuantur ex lege naturæ, sicut conclusiones ex principijs, ut iustæ emptiones, uenditiones, & alia huiusmodi, sine quibus homines ad inuicem conuiuere non possunt, quod est de lege naturæ: quia homo est naturaliter animal sociale, ut probatur in primo Politicæ. * Quæ uero deriuantur à lege naturę per modum particularis determinationis, pertinent ad ius ciuile, secundum qd̄ quælibet ciuitas aliquid sibi accommode determinat.

* ar. 2. huius quęst.
Ar. 2. huius quęst.
Ca. 2. to. 5.

Secundo

Secundo est de rõne legis humanæ, ꝙ ordinet ad A bonum cõe ciuitatis. Et ẽm hoc, lex humana diuidi pt ẽm diuersitatem eorũ, qui specialiter dant operã ad bonũ cõe: sicut sacerdotes pro populo Deum orantes, principes populũ gubernantes, & milites

Con. pars. pro salute populi pugnãtes: & iõ istis hominibus specialia quædam iura aptantur. Tertiò est de rõne legis humanæ, ut instituatur à gubernante communitatem ciuitatis, sicut supra dictum est.

Q. 90. ar. 2 Et ẽm hoc distinguunt leges humanæ ẽm diuersa regimina ciuitatũ, quorũ unũ, ẽm Philosophum in

4. 10. to. 5. tertio Politicæ, est regnũ, qñ s. ciuitas gubernat ab

Con. pars. uno: & ẽm hoc accipiuntur constitutiones princi B pũ. Aliud uero regimẽ est aristocratia, id est, principatus optimorũ, uel optimatũ, & ẽm hoc sumun

Con. pars. tur responsa prudẽtũ, & ẽt senatusconsulta. Aliud regimen est oligarchia, i. principatus paucorũ diuitũ, & potentũ: & ẽm hoc sumitur ius prætoriũ, qđ

Con. pars. ẽt honorariũ dr. Aliud ãt regimẽ est populi, ꝙ no

Con. pars. minatur democratia: & ẽm hoc sumũtur plebiscita. Aliud autẽ est tyrannicum, quod est omnino corruptũ, unde ex hoc non sumitur aliqua lex. Est ẽt aliquod regimẽ ex istis cõmistum, quod est opti

Con. pars. mum: & ẽm hoc sumitur lex, quam maiores natu simul cum plebibus sanxerunt, ut Isidorus dicit. C

Li. 2. c. 10. in princi. ¶ Quarto uero de ratione legis hu nanę est, ꝙ sit directiua humanorũ actuũ: & ẽm hoc ẽm diuersa de q̃bus leges ferunt, distinguuntur leges, q̃ interdũ ab actoribus noiantur: sicut distinguit lex Iulia de adulteriis, lex Cornelia de sicariis, & sic de aliis, nõ propter actores, sed propter res, de quibus sunt.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ ius gẽtium est quidẽ aliquo modo naturale homini, secundum quod est rationalis, inquãtum deriuatur à lege naturali p modũ conclusionis, quæ non est multum remota à principiis, unde de facili in huiusmodi, homines consenserunt. distinguitur tñ a lege naturali, D maxime ab eo, quod est oibus animalibus cõe.

¶ Ad alia patet responsio ex his, quæ dicta sunt.

SVPER QVE. XCVI. ART. I.

Medina ar. 1.

IN articulis 1. & secundo. 96. q. hoc notandum occurrit. primo, quod cum in secundo articulo cõcludatur negatiua de prohibitione omniũ uitiorum, intelligitur de omnibus uitiis secundum totam suam latitudinem, id est, omnes eorum actus, & non de omnibus uitiis, id est, habitibus uitiosis, ut patet ex responsione ad primum in articulo tertio, ubi dicitur, ꝙ prohibentur omnia uitia, sed non secundum omnes actus eorum.

QVAESTIO XCVI.

De potestate legis humanę, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de potestate legis humanæ.

Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum humana lex debeat poni in communi. E

¶ Secundo, Vtrum lex humana debeat omnia uitia cohibere.

¶ Tertium, Vtrum omnium uirtutum actus habeat ordinare.

¶ Quarto, Vtrũ imponat homini necessitatem, quantum ad forum conscientiæ.

¶ Quinto, Vtrum omnes homines legi humanæ subdantur.

¶ Sexto, Vtrũ his q̃ sunt sub lege liceat agere pter uerba legis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum lex humana debeat poni in communi magis, quàm in particulari.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ lex humana non debeat poni in cõi, sed magis in particulari. Dicit enim Philosophus in 5. Et hic. ꝙ legalia sunt, q̃cũq; in singularibus legẽ ponunt, & ẽt sententialia, q̃ sunt ẽt singularia: quia de singularibus actibus sententię feruntur. ergo lex non solum ponitur in cõi, sed etiam in singulari — 5. 8 Periodo per totum. Inf. q. 98. ar. 6. ad. 2 Et 2. 2. q. 6 147. a. 3. & 4. cor. c. 7. to. 5.

¶ 2 Pręt. Lex est directiua humanorum actuum, ut supra dictum est: sed humani actus in singularib consistunt. ergo lex humana non debet in uniuersali ferri, sed magis in singulari. — Q. 90. ar. 1

¶ 3 Pręt. Lex ẽ regula, & mẽsura humanorũ actuũ, ut supra dictum est: sed mensura dẽt esse certissima, ut dicitur in 10. Metaph. † cum ergo in actibus humanis non possit esse aliquod uniuersale ita certũ, quin in particularibus deficiat, uĩ ꝙ necesse sit leges non in uniuersali, sed in singularibus poni. — Q. 90. a. 1 † tex. 3. & 10 3.

SED CONTRA est, ꝙ Iurisperitus dicit, ꝙ iura cõstitui oportet i his, q̃ sępius accidũt: ex his aũt, q̃ forte uno casu accidere possunt, iura non cõstituuntur. — In digesti ueteri li. 1. titulo 3. lege. 3. 4. & 5.

RESP. Dicẽdũ, ꝙ quia unumquodq; quod est pp finem, necesse est ꝙ sit fini proportionatum, finis autem legis est bonum cõe: quia, ut Isidorus dicit in lib. Etymolog. nullo priuato cõmodo, sed pro cõi utilitate ciuium lex debet esse conscripta: unde oportet leges humanas esse proportionatas ad bonum cõe. bonum autem commune constat ex multis. & ideo oportet, quòd lex ad multa respiciat, & secundum personas, & secundum negotia, & secundum tempora. Constituitur enim communitas ciuitatis ex multis personis, & eius bonum per multiplices actiones procuratur: nec ad hoc instituitur, quòd aliquo tempore modico durẽt, sed ꝙ omni tempore perseueret per ciuium successionẽ, ut August. dicit in 2. de Ciuitate Dei. — Li. 5. c. 21 — Conclu.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus in 5. Ethic. † ponit tres species iuris legalis, quod est ius positiuum. Sunt enim quædam, quæ simpliciter in communi ponuntur, & hæc sunt leges communes: & quantum ad huiusmodi dicit, quòd legale est quod ex principio quidem nihil differt sic, uel aliter: quando autem ponitur differt, puta, quòd captiui statuto pretio redimãtur. Quædam uero sunt quæ sunt communia quantum ad aliquid, & singularia quantum ad aliquid: & huiusmodi dicuntur priuilegia, quasi leges priuatæ, quia respiciunt singulares personas, & tamen potestas eorum extẽditur ad multa negotia: & quantũ ad hoc subdit adhuc quæcunq; in singularibus legẽ ponunt. Dicũtur ẽt quędã legalia, nõ q̃a sint leges, sed propter applicationem legum communium ad aliqua particularia facta, sicut sunt sñiæ, quæ pro iure habentur: & quantum ad hoc subdit, Et sẽntentialia. — Ex li. 2. c. 21. Et i. 22 c. 6. habetur tom. 5. † ca. 7. to.

AD 2m dicendum ꝙ illud quod est directiuum, oportet esse plurium directiuũ, unde in 10. Meta. Philosophus dicit, quòd omnia quæ sunt unius generis, mensurantur aliquo uno, quod est primum in genere illo. Si. n. essent tot regulæ, uel mẽsurę, quot — Tex. 4. 13.

sunt

sunt mensurata, uel regulata cessaret utiq; utilitas regulæ, uel mẽsuræ, q̃ ẽ ut ex uno multa possint cognosci: & ita nulla eẽt utilitas legis, si nõ se extẽderet nisi ad unũ singularẽ actũ. Ad singulares. n. act⁹ dirigẽdos danṫ singularia præcepta præsidẽtiũ: sed lex est præceptũ commune, ut supra dictum est.* F

Q. 90. ar. 2 & ar. 3. ad 1.

Ad 3m. dicendũ, ꝙ non est eadẽ certitudo quærenda in omnibus, ut in 1. Ethic. *dicitur unde in rebus cõtingẽtibus, sicut sunt naturalia, & res humanæ, sufficit talis certitudo, ut aliquid sit uerum ut in pluribus, licet interdum deficiat in paucioribus.

Ca. 3. sup. prl cip. & c. 7 a med. t. 3.

ARTICVLVS II.

Vtrum ad legem humanam pertineat omnia uitia cohibere.

Medina ar. 2.

509 *Porrecta per totum.* Sup. q. 91. ar. 4. co. fi. & q. 91 a. 3. ad. 1. & inf. q. 89. art. 1. co. Et 2. 2. q. 69. art. 2. ad. 1. & q. 77. a. 1. ad 1. & q. 78. ar. 1. ad 4. Et mal. q. 3. ar. 4. ad 6. Et quo. 2. a. 10. ad 1. & 2. Et Iob. 11.

AD SECVNDVM sic proceditꝛ. Vr̃ ꝙ ad legẽ humanã ptineat oĩa uitia cohibere. Dicit. n. Isidor[a] in li. †Etymologiarũ, ꝙ leges sunt factæ, ut earum metu coerceatur[h] audacia. nõ aũt sufficienter coercentur, nisi quęlibet mala cohiberentur p legẽ. ergo lex humana debet quælibet mala cohibere.

¶ 2 Præt. Intentio legislaroris est ciues[h] facere uirtuosos: sed nõ pt̃ aliquis esse uirtuosus, nisi ab omnibus uitiis compescatur. ergo ad legem humanam pertinet omnia uitia compescere.

¶ 3 Præt. Lex humana à lege naturali[h] deriuatur, ut supra dictum est:* sed omnia uitia repugnant legi naturæ. ergo lex humana oĩa uitia debet cohibere.

†li. 1. c. 20 *q. 91. a. 1 & 3. & q. 93. ar. 3. †li. 1. ca. 5. tom. 1. Ar. præce.

SED CONTRA est, quod dr̃ in 1. de lib. ar. †Vr̃ mihi legẽ istã quæ populo regendo scribitur, recte ista pmittere, & diuinã prouidentiã uindicare: sed diuina prouidẽtia nõ uindicat nisi uitia. ergo recte lex humana pmittit aliqua uitia, non cohibendo ipsa.

RESPON. Dicendũ, ꝙ sicut iã dictũ est, *lex poniṫ ut q̃dã regula, uel mẽsura humanorũ actuũ: mẽsura aũt dẽt esse homogenea mẽsurato, ut dr̃ in 10 Metaph. *diuersa enim diuersis mẽsuranṫ. uñ oportet ꝙ ẽt leges imponantur hominibus ẜm eorũ conditionẽ: quia, ut Isidorus dicit, *lex dẽt esse possibilis & ẜm naturã, & ẜm consuetudinẽ patriæ. Ptãs autẽ siue facultas operãdi ex interiori habitu, seu dispositione procedit nõ enim idẽ est possibile ei, qui nõ hẽt habitũ uirtutis, & uirtuoso: sicut ẽt nõ est idem possibile puero, & uiro pfecto, & pp hoc non ponitur eadẽ lex pueris, quæ ponitur adultis. Multa enim pueris permittuntur, quæ in adultis lege puniuntur, uel ẽt uituperantur: & similiter multa sunt permittenda hominibus non perfectis uirtute, quę nõ essent tollerãda in hominibus uirtuosis. Lex autẽ humana ponitur multitudini hominum, in qua maior pars est hominum nõ perfectorum uirtute. Et ideo [m] lege humana non prohibenṫ omnia uitia, à quibus uirtuosi abstinẽt, sed solum grauiora, à quibus possibile est maiorem partem multitudinis abstinere, & præcipue, quæ sunt in nocumentũ aliorum, sine quorum prohibitione societas humana conseruari non posset: sicut prohibẽtur lege humana homicidia, & furta, & huiusmodi.

Tex. 3. & 4. to. 3. Li. 2. c. 21. K Concl. m.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ audacia pertinere uidetur ad inuasionẽ aliorum: unde præcipue ptinet ad illa peccata, q̃bus iniuria proximis irrogatur, quæ lege humana prohibentur, ut dictum est.*

In cor. a.

Ad 2m. dicendũ, ꝙ lex humana intendit homines inducere ad uirtutem, nõ subito, sed gradatim: & iõ nõ statim multitudini imperfectorũ imponit ea, q̃ sunt iã uirtuosorũ, ut. s. ab oib⁹ malis abstineat alioquin imperfecti hmõi præcepta ferre nõ ualẽtes, in deteriora mala prorũperent, sic dr̃ Prouerb. 30. Qui nimis emungit, elicit sanguinem. & Matt. 9. Quòd si uinũ nouum, idest præcepta perfectæ uitę, mittatur in utres ueteres, idest, in homines imp fectos, utres rumpuntur, & uinum effunditur, idest pręcepta contemnuntur, & homines ex contẽptu ad peiora mala prorumpunt.

G Ad 3m dicendũ, ꝙ lex naturalis est q̃dã participatio legis æternæ in nobis: lex ãt humana deficit à lege ęterna. Dicit enim Aug. in 1. de lib. arb.* Lex ista, q̃ regẽdis ciuitatibus ferṫ, multa cõcedit, atq; impunita relinquit, quæ p diuinã prouidẽtiã uindicantur. neq; enim quia nõ oĩa facit, ideo quæ facit, improbanda sunt: unde etiam lex humana non omnia potest prohibere, quę prohibet lex naturę.

Ca. 5. circa fin. to. 1.

ARTICVLVS III.

Vtrum lex humana præcipiat actus omnium uirtutum.

1 AD TERTIVM sic pceditur. Vr̃ ꝙ lex humana ñ p̃cipiat act⁹ oĩum uirtutũ. Actib⁹ enim uirtutũ opponunṫ act⁹ uitiosi: sed lex humana nõ prohibet[h] omnia uitia, ut dictũ est.* ergo etiam non pręcipit actus omnium uirtutũ.

Art. præc.

¶ 2 Præt. actus uirtutis à uirtute procedit: sed uirt[a] est finis legis, & ita[h] quod est ex uirtute, sub p̃cepto legis cadere non potest. ergo lex humana non pręcipit actus omnium uirtutum. 1

¶ 3 Pręt. Lex humana ordinatur ad bonum commune, ut dictum est:* sed quidam actus uirtutum non[h] ordinantur ad bonum cõmune, sed ad bonum priuatum. ergo lex non pręcipit actus omnium uirtutum.

Q. 90. ar. 2

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 5. Ethic.* quòd p̃cipit lex fortis opera facere, & quę tẽperati, & quę mansueti. Similiter aũt secundum alias uirtutes & malitias, hęc quidem iubens, hęc autem prohibens.

Ca. 1. post med. to. 5

RESPON. Dicẽdum, ꝙ species uirtutum distinguuntur secundũ obiecta, ut ex supradictis patet. *Omnia autem obiecta uirtutũ referri possunt uel ad bonũ priuatum alicuius personę, uel ad bonum commune multitudinis: sicut ea, quę sunt fortitudinis potest aliquis exequi uel propter ꝯseruationem ciuitatis, uel ad cõseruandum ius amici sui, & simi-

Q. 54. a. 2. ad 1. & a. 2.

¶ SVP. QVÆS. XCVI. ART. III.

Medina ar. 3.

510 *Porrecta per totum.* Sup. q. 91 ar. 3. ad 1 & inf. q. 6. 100. ar. 2. corp.

IN articulo tertio, principaliter occurrit dubiũ de illa propositione, Omnia autem obiecta uirtutũ referri possunt ad bonum priuatum alicuius personæ, uel ad bonum commune multitudinis. Nam obiectum supremæ uirtutis in cuius attinctione consistit felicitas, non potest referri ad bonum priuatum, aut commune, quia est superioris naturæ, ut patet in 10. Ethicorum.

¶ Ad hoc dupliciter dicitur. primo quòd author non loquitur de omnibus, sed de illis, quorum opposita sunt uitia, ut patet in toto processu artis. Virtutes autem intellectuales speculatiuæ, de quibus fit obiectio, non opponũtur uitiis, sed ignorantiæ prauę dispositionis. Sed hæc respõsio dissonat ab uniuersali simpliciter, ut in litera fit: & a calce corporis articuli, ubi dicitur, quòd a legislatore ordinantur p tinentia ad bonam disciplinam, per quã ciues informantur, ut commune bonũ iustitiæ & pacis conseruent. Constat enim non nihil ad hæc conferre disciplinam speculatiuam, licet mediate. Secundo ergo dicitur

le est in alijs. Lex aût, ut dictum A est, * ordinatur ad bonum cõe, & ideo [m] nulla uirtus est, de cuius actib. lex præcipere nõ possit: [n] non tñ de oĩbus actib. omnium uirtutũ lex humana præcipit, sed solum de illis, qui ordinabiles sunt ad bonum commune, uel immediate, [n] sicut aliqua directe propter bonum cõmune fiunt: [m] uel mediate, [n] sicut cum aliqua ordinantur à legislatore pertinentia ad bonam di- B sciplinam, per quam ciues informantur, ut cõmune bonum iustitiæ, & pacis conseruent.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ lex humana nõ prohibet omnes actus uitiosos secundũ obligationem præcepti, sicut nec præcipit omnes actus virtuosos: prohibet tamen aliquos actus singulorum vitiorũ, sicut etiam præcipit quosdam actus singularum virtutum. C

AD 2[m] dicendum, ꝙ aliquis actus dr̃ esse uirtutis dupliciter. Vno modo ex eo, ꝙ homo operatur uirtuosa: sicut actus virtutis iustitiæ est facere recta, & actus fortitudinis facere fortia: & sic lex præcipit aliquos actus virtutum. Alio modo [d] dr̃ actus uirtutis, qa aliqs operaẽ uirtuosa eo mõ quo uirtuosus operaẽ: & talis actus semper procedit à uirtute, nec [d] cadit sub præce- D pto legis: sed est finis, ad quem legislator ducere intendit.

AD 3[m] dicendũ, ꝙ non est aliqua uirtus, cuius actus non sint ordinabiles ad bonum commune, ut dictum est, * uel mediate, uel immediate.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum lex humana imponat homini necessitatem in foro conscientiæ.

Medina ar. 4.

AD QVARTVM sic proceditur. E Vr̃ ꝙ lex humana non imponat homini necessitatẽ in foro conscientiæ. [b] Inferior enim ptãs, non põt imponere legem in iudicio superioris potestatis: sed potestas humana, quæ fert legem humanam, est infra ptãtem diuinam. ergo lex humana non põt imponere legem quantum ad iudiciũ diuinum, quod est iudicium conscientiæ.

¶ 2 Præt. Iudiciũ cõscientiæ maxime depẽdet ex diuinis mãdatis: sed qñq; diuina mãdata euacuanẽ per [h] leges humanas ſm illud Matt. 15. Irritũ fecistis mãdatũ Dei pp traditiones uestras ergo lex humana non imponit homini necessitatem quantum ad conscientiam.

¶ 3 Præt. [b] Leges humanæ freqũẽter ingerũt calumniã, & iniuriã hoibus, ſm illud Isa. 10. Vę q cõdũt leges iniquas: & scribẽ- B tes, iniustitias scripserũt, ut opprimerent in iudicio pauperes, & uim facerent cãæ humilium populi mei: sed licitũ ẽ unicuiq; oppressionẽ, & uiolentiã euitare. ergo leges humanæ non imponunt necessitatem homini, quantum ad conscientiam.

SED CONTRA est, quod dr̃ 1. Pet. 2. Hæc est gratia, si propter conscientiam sustineat, quis tristitias, patiens iniuste.

RESP. dicendũ, ꝙ leges positę humanitus, uel sũt iustæ, uel iniustæ. [a] Si quidẽ iustæ sint, hñt uim obligãdi ĩ foro cõsciẽtiæ [a] a lege æterna, à qua deriuãtur, ſm illud Prouer. 8. Per me reges regnãt, & legũ cõditores iusta decernũt. Dñr aũt leges [d] iustæ, & ex fine, qñ.s. ordinanẽ ad bonũ cõe, & ex actore, qñ.s. lex lata nõ excedit ptãtem ferẽtis: & ex forma, qñ.s. ſm æqualitatem D proportionis imponunẽ subditis onera in ordine ad bonum cõe. Cum.n. vnus homo sit pars multitudinis, qlibet homo hoc ipsum quod est, & quod hẽt, est multitudinis: sicut & quælibet pars id, quod est, est totius. unde & natura aliquod detrimentum infert parti, vt saluet totũ. Et ſm hoc leges hmõi onera pportionabiliter inferentes, iustæ sunt, & obligãt in foro con- E sciẽtię, & sũt leges legales. Iniustę aũt sũt leges dupliciter. Vno mõ per ɔrietatem ad bonũ humanum econtrario pdictis. Vel ex fine, sicut cum aliquis præsidẽs leges imponit onerosas sub ditis, non pertinentes ad utilitatem cõem, sed magis ad propriam cupiditatem, uel gloriam. Vel etiam ex actore, sicut cum aliquis legem fert ultra sibi cõmissam potestatem. Vel ẽt ex forma, puta, cũ inæqualiter

Q. 90. c. 2. — tur ꝙ obiecta virtutũ pñt dupliciter sumi, Cõclusionis pars. primo ſcdm se: & sic falsum ẽ, ꝙ pñt recte referri in bonum priuatum, aut publicũ. Secundo, ſcdm act⁹, quib. homo attingit Cõclusionis pars. illa. & sic nihil prohibet oĩum uirtutũ obiecta ad priuatũ, uel publicũ bonũ recte referri posse. Nam licet Deus gloriosus non Cõclusionis pars. sit referibilis recte in meũ, uel cuiusq; creaturæ bonũ: actus tñ quib. contemplamur illum ĩ nostrum bonum, recte referũtur & ſcdm se, & ſcdm utilitates cõsequẽtes. Et hoc sufficit pſenti intentioni ad concludendũ, ꝙ lex humana de actib. oĩum virtutũ intellectualium & moraliũ disponere põt, & disponit de speculatiua sapiẽtia, dũ hoĩes aliquos illi uacare iubet, ut sapiẽtes facti, ẽt ad minora iudicanda potentiores sint &c.

SVPER Q. XCVI. ART. IIII.

IN articulo quarto eiusdem q. aduerte diligenter, ut sciat applicare conditiones legis iustæ, vel iniustæ, ad particulares leges: quia inde D. 1045. multos casus cõscientiæ in gabellis, & grauaminib. & hmõi publicis clarificabit: pręsertim ex fine, et ęqualitate proportionali, D. 1047. quã tenetur saluare iustitia distributiua. ¶ In eodem articulo quarto dubium occurrit, an lex humana ita obliget, in foro conscientiæ, ꝙ homo teneatur mori p In cor. ar. eius obseruatione. Et est occasio dubitandi, quia quidam dñt, ꝙ ius positiuum nõ hẽt hanc ptãtem, nisi in cã fidei, uel tuendæ reipublicæ, propterea inquiunt, ꝙ li- 511 Porrecta per totum. 2. 2. q. 64. ar. 5. ad 1. cite pp euitandam mortẽ, celebrare quis potest coram excõicatus notatum &c. & omnia positiua iura non seruare.

¶ Sed hanc opinionẽ esse erroneam multipliciter mõstratur. Primo ex ratione tacta in litera, s. quia quilibet homo non solum ſcdm id, quod hẽt, sed hoc ipsũ qđ est, multitudinis est, sicut quælibet pars id, qđ est, totius est. Ex hoc nãque sequitur, ꝙ lex humana, q̃ sicut quęlibet alia lex ad cõe bonum respicit, potestatem habet supra id, qđ est quilibet homo, ac p hoc super uitã ipsius: ac per hoc põt disponere, & ordinare de expositione uitæ cuiusque p cõi bono, pro quo fit oĩs lex, ut in q̃õnis nonagesimę articulo secundo dictũ est. Amplius, lex humana est pręceptiua, & obligatiua ad peccatũ mortale, ut manifeste patet, cũ præcipitur aliquid sub pœna excõicationis latæ sententiæ, uel sub pœna capitis. ergo est constitutiua alicuius actus in hoc, quòd sit peccatum mortale. ergo est obligatiua ad euitandum magis actum illum, q̃ mortẽ corporalẽ: quia mors animæ fugienda est magis q̃ mors corporis. Perinde est ergo dicere, ꝙ lex humana Concl. m non potest obligare hominem ad mortẽ pro sui obseruatione & dicere, ꝙ lex humana non potest constituere aliquẽ actum D. 797. in hoc, ꝙ sit peccatũ mortale, imò in hoc, ꝙ sit peccatum: quia ẽt pro uitando ueniali tenetur homo mori. Et confirmatur, qa homo tenetur poti⁹ mori, quàm contrahere matrimonium sine dispẽsatione cũ sorore consobrina: & tñ hoc solo positiuo iure est prohibitum. Similiter sacerdos tenetur mori potius, quàm Missam celebrare absque calice, corporali, altari, & lumine, uestibus sacerdotalibus, & alijs requisitis ex iure humano. Accedit ad hæc Ca. Sacris, de his, quæ vi metusve causa fiunt: ubi in materia iuris positiui, s. de incursu excõicationis pp participationẽ cum excõicato, Innocentius tertius dicit, ꝙ metus nõ excusat ab excõicatione quia poti⁹ dẽr mori quàm peccare mortaliter. Vnde totum oppositum illius opinionis est uerum. Ille nanque putat, ꝙ regulariter lex positiua nõ obligat ad mortẽ pro

sui

ſui obſeruatione quantumcunque præcipiat: in caſu autem, ſcilicet pro fide, uel patria, ſic.

¶Nos aūt ſcdm ueritatem dicimus, q uniuerſaliter lex præceptiua obligat ad mortem pro ſui obſeruatione: in caſu aūt non ex benignitate legum, ut forte accidit in lege de uitandis excōicatis, de qua quia non eſt ad propoſitū niſi exēplariter, nihil dico, niſi q dicentes, q nō licet ex metu cadētē incōſtantē virum celebrare corā excōicatis, quia lex humana non obligat ad mortem pro ſui obſeruātia errāt: & niſi aliunde huic metui ſubueniant, falſa eſt doctrina excuſās participationem ex metu, ſicut de alijs dictū eſt. Et aduerte hic diligentiſſime, q quia lex poſitiua pcipiendo, ſeu ſtatuendo, facit de actib. indifferētib. uirtuoſos, uel uitioſos, dū ſub al qua uirtute, aut uitio actum determinat ſorte. præcipiendo. n. abſtinentiam ponit actum illum ſub tēperantia: præcipiendo ſolutionem gabellæ, ponit actum illū ſub iuſtitia: præcipiendo cultum diuinum, ponit ſub religione, & ſic de alijs. Et propterea ſicut in foro conſcientię tenetur quis ad actus uirtutum, & ad cuitādos actus uitiorū, nec excuſatur metu, &c. ita non excuſatur ab iniuſtitia, à ſacrilegio, &c. qui determinata ſic à lege contemnit, aut incurrit &c.

Lib.1.cap.5.paruū à prin. t. 1. Cōcluſionis pars.

Cōcluſionis pars.

SVPER QV. XCVI. ART. V.

Medina ar.5.

IN art. 5. eiuſdē q. 96. nota, q cū in lra dr, q iuſti nō ſubſunt legi, ut coactiuę, poteſt dupliciter intelligi. Primo, q lex non habet uim coactiuam ſuper iuſtos. Et hic ſenſus eſt falſus: quia ſuper omnes ſubditos tam lex diuina, quàm promulgata habet poteſtatem coactiuam: quàmuis in iuſtos nō exerceat coactionem, quia non oportet. Secundo, q iuſtus ex parte ſua non ſubijcitur legi, ut coactus: & hic ſenſus, eſt uerus, & intentus, quia iuſtus uoluntarie legi ſubijcitur.

¶In eodem 5. art. in rñſione ad tertiū, dubiū occurrit, qūo ſtant hæc duo ſimul, q princeps obliget quoad Deum, ita q peccat non ſeruando legē, & q lex non hēt uim coactiuam ſuper eum. Si. n. peccat humanā legē tranſgrediendo, obligatus eſt legi proculdubio obliganti eū, ac p hoc uim coactiuā in eum habenti, quàmuis nō exercent. & ſi eū non pōt cogere, lex eū nō obligat: & ſi nō obligat lex principē, princeps nō obligat: & ſi nō obligat non peccat nō ſeruādo eā. Et confirmat declarando: quia quantumcunq; ſapiens aliquis, ut Plato, uel Ariſt. leges excogitet optimas pro bono cōi, & diuulgentur, quia non hēnt uim coactiuam, ſed oſtenſiuam tm̄, conſtat q nō obligant principem, aut alios. ergo lex à principe condita licet oſtenſiuā u.m hēat, quò

F debeat ipſe ſe hēre, nō tñ obligat eum, quia coactiuam uim ſuper eum non hēt. Et augetur dubium ex rōne in lra aſſignata de ui coactiua legis, arguendo ſic. Lex non hēt uim directiuam. niſi ex principis p.āte ergo ſcdm uim directiuam non obligat principem. Aſſumptum patet: quia lex ſola ptāte principis, lex non eſt lex, niſi æquiuoce, ut leges Platonis, q monſtrant tm̄. Cōſequētia eſt nota, quia nullus à ppria ptāte obligatur, ſicut nec cogitur, ut in lra dr. Et confirmatur. quia aſſerenda eſt cā obligatiua principis ad obſeruantiam ſuę legis Deus immediate nō eſt, quia nullū eſt ibi opus Dei immediate, ut patet. Cōmunitas multitudinis nō eſt, quia ſubiecta ē principi, ut ſupponit de tali. n. principe eſt ſermo, uel ſaltem de lege propria principis, q non ſit à multitudine. Voluntas propria nō pacto, non voto, non iuſo, & breuiter non contractu, aut uinculo quocunque interueniēte eſt. ergo &c. Cōfirmat hoc, quia non eſt minus libera ſe uolūtas principis ex hoc, q præcepit ſubditis, quàm ſi nō præcepiſſet eiſdem. Sed lex nihil aliud eſt q̄ pceptū ad ſubditos: quia eſt effectus ptātis gubernatiuæ, quę eſt principiū dirigendi aliud in quātum aliud, ut patet 5 quinto & nono Metaphyſicorum. ergo.

511. Porrecta per totum.

19. q. 2. c. duæ ſunt à med. illius,

In dig. ueteri lib. 1. tit. 3. lege 30.

¶Ad hoc dubium tāto difficilius, quanto lra ſola authoritate doctrinam dedit hæc dicitur, q cum princeps non ſubijciatur legi, niſi quoad Deū, quod idem eſt quòd ſubijci legi in foro cōſcientiæ, ea eodē hēt vim lex obligādi principem, unde habet uim obligandi in foro conſcientiæ. Vt autem in articulo quarto dictum eſt, lex hēt uim obligatiuam in foro cōſcientiæ ab æterna lege, à qua deriuatur. oportet igitur ut lex hēat vim obligatiuā principis ab æterna lege. Et quēadmodū lex humana non deriuat ab æterna immediate, ſed mediante lege naturæ: ita hēt mediante illa uim obligatiuam in foro conſcientiæ. Eſt nanq; de iure naturæ, ut q ubi nō vis fieri, alteri ne feceris: & cōſequenter, ut iure qd tibi non vis, alteri nō ſtatuas: ac per hoc cum quis alteri legē ponit, & non ſibi, naturæ iure violat. ſicut etiam ſubditus inobediens principis legi, naturæ ius, dictans quod iuſtis ad commune bonum ab habente poteſtatem ſtatutis parendum eſt, uiolat, ab æterna lege uim humanæ legi tribuens. Et hanc rationem quoad primam eius partē author in litera ſub authoritate canonis induxit: ex hac autem radice, quòd ſcilicet lex humana eſt obligatiua in foro conſcientiæ, & principis, & ſubditorum ea lege æterna medio iure naturæ proueniens, quòd cum in lege ſint duæ uites, ſcilicet directiua, & coactiua, & inter eas ſit habita ſuperius ex artic. 2.

Q. 90. ar. 1

gua-

onera multitudini diſpēſantur, ēt ſi ordinentur ad bonum cōe. Et hmōi magis ſunt violentiæ, quàm leges: quia ſicut Augu. dicit in lib. de lib. arb. lex eſſe nō vī, quæ iuſta non fuerit: vnde [m] tales leges non obligant in foro conſcientiæ, niſi forte propter vitandum ſcandalum, uel turbationem, propter quod etiam homo iuri ſuo debet cedere, ſm illud Matth. 5. Qui angariauerit te mille paſſus, vade cū eo alia duo: & qui abſtulerit tibi tunicam, da ei, & pallium.

¶Alio modo leges pñt eſſe iniuſtæ per contrarietatem ad bonum diuinum, ſicut leges tyrannorum inducentes ad idololatriam, uel ad quodcūque aliud, H quod ſit contra legem diuinam & [m] tâles leges nullo modo licet obſeruare: [n] quia ſicut dicit Act. 4. Obedire oportet Deo magis quàm hominibus.

AD PRIMVM ergo dicendum, q ſicut Apoſtolus dicit ad Romanos 13. Omnis poteſtas humana à Deo eſt: & ideo qui poteſtati reſiſtit in his, quæ ad poteſtatis ordinem pertinent, Dei ordinationi reſiſtit: & ſecundum hoc efficitur reus quàtum ad conſcientiam.

AD 2[m] dicendum, q ratio illa procedit de legibus humanis, quæ ordinantur contra Dei mandatum, & ad hoc ordo poteſtatis non ſe extendit: unde in talib. legi humanæ non eſt parendum.

AD 3[m] dicēdum, q ratio illa procedit de lege, q infert grauamen iniuſtum ſubditis, ad qđ ēt ordo ptātis diuinitus conceſſus non ſe extendit. vnde nec in talibus homo obligat, ut obediat legi, ſi ſine ſcandalo, uel maiori detrimento reſiſtere poſſit.

ARTICVLVS V.

Vtrum omnes ſubijciantur legi.

G AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur q non omnes legi ſubijciantur. Illi enim ſoli ſubijciuntur legi, quibus lex ponitur ſed Apoſtolus dicit 1. ad Timot. 1. quòd iuſto non eſt [h] lex poſita ergo iuſti non ſubijciuntur legi humanæ.

¶2 Præt. Vrbanus papa dicit, & habetur ī Decretis 19. quæſt. 2. Qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit ut publica [h] conſtringatur: lege autem priuata H Spiritus ſancti ducūtur omnes viri ſpirituales, qui ſūt filij Dei, ſecundum illud Rom. 8. Qui ſpiritu Dei agūtur, hi filij Dei ſunt. ergo non omnes homines legi humanæ ſubijciuntur.

¶3 Præt. Iuriſperitus dicit, q princeps [h] legibus ſolutus eſt: qui autem eſt ſolutus à lege, nō ſubditur legi. ergo non omnes ſubiecti ſunt legi.

I SED CONTRA eſt, qnod Apo. dicit Rom. 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: ſed non uidetur eſſe ſubditus poteſtati, qui non ſubiicitur legi, quam fert poteſtas. ergo omnes homines debent eſſe legi ſubiecti.

RESP. Dicēdū, q ſicut ex ſupradictis patet, lex de ſui ratione duo hēt. Primo quidē, q eſt regula humanorum actuū. Se-

K

cundo, ꝙ hẽt uim coactiuã. Dupliciter ergo aliquis homo pōt esse legi subiectus. Vno modo, sicut regulatũ regulæ: & ſm hoc mō oẽs illi, qui subdunt̃ ptāti, subduntur legi, quã fert ptās. Quòd aũt aliquis ptāti nō subdatur, pt contingere dupliciter. Vno modo, quia est simpliciter absolutus ab eius subiectione. vñ illi, qui sunt de una ciuitate, uel regno, nō subduntur legib. principis alterius ciuitatis, uel regni, sicut nec eius dño. Alio modo, ſm quod regitur superiori lege, puta, si aliquis subiectus sit proconsuli, regulari debet eius mãdato, non tñ in his, quæ dispensantur ei ab imperatore: quantum.n. ad illa non astringit̃ mandato inferioris, cũ superiori mandato dirigatur. & ſm hoc contingit, ꝙ aliquis simpliciter subiectus legi ſm aliqua legi nō nō astringit̃, ſm q̃ regit̃ superiori lege. Alio uero mō dr̃ aliquis subiectus legi, sicut coactũ cogẽti: & hoc mō hoĩes uirtuosi, & iusti nō subdunt̃ legi, sed soli mali. Qđ.n. est coactũ & violentũ, est ↄ̃rium volũtati. uoluntas aũt bonorum consonat legi, à qua malorũ volũtas discordat: & ideo ſm hoc boni non sunt sub lege, sed solum mali.

Ad primvm ergo dicendũ, ꝙ rō illa ꝓcedit de subiectione, q̃ est ꝑ modũ coactionis. Sic.n. iusto nō est lex posita: q̃a ipsi sibi sunt lex, dũ ostẽdunt opus legis scriptũ in cordib. suis, sicut Apostolus ad Rom. 2. dicit. vnde in eos non habet lex uim coactiuam, sicut habet in iniustos.

Ad 2m dicẽdũ, ꝙ lex Spiritus sc̄ti est superior oĩ lege humanitus posita. & iō viri spirituales ſm hoc, ꝙ lege Spiritus sc̄ti ducunt̃, nō subduntur legi quantũ ad ea, q̃ repugnãt ductioni Spiritus sancti: sed tñ hoc ipsum est de ductu Spiritus sancti, ꝙ homines spirituales legibus humanis subdantur, secundum illud 1. Pet. 2. Subiecti estote oĩ humanæ creaturæ ꝑꝑ Deum.

quæst. 92. dĩa talis, ꝙ vis directiua respicit ipsos actus licitos, uel illicitos, aut indifferentes: coactiua aũt pœnam inductiuam ad obseruantiam legis. Prouenit, inquam, primo, ꝙ vis obligatiua humanæ legis in foro cõscientiæ ad uim directiuam legis: impositiua aũt pœnæ ad uim coactiuam legis spectat. Prouenit secundo, quod licet vtraq; vis directiua scilicet, & coactiua, super ptāte principis fundetur: quia neutra uis in suo robore est, nisi ab habente ptātem. Differunt tñ multum quoad actũ quia uis coactiua actum suum, qui est cogere ac punire inuitum, non pōt exercere nisi sola potestate principis. Nemo .n. pōt aliquem punire inuitum, nisi principis authoritate. vis aũt directiua actum suum, qui est dirigere, exercet ex æterna legis authoritate, ex quo semel ab humana ptāte lex est cõdita. Et quia frustra est potentia, quæ non est reducibilis ad actum: iō uis coactiua legis humanæ non extendit se ad eũ, respectu cuius non est reducibilis ad actum: ac per hoc nō extendit se ad principem, qui non potest à sua ptāte cogi, ut in lrā dr̃: sed ad alios: qui, etsi non puniãtur, puniri tñ pñt à principe ptāte inuiti. Vis aũt directiua eiusdem extendit se ad oẽs, principes, s. & subditos: q̃ã actus eius respectu oĩum exercetur. dirigitur enim quis à seipso & ab alio. Et rursus non est amplius in potestate principis opus ad actum directionis, ex quo condita est lex, sed authoritate æternæ legis humana lex actum directionis exercet.

¶ Ex his aũt faci le patet solutio obiectorum. Ad primum siquidem dr̃ ꝙ nulla repugnantia est dictorum: quia altera est uis obligatiua legis humanæ in foro cõsciẽntiæ, seu quoad Deum: & altera uis coactiua eiusdem, qua homo hominem puniendo iudicat. & ꝙ prima habet locum in principe, non secunda: quia hominem non habet supra se, ut in littera dicitur. Et ex hoc prouenit, ꝙ Papa nulla iuris humani pœna ligatur, quantumcunque contra leges faciat. Ad cõfirmationem, seu declarationem dr̃, ꝙ leges scriptæ à sapientibus non habentibus curam communitatis non solum carent ui coactiua, sed etiam directiua: habent enim solum uim ostensiuam, ut ex dictis patet. Ad augmentum dubij dicitur, ꝙ uis directiua legis humanæ potest sumi uel quoad substantiam, uel quoad operationem. Et secundum substantiam, non est nisi à potestate principis, sicut uis coactiua: secundum uero operationẽ, falsum est, ꝙ non est nisi à potestate principis: quoniam, ut ostensum fuit, ex quo lex cõdita est a potestate principis, uis directiua dirigitur obligando in conscientiæ foro authoritate legis æternę absque quacunq; operatione potestatis principis, quod nõ accidit in ui coactiua quoad eius operationem, ut ex dictis patet. Di secundo, ꝙ esse à sola potestate principis, licet sit ratio, ꝙ uis coactiua nõ se extendit ad principem, non tñ est ratio, ꝙ uis directiua non se extendat ad eundem: quia nemo cogitur à seipso, sed dirigitur, & obligatur à seipso. Prima responsio negat assumptum quoad actum, secunda sequelam. Ad confirmationem petentem causam obligatiuam principis ad obseruantiam propriæ legis, dicitur, quòd est causa duplex, idest, propria uoluntas, & lex æterna. Propria autem uoluntas non quæ eligit obligationem libere, uel contractu aliquo, sed quæ eligit legem promulgare. Ex hoc nanque ipso, ꝙ uoluntarie legem promulgat vult ordinationem illam habere uim legis: & quia ordinationem aliquã obtinere uim legis est sortiri ab æterna lege uim directiuã in foro conscientiæ, cui & princeps subijcitur: iõ ex propria uoluntate principis, & ex æterna lege uim obligatiuã principis in foro conscientiæ lex humana hẽt, quàmuis diuersimode, quia ab æterna lege sicut à cã, à qua est uis obligatiua hmōi: à uoluntate uero principis sicut à determinante cãm uniuersalem ad effectum specialem. sicut in naturalibus causa uniuersalis, puta, Saturnus respectu rerum fixarum, determinat ad spãlem effectum, puta, ossa, à semine talia producentis animal hẽnt ossa. Sicut.n. producere tale animal sub Saturno, est determinare ipsum ad ossa producenda in illo: ita constituere legem sub Deo, est determinare Deum ad cõmunicãdam uim obligatiuã in foro cõscientiæ legi. & sicut ossa reducũt in Saturnum, ut cãm, ita uis ista obligatiua in legẽ æternam. Et per hoc patet rñsio tam ad id, qđ dr̃, ꝙ Deus nihil hic agit immediate, non.n. oportet hoc dicere, sed sufficit qđ dictũ est, quàm ad id, qđ dr̃ de uoluntate principis. Patet.n. ꝙ ex suppositione ꝙ legẽ uoluerit, obligatus remanet, & nõ minus liber quo ad uelle, & nolle: sed quoad bene, uel male, uelle id, qđ lege positũ est. Aduertendũ tñ est hic, ꝙ sunt leges duplices, quædã de cõibus toti multitudini, q̃dã de ꝓprijs aliquorum actibus, puta, de militib. Cum dr̃ ꝙ princeps subijcitur legi, non intelligitur lege speciali, puta, militum, nisi ipse sit miles: sed intelligitur de lege cõi. Rursus cum princeps subijcitur legi, intelligitur subijci proportionaliter, ut decet principem, & non sicut alios subditos, ut ex dictis manifestum est. In calce eiusdem responsionis ad tertium, dubium & difficile occurrit, quõ stant ista simul, ꝙ princeps pōt legem tollere, mutare, & in ea dispensare: & quod ipse in foro cõsciẽntiæ subdatur legi, ut determinatum est. Si.n. pōt legem tollere, tollet eam à se, & sic faciet quod non habeat uim legis respectu sui: ac per hoc absque scrupulo conscientiæ non seruabit eam, utpote non obligatus. Et confirmatur hoc, quia non deterioris conditionis est ipse quàm aliquis subditus: sed princeps potest eximere unum subditum à lege communi, qui apud Deum non erit reus uiolatæ legis, de cætero non seruans eam. ergo potest eximere seipsum. & si hoc potest, sua obligatio ad legem stat in uoluntate sua sola, & non est ex lege æterna, ut ex uera causa, cuius oppositum conclusum est.

¶ Ad hoc dubium p̃mittenda sunt aliqua certa acceptata ab omnibus: deinde singuli modi dicendi. Certum, & confessum ab omnibus est, ꝙ princeps potest secum dispensare sicut cum alijs proprie loquendo de dispensatione: & ꝙ potest qñ, & quantum expediens fuerit eximere aliquem subditum, & seipsum a lege, & ꝙ potest legem mutare, siue aliam condendo loco eius, siue totaliter tollendo. Et nihil horum contradicit determinationi factæ, scilicet ꝙ princeps subijcitur legi in foro conscientiæ. Subijcitur namque ut princeps potestatem habens præcepta faciendi: hæc sunt confessa communiter. Sed de mota dubitatione triplex est opinio. Prima est, ꝙ princeps licet subijciatur legi humanæ simpliciter, & absolute habenti uim legis, nõ subditur tamen legi habenti uim legis cum exceptione suæ personæ. Et sicut princeps à principio constituendo legem, potuisset excipere principem: ita post legem conditam potest se excipere, sicut, & aliquem alium subditum, & sic si princeps non tollit à se legem, obligatur: si autem tollit, non obligatur. Sed contra hanc opinionem est, quia si princeps potest se

Cõclusionis pars.

Cõclusionis pars.

eximere à lege, obligatio sua ad legem est ridiculosa. posset nãque eximendo se, dicere ò, Patere legem quã ipse tuleris: & quare alligas onera grauia in humeros hominum, & digito tuo non moues ea? respondere cum bona cõscientia: quia exemi me ipsum, quod est ridiculum. Alia opinio est, ꝙ quandiu lex nõ est totaliter sublata, princeps obligatur. Et licet possit secũ dispensare, & tollere eam totaliter, non põt eam tollere quoad libitum. vñ si vult se absoluere à vinculo legis, tollat eam absolute alioquin illi subiacet. Et fundatur hęc opinio super hoc: quia aliter obligatio pricipis ad obseruantiã legis esset ridiculosa. Cõtra hanc aũt opinionem est, quia princeps põt etiã sine eã, quia sibi placet, eximere vnũ subditũ à cõi lege. ergo põt seipsum eximere, cũ non sit deterioris conditionis, quàm suus subditus. Inter has aũt extremas opiniones, media occurrit opinio, q̃ sola uera est, s. ꝙ princeps põt ad libitum se, & subditũ aliquem eximere à lege cõi iam promulgata, sic ꝙ exemptus nõ sit reus uiolati præcepti legis non seruando illam, non tñ põt eximere sic, ut ipse eximẽs, & exẽptus ad libitum nõ sit reus uiolati iuris naturæ, quo quælibet pars consonare dẽt suo toti, & præcipue caput. Hæc opinio duo dicit, ut patet. Et in primo conuenit cũ prima opinione, & discrepat à secunda. In secundo aũt conuenit cum secunda aliqualiter, & discrepat à prima. Et si bene consideretur opinio hæc, apparebit ꝙ saluat utrunq; qđ in cordib. humanis impressum vr̃, s. & ꝙ princeps male facit eximendo se, uel aliũ ad libitum à legis iugo: & ꝙ nihilominus exemptus, non est reus fractę legis. Si.n. Papa licentiet se, uel alium, quia placet, ad non dicendum horas canonicas, uel carnes comedendum in Quadragesima: licentiatus malefacit non dicendo horas, aut carnes comedendo, quia turpis est pars, quæ non consonat suo toti ex naturæ iure, quod violatur à subdito, & multo magis à capite, cui etiam à diuino iure improperatur, Dicis, & non facis: alligas onus graue, &c. Matthæi vigesimotertio. & nihilominus licet peccet sic licentiatus, non tamen est reus violati p̃cepti de horis canonicis dicendis, aut de carnib. non comedendis. Fundatur hæc opinio quoad primam partem, super ptãte principis, qua põt tollere legem & simpliciter, & quoad aliquem, ut quotidiana experientia testatur in priuilegijs eximentibus hos, uel illos à solutione decimarum, in quib. etsi nulla cã exprimatur, sed solo motu principis fiant, robur non deest. Quoad secundam uero partem super naturali iure, quo turpis est ois pars, quæ nõ con- F sonat suo toti: & quo in moralib. magis mouẽt exempla, quàm uerba: & princeps non solum ut præsit, sed prosit, creatur, & alijs huiõi, quæ naturalis ratio dictat. Et secũdm hanc opinionem nihil est ridiculum, oĩa consonant, oẽs obiectiones soluuntur, obseruantiarum, & reprehensionum ratio reddetur. unde ut sola vera i medio posita amplectenda est.

In decretali. lib. 1. tit. 2. cap. Cum omnes à medi.

513. *Porrecta per totum.* Inf. q. 97. ar. 3. ad 1. Et 2. 2. q. 60. a. 5. ad 2. & 3. & q. 147. ar. 4. cor. Et 3. dist. 33. q. 3. ar. 4. q. 5. cor. et ad 5. et di. 17. ar. 4. cor. fin. Et 4. di. 15 q. 3. ar. 2. q. 1. et 4. cor. Ca. 31. nõ longe a fi. tom. 1.

AD 3m dicẽdum, ꝙ princeps dr̃ esse solutus à lege quantum ad vim coactiuam legis: nullus .n. proprie cogitur a seipso. lex aũt non hẽt vim coactiuã, nisi ex principis ptãte. Sic igit̃ princeps dr̃ esse solutus à lege, quia nullus in ipsum põt iudicium cõdemnationis ferre, si contra legẽ agat. unde super illud Psal. 50. Tibi soli peccaui &c. dicit gl. ꝙ rex non habet hominem, qui sua facta dijudicet: sed quãtum ad uim directiuam legis, princeps subditur legi propria uoluntate, sm̃ quod * dr̃ extra de constitutionibus, Cap. Cum omnes. Quod quisquis iuris in alterum statuit, ipse eodem iure uti debet, & Sapientis dicit authoritas: Patere legẽ, quam ipse tuleris. Improperatur etiam his à Domino, qui dicũt, & non faciunt: & qui alijs onera grauia imponunt, & ipsi nec digito uolunt ea mouere, ut dicitur Matth. 23. Vnde quantum ad Dei iudicium, princeps non est solutus à lege quantum ad vim directiuã eius: sed dẽt voluntarius, non coactus legem implere. Est ẽt princeps supra legem, in quantum si expediens fuerit, põt legem mutare, & in ea dispensare pro loco, & tempore.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ei, qui subditur legi, liceat præter uerba legis agere.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd nõ liceat ei, qui subditur legi, præter uerba legis agere. Dicit enim Aug. in lib. de uera religione.* In temporalibus legibus quàmuis homines iudicent de his cum eas instituunt, tñ qñ sunt institutæ, & firmatæ, h non licebit de ipsis iudicare, sed secundum ipsas sed si aliquis prætermittat uerba legis, dicens se intentionem legislatoris seruare, uidetur iudicare G de lege. ergo non licet ei, qui subditur legi, ut prætermittat uerba legis, ut intentionem legislatoris seruet.

¶ 2 Præt. Ad eum solum pertinet leges h interpretari, cuius est condere leges: sed omnium subditorum legi non est leges condere. ergo eorum non est interpretari legislatoris intentionem, sed semper secundum uerba legis agere debent.

H ¶ 3 Præt. Omnis sapiens intentionẽ suam h verbis nouit explicare: sed illi, qui leges condiderunt, reputari dẽnt sapientes. Dicit.n. Sapientia Prouer. 8. Per me reges regnant, & legũ conditores iusta decernunt. ergo de intentione legislatoris nõ est iudicandum, nisi per uerba legis.

SED CONTRA est, ꝙ Hilarius dicit in 4. de Trin.* Intelligentia dictorum ex causis est assumenda I dicendi: quia nõ sermoni res, sed rei debet esse sermo subiectus. ergo magis est attendendum ad causam, quæ mouit legislatorẽ, q̃ ad ipsa uerba legis.

RESPON. dicendum, ꝙ sicut supra dictũ est, * Omnis lex ordinatur ad communem hominum salutem, & in tantum obtinet uim, & rationẽ legis: secundum uero quod ab hoc deficit, virtutẽ obligandi non hẽt. Vnde Iurisperitus dicit, * qđ nulla

SVPER QV. XCVI. ART. VI.

Medina ar. 6.

IN art. 6. eiusd. m 96. q. uctã ꝙ quadrupliciter occurrere potest casus agendi cõtra legis uerba, pro seruanda eius intentione. Primo, ambiguus, & impatiens moræ, & tunc seruanda sũt uerba legis, ut dr̃ in rñsione ad secũdum. Secundo, ambiguus, & sustinens moram, & tunc consulẽdus est superior, qui pp huiõi casus hẽt authoritatem interpretandi legẽ: & hoc intendit lra in corpore articuli. Tertio, manifestus, & impatiẽs moræ, & tunc cõstat, q. dẽt nõ seruare uerba legis, sed intentionẽ. Quartus, manifestus, sed sustinẽs moram, & tunc dicego omne, & epiechia sine superioris cõsultatione prætermittunt uerba legis, & seruatur intentio eius: quia in manifestis nõ ẽ opus interpretatione, quæ spectat ad superiorẽ, sed executione, ut in Secunda secundæ q. de epiechia author dicit. Circa me. illius, & lib. 12. Qđ ergo in lra dr, q. extra subitũ periculũ, non pertinet ad quemlibet interpretari, i casu dubio est sermo. Interpretatione n. non est opus in manifestis. Q. 90. art. 2.

¶Sed tũc insurgit qõ Quo pacto saluaẽ distinctio facta in corpore articuli, inter casum non necessitatis habentis dispensationem annexam, & casum non necessitatis. ꝙ recurrendum est In dig. ueteri li. 1. ti. 3. lege 24. K ad interpretationem superioris. Si nanque de ambiguis casib. est sermo, contradicit dictis ex responsione ad secundum, scilicet, ꝙ secundum uerba agendum est in necessitatis casu ambiguo. Si de manifestis, contradicit dictis ex Secunda secundæ, quòd in manifestis extra casum necessitatis, non est opus interpretatione, sed virtus epieicheia sufficit. Si in primo membro de ambiguis, & in secundo de manifestis est sermo, distinctio est inutilis, & extra artem, tacens principale in differentia, scilicet esse manifestum, uel ambiguum. Verum quæstio hæc citius soluetur, si uiderimus, quòd in ambiguis datur latitudo. Nam quædam sic occurrunt ambigua, ut in sua ambiguitate remaneant. Quædam uero sic sunt ambigua, ut rationabile sit, quòd si legislator adesset, hanc proculdubio partem determinaret nunc, hic, seruandam. Sermo ergo hic est de ambiguis, & de eis uniuersaliter docet, quòd interpretatio

Interpretatio spectat ad superiores, quando potest ad eos recurri: quãdo uero nõ potest recurri, si sunt ambigua secũdo modo, necessitas habet dispensationem annexam. si uero sunt ambigua primo modo, tunc secundum uerba legis agendum est. Et quod mens authoris sit ista, patet ex hoc quod dicit, scilicet, quòd necessitas habet dispensationẽ annexam. constat. n. quod dispensatio ex interpretatione legis procedit. Interpretatio autem locum non habet in manifestis. de ambiguis igitur secundo modo intẽdit. ¶ In responsione ad tertium collige causas, quare leges humanæ fiunt secundum id, quod ut in pluribus agendum est, & non dearticulantur omnia in omni euẽtu. Prima est ex defectu humani ingenii: secunda est ex parte confusionis uitandæ: tertia, quæ in litera tacetur, ponitur tamen 5. Eth. esse ex uariabilitate rerum, de quibus fit lex humana, & hæc uariabilitas materiæ inculpabilem reddit humanum intellectum in statuendo leges ut in pluribus.

Con. m.

rõ iuris, aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ salubriter pro salute hominũ introducuntur, ea nos duriori interpretatione contra ipsorum commodũ perducamus ad seueritatẽ. A Contingit autem multotiens, quod aliquid obseruari, cõi saluti est utile, ut in pluribus, quod tamen in aliquib. casibus est maxime nociuũ. Quia igitur legislator non potest omnes singulares casus intueri proponit legem secundum ea quæ in B pluribus accidunt, ferens intentionem suam ad communẽ utilitatem. unde si emergat casus, in quo obseruatio talis legis sit dãnosa communi saluti, non est obseruanda: sicut si in ciuitate obsessa statuatur lex, quod portæ ciuitatis maneant clausæ, hoc est utile communi saluti, ut In plurib. Si tamen contingat casus, quòd hostes insequãtur aliquos ciues, per quos ciuitas conseruatur, dã C nosissimum esset ciuitati, nisi eis portæ aperirentur: & ideo in tali casu essent portæ aperiendæ contra uerba legis, ut seruaretur utilitas communis, quam legislator intendit. Sed tamen hoc est considerandum, quòd si obseruatio legis secundum uerba non habeat subitum periculum, cui oporteat statim occurri, nõ pertinet ad quemlibet ut interpretetur quid sit utile ciuitati, & quid D inutile ciuitati, sed hoc solũ pertinet ad principes, qui propter huiusmodi casus habent autoritatem in legibus dispẽsandi. Si uero sit subitum periculũ, non patiens tantam moram, ut ad superiorem recurri possit, ipsa necessitas non subditur legi.

Ad primum ergo dicendũ, quod ille qui in casu necessitatis agit præter uerba legis, non iudicat de ipsa lege, sed iudicat de casu singulari, in quo uidet uerba legis obseruanda non esse.

Ad 2m. dicendum, quod ille qui sequitur intentionem legislatoris, non interpretatur legem simpliciter, sed in casu, in quo manifestum est per euidentiam nocumenti, legislatorem aliud intendisse. Si enim dubium sit, debet uel secundum uerba legis agere, uel superiorem consulere.

Ad 3m. dicẽdũ, quod nullius hominis sapientia tanta est, ut possit omnes singulares casus excogitare: & ideo non potest sufficienter per uerba sua exprimere ea, que conueniunt ad finem intentum. Et si posset legislator omnes casus considerare, non oporteret, ut omnes exprimeret propter confusionem uitãdam: sed legem ferre deberet secundum ea, quæ in pluribus accidunt.

QVAESTIO XCVII.

De mutatione legum, in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de mutatione legum. Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum lex humana sit mutabilis.

¶ Secũdo, Vtrũ sẽp debeat mutari, quñ aliqd meliꝰ occurrerit.

¶ Tertio, Vtrum per consuetudinẽ aboleatur: & utrum consuetudo obtineat uim legis.

¶ Quarto, Vtrũ usus legis humanæ per dispensationem rectorũ immutari debeat.

Articvlvs primvs.

Vtrum lex humana debeat mutari aliquo modo.

Ad primum sic proceditur. Videtur quod lex humana nullo modo debeat mutari. Lex enim humana deriuatur à lege naturali, ut supra dictum est: sed lex naturalis immobilis permanet. ergo & lex humana debet immobilis permanere. 514 Porrecta per totum. Sup q. 96 ar. 5. ad 3 & ar. 6. & 10. Et inf. q. 104. ar. 3. ad. 2.

¶ 2 Præt. Sicut Philosophus dicit in 5. Ethic. † Mensura maxime debet esse permanens: sed lex huma C na est mensura humanorũ actuum, ut supra dictum est. ergo debet immobiliter permanere. q. 95. a. 2 Li. 5. Eth. c. 5. to. 5. q. 90. a. 1 & 95. ar. 4

¶ 3 Præ. De rõne legis est quod sit iusta, & recta, ut s. dictũ ẽ: sed illud qđ semel ẽ rectũ, sem per est rectũ. ergo illud, quod est semel lex sem per debet esse lex.

Sed contra est, quod Aug. dicit in 1. de li. arb. Lex temporalis quãmuis iusta sit, commutari tamen per tempora iuste potest. Q. 95. a. 2.

Respon. Dicendũ, quod sicut supra dictum est, Lex humana est quoddã dictamen rationis, quo dirigũtur humani actus, & secundum hoc duplex cã pt D esse, quod lex humana iuste mutetur. Vna quidem ex parte rõnis: alia uero ex parte hominũ, quorũ actꝰ lege regulantur. Ex parte quidem rationis: quia humanæ rationi naturale esse uidetur, ut gradatim ab imperfecto ad perfectum perueniat. Vnde uidemꝰ in scientiis speculatiuis, quod qui primo philosophati sunt, quædam imperfecta tradiderunt, quæ postmodum per posteriores sunt tradita magis perfecte: ita etiam, & in operabilibus. Nam primi qui intenderunt inuenire aliquid utile communitati hominum, non ualentes omnia ex seipsis considerare, instituerunt quędã imperfecta in multis deficiẽtia, E quæ posteriores mutauerunt, instituentes aliqua, q̃ in paucioribus deficere possunt a cõmuni utilitate. Ex parte uero hominũ, quorũ actus lege regulant̃, lex recte mutari potest propter mutationẽ cõditionum hominum, quibus secundum diuersas eorum conditiones diuersa expediũt: sicut Aug. ponit exẽplũ in 1. de li. arb. Quòd si populus sit bene moderatus & grauis, cõmunisq. utilitatis diligentissimus custos, recte lex fertur, qua tali populo liceat creare sibi magistratus, per quos respublica administret. Porro si paulatim idẽ populus deprauatus habeat uenale suffragiũ, & regimen flagitiosis sceleratisq; cõmittat, recte adimit populo talis potestas dandi C. 6. circa med. præcipue to. 1. Q. 90. ar. 1. & q. 91. ar. 1. Concl. m. Ca. 6. paulo a prin. tom. 1.

¶ SV. QVÆ. XCVII. ART. I.

Medina ar. 1.

In arti. primo & 2. nõ occurrit aliud scribendum, quãm quod optime notentur causæ mutationis legum, ut & quando oportet, mutentur: & quñ nõ oportet resistẽtia fiat mutationi. Necessitas, uel utilitas pensanda est non ad præsens tantum tempus, sed perpetuum, seu diuturnum, pro quo lex fit.

honores, & ad paucorum bonorum redit arbitriũ. F

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ naturalis lex eſt participatio quædã legis æternę, ut ſupra dictũ eſt:* & ideo immobilis perſeuerat, qđ hẽt ex immobilitate & perfectione diuinæ rationis inſtituentis naturam: ſed rõ humana mutabilis eſt, & imperfecta, & iõ eius lex mutabilis eſt. Et præterea lex naturalis continet quædã uniuerſalia præcepta, q̃ ſemp manẽt: lex uero poſita ab homine cõtinet pcepta q̃dã particularia ſecundũ diuerſos caſus qui emergunt.

Q. 93. ar. 5

Ad 2m dicendũ, ꝙ mẽſura dẽt eſſe pmanens quãtũ eſt poſſibile: ſed in rebus mutabilibus non pt eſſe aliquid omnino immutabiliter permanens: & ideo G lex humana non poteſt eſſe omnino immutabilis.

Ad 3m dicẽdũ, ꝙ rectũ in reb. corporalib. dr abſolute, & iõ ſemp quãtũ eſt de ſe manet rectũ: ſed rectitudo legis dr in ordine ad utilitatẽ cõem, cui non ſemp proportionatur una eadẽq; res, ſicut ſupra dictum eſt:* & ideo talis rectitudo mutatur.

In cor. ar.

Articvlvs II.

Vtrum lex humana ſemper ſit mutanda, quando occurrit aliquid melius.

Medina ar. 3.

595. Porrecta per totum.

Ad secvndvm ſic pcedit. Vr ꝙ ſemp lex humana, quando aliquid melius occurrit, ſit mutan- H da. Leges enim humanæ ſunt adinuẽtæ p rõnẽ humanã, ſicut ẽt alię artes: ſed in aliis artibus mutaĩ id, quod prius tenebatur, ſi aliqd melius occurrat. ergo idem eſt etiam faciẽdum in legibus humanis.

¶ 2 Præt. Ex his quæ præterita ſunt, puidere poſſumus de futuris: ſed niſi leges humanæ mutatæ fuiſſent ſuperuenientibus melioribus adinuentionib' multa inconuenientia ſequerentur, eo ꝙ leges antiquæ inueniuntur multas ruditates continere. ergo uidetur, ꝙ leges ſint mutãdæ, quotieſcunq; aliquid melius occurrit ſtatuendum.

¶ 3 Præt. Leges humanę circa act' ſingulares homi I num ſtatuuntur: in ſingularibus autem perfectam cognitionem adipiſci non poſſumus, niſi per experientiã, quæ tempore indiget, ut dicitur in 2. Eth.* ergo uidetur, quòd per ſucceſſionem temporis poſſit aliquid melius occurrere ſtatuendum.

In princi. lib. 10. 5.

Sed contra eſt, qđ dr in Decretis diſt. 12. * Ridiculũ ẽ, & ſatis abominabile dedec', ut traditiones, quas antiqt' a patrib' ſuſcepim', ĩfringi patiamur.

Cap. ridiculum eſt

Respon. Dicendũ, ꝙ ſicut dictũ eſt* ꝙ lex humana intantũ recte mutatur, inquantũ per eius mutationem cõi utilitati prouidetur. Habet autem ipſa legis mutatio quantum in ſe eſt, detrimentũ quod- K dã cõis ſalutis, quia ad obſeruantiã legum plurimũ ualet cõſuetudo, in tantũ ꝙ ea quæ contra communem conſuetudinem fiunt, ẽt ſi ſint leuiora de ſe, grauiora uidentur. vñ quando mutatur lex diminuitur uis conſtrictiua legis inquantum tollitur cõſuetudo: & iõ nunquã habet mutari lex humana, niſi ex aliqua parte tantum recompenſetur cõmuni ſaluti, quãtũ ex iſta parte derogatur. Quod quidẽ ꝯtingit uel ex hoc, ꝙ aliqua maxima & euidẽtiſſima utilitas ex nouo ſtatuto prouenit: ex eo, quod eſt maxima neceſſitas, ex eo ꝙ lex conſueta, aut manifeſtã iniquitatẽ cõtinet, aut eius obſeruatio eſt plu- rimũ nociua. unde dicitur à Iuriſperito, ꝙ in rebus nouis conſtituendis, euidẽs debet eſſe utilitas, ut recte recedatur ab eo iure, quod diu æquũ uiſum eſt.

Ar. præce.

Con. m.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ea quæ ſunt artis, hñt efficaciã ex ſola rõne: & iõ ubicũq; melioratio occurrit, eſt mutãdũ qđ pri' tenebaĩ: ſed leges hñt maximã uirtutẽ ex conſuetudine, ut Philoſophus dicit in 2. Poli.* & ideo nõ ſunt de facili mutandæ.

C. 6. parũ ante ſi. t. 5

Ad 2m dicendum, ꝙ ratio illa cõcludit, ꝙ leges ſunt mutãdæ, non tamen pro quacunq; melioratione, ſed p magna utilitate, uel neceſſitate, ut dictũ eſt.* & ſimiliter dicendum eſt ad 3m.

in cor. ar.

Articvlvs III.

Vtrum conſuetudo poſſit obtinere uim legis.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur ꝙ conſuetudo non poſſit obtinere uim legis, nec legem amouere. Lex enim humana deriuaĩ à lege naturæ & à lege diuina, ut ex ſdictis patet* ſed conſuetudo hominum non põt mutare legem naturæ, nec legẽ diuinam. ergo etiam nec legem H humanam immutare poteſt.

¶ 2 Pręt. Ex multis malis non pt fieri unum bonum: ſed ille, qui incipit primo contra legem agere male facit. ergo multiplicatis ſimilibus actibus non efficietur aliquod bonum: lex autẽ eſt quoddam bonum cum ſit regula humanorum actuum. ergo per conſuetudinem nõ poteſt remoueri lex, ut ipſa conſuetudo uim legis obtineat.

¶ 3 Præt. Ferre leges pertinet ad publicas perſonas I ad quas pertinet regere communitatem, unde priuatæ perſonæ legẽ facere non poſſunt: ſed conſuetudo inualeſcit p actus priuatarum perſonarum. ergo conſuetudo non poteſt obtinere uim legis, per quam lex remoueatur.

Sed contra eſt, qđ Aug. dicit in epiſtola ad Caſulanum: Mos populi Dei, & inſtituta maiorũ p lege ſunt tenenda: & ſicut præuaricatores legum diuinarum, ita & contemptores conſuetudinum eccleſiaſticorum coercendi ſunt.

Circa prĩ. illius, & ẽ epiſto. 86. tom. 2.

Resp. Dicẽdũ, ꝙ oĩs lex pficiſciĩ à rõne, & uolũtate legislatoris. Lex qdẽ diuina, & naturalis à rõ- K nabili Dei uolũtate: lex autẽ humana à uolũtate hominis rõne regulata. Sicut ãt rõ & uolũtas hominis manifeſtanĩ uerbo in reb. agẽdis, ita ẽt manifeſtantur facto: hoc. n. unuſquiſq; eligere uĩ ut bonũ, qđ ope ĩplet. Manifeſtũ eſt ãt, ꝙ uerbo humano pt & mutari lex, & ẽt exponi ĩquãtũ manifeſtat ĩteriorẽ motũ & ꝯceptũ rõnis humanæ: vñ ẽt & p act' maxime multiplicatos, q ꝯſuetudinẽ efficiũt, mutari pt lex, & exponi, & ẽt aliqd cauſari, qđ legis uirtutẽ obtineat inquãtũ. ſ. p exteriores act' multiplicatos ĩterior uolũtatis mot', & rõnis ꝯcept' efficaciſſime declaraĩ. Cũ enim aliqd multoties fit. vr ex deliberato rationis iudicio prouenire, & ſecũdũ hoc con-

Concl. m.

Super Q. XCVII. Art. III.

Medina ar. 5.

51 Porrecta per totum.

In ar. 3. in reſponſione ad ſecundũ aduerte, q licet author ſatisfaciat argumento, dum manifeſtat non oportere ab actu illicito inchoare conſuetudinem derogantem legi: ſi tamen ab illicitis tunc actib' inchoaſſet, ex quo conualuit, & iam cõſuetudinis, uim habet, legi ſcriptæ derogat, nam oportet nanque poſteros ſolicitos eſſe, an licite, uel illicite introducta ſit conſuetudo, quam ſine dubio licite inueniunt obſeruari, relicta lege ſcripta.

2. 2. q. 6. 79 ar. 2. ad 2. & q. 100. a. 2 cn. Et quol. 2. a. 8. cor. pri. & quo. 9. ar. 15. co. 2. & 3.

* q. 93. ar. 3. & q. 95. ar. 2.

consuetudo, & habet vim legis, & legem abolet, & est legum interpretatrix. *

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ lex nãlis, & diuina ꝓcedit à uoluntate diuina, ut dictũ est. * vñ non põt mutari per consuetudinẽ procedentem a uoluntate hoĩs, sed solũ per authoritatem diuinã mutari posset: & inde est q̃ nulla cõsuetudo vim legis obtinere potest ꝯ legem diuinam, uel legem naturalem. Dicit. n. Isid. in synonymis, Vsus authoritati cedat: prauum vsum lex, & ratio vincat.

In cor. art.

AD 2m dicẽdũ, q̃ sicut supra dictũ est, * leges humanæ in aliquib. casibus deficiunt: vñ possibile est qñq; ꝑter legẽ agere, in casu, s. in quo deficit lex, & tñ actus nõ erit malus: & cũ tales casus multiplicanẽ ꝑꝑ aliquã mutationẽ hoium, tũc manifestaẽ ꝑ cõsuetudinẽ, q̃ lex vlterius nõ est vtilis, sicut ẽt manifestareẽ, si lex ꝯria verbo promulgareẽ. Si aũt adhuc maneat rõ eadem, ꝑꝑ quã prima lex vtilis erat, nõ cõsuetudo legẽ, sed lex ꝯsuetudinẽ uincit: nisi forte ꝑꝑ hoc solũ inutilis lex uideatur, quia non est possibilis secundum consuetudinẽ patriæ, quæ erat vna de cõditionibus legis. Difficile enim est consuetudinem multitudinis remouere.

Q. 96. ar. 6.

AD 3m dicendũ, q̃ multitudo, in qua cõsuetudo introducĩ, duplicis condõnis esse ꝑt. Si. n. sit libera multitudo, q̃ possit sibi legẽ facere, plus est cõsensus totius multitudinis ad aliqd obseruãdũ qđ consuetudo manifestat, q̃ authoritas principis, q non hẽt ptãtẽ cõdendi legẽ, nisi in quantũ gerit ꝑsonã multitudinis: vñ licet singulæ ꝑsonæ nõ possint cõdere legẽ, tñ totus populus condere legem ꝑt. Si uero multitudo nõ hẽat liberã ptãtẽ cõdendi sibi legẽ, uel legẽ à superiori ptãte positã remouendi, tñ ipsa consuetudo in tali multitudine ꝑualens, obtinet vim legis, in quantum ꝑ eos tolerãẽ, ad quos pertinet multitudini legem imponere: ex hoc. n. ipso vñr approbare, quod consuetudo introduxit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum rectores multitudinis possint in legibus humanis dispensare.

*117 Porrecta per totum. Sup. q. 96 ar. 6. cor. & infr. q. 100. ar. 8. cor. Et 2. 2. q. 88. ar. 10. co. & ad 2. & q. 89. art. 9. & q. 147. ar. 4. cor. & ad 1. Et 3 dist. 37. art. 4. Et 4. dist. 15. q. 3. ar. 2. q. 1. & di. 27. q. 3. ar. 3. ad 4. Et 3. contra gen. 125. fi. * li. 5. Ety. cap. 21. † li. 1. Eth. c. 2. in fin. to. 5.*

AD QVARTVM sic procediẽ. Vr̃ q̃ Rectores multitudinis nõ pñt in legib. humanis dispensare. Lex. n. statuta ẽ pro cõi vtilitate, ut Isid. dicit: * sed cõe bonum non dẽt intermitti pro h priuato cõmodo alicuius personæ; quia ut dicit Philosophus in 1. Ethic. † Bonum gentis diuinius est quàm bonum unius hominis. ergo videtur quòd nõ debeat dispensari cũ aliquo, ut contra legem cõem agat.

¶ 2 Præt. Illis, qui super alios cõstituũtur, ꝑcipitur Deut. 1. Ita paruum audietis ut magnũ, nec accipietis cuiusquam personã, qa Dei iudiciũ est: h sed cõcedere alicui, quod cõiter denegatur omnibus, videtur esse acceptio personarũ. ergo hmõi dispẽsationes facere rectores multitudinis non possunt, cum hoc sit ꝯ præceptum legis diuinæ.

¶ 3 Præt. Lex humana si sit recta, oportet, q̃ cõsonet legi naturali, & legi diuinæ: aliter. n. nõ congrueret religioni, nec cõueniret disciplinæ, qđ requiritur ad legem, ut Isido. dicit: * sed in lege naturali, & diuina h nullus homo potest dispensare. ergo nec etiam in lege humana.

SED CONTRA est, quod dicit Apostolus 1. ad Cor. 9. Dispensatio mihi credita est.

RESP. Dicẽdũ, q̃ dispensatio proprie importat commensurationem alicuius cõis ad singula. vnde ẽt gubernator familiæ dicitur dispensator, in quantum unicuique de familia cũ pondere, & mensura distribuit, & operationes, & necessaria vitæ. Sic igitur, & in quacunque multitudine ex eo dr̃ aliquis dispẽsare, quia ordinat qualiter aliqđ cõe præceptum sit à singulis adimplendum. Contingit aũt qñq;, q̃ aliquod præceptum, quod est ad commodum multitudinis ut in pluribus, nõ est conueniens huic personæ, uel in hoc casu: quia uel ꝑ hoc impediteẽ aliqd melius, uel ẽt induceret aliqđ malum, sicut ex supradictis patet. * Periculosum autem esset, ut hoc iudicio cuiuslibet committeretur, nisi forte ꝑꝑ euidẽs & subitum periculum, ut supra dictum est. * Et ideo m ille, qui habet regere multitudinem, habet potestatem dispensandi in lege humana, quæ suæ authoritati innititur, * ut, s. in personis, uel in casibus, in quibus lex deficit, licentiam tribuat, ut præceptum legis nõ seruetur. Si autem absque hac ratione pro sola uoluntate licentiam tribuat, nõ erit fidelis in dispensatione, aut erit imprudens: infidelis quidem, si non hẽt intentionẽ ad bonum cõe: imprudens aũt, si rationem dispẽsandi ignoret. propter quod Dominus dicit Luc. 12. Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dñs super familiam suam?

Q. 96. art. 6. *Q. 96. art. 6.*

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ quando cum aliquo dispensatur, ut legem cõmunem non seruet, non debet fieri in præiudicium boni communis, sed ea intẽtione, ut ad bonum commune proficiat.

AD 2m dicendum, quòd non

SVPER Q. XCVII. ART. IIII.

Fer. 3. cont. c. 125. Medina ar. 4.

IN titulo art. 4. aduerte, quòd nõ de principe spãliter, sed de rectore multitudinis, siue princeps sit, siue non, quæstio est. ¶ In corpore articuli eiusdẽ aduerte duo. primo, quid subiaceat dispensationi rectoris: exprimiẽ namq; in lr̃a, q̃ hoc est defectus legis in persona, uel casu. qñ. n. nõ est, nec apparet, nec dubitaẽ defectus legis, nulla est rõ licẽtiam tribuẽdi q̃ nõ seruet legis ꝑceptum, ac per hoc nulla est ratio dispẽsandi. Qñ aũt apparet q̃ lex in hoc casu impediret maius bonũ, uel cederet in malum, & hmõi, tũc deficere dr̃ lex in casu illo: vñ ꝓ sola uoluntate nõ fit dispẽsatio, sed dissipatio. Secundo, quis rector in qua lege possit dispẽsare. In lr̃a. n. nihil aliud exprimiẽ, nisi q̃ rector multitudinis hẽt ptãtẽ dispẽsandi in lege humana, quæ suæ authoritati innititur. Et in rñsione ad tertiũ in lege humana publica nõ potest dispensare, nisi ille, à quo lex authoritatẽ habet, uel is, cui ipse commiserit.

Li. 5. c. 21. in fine.

¶ Vr̃ aũt mihi, q̃ seclusa cõsuetudine, q̃ authoritatẽ dispensandi inferiorib. rectorib. committit, & adimit, ex hoc ipso, q̃ aliquis cõstitutus ẽ rectoe multitudinis, cõmissa quoq; ẽ sibi authoritas dispẽsandi in lege superioris quoad tria, s. quoad leuia, quoad frequentia, quoad propria. Leue aũt est qdcunq; exteris patib. nõ præcepto ꝓprie dicto, sed simpliciter statuto positũ est. Non. n. est rõni cõsonũ, ut ad principẽ ꝓ dispensatione levi recurrendũ sit. Freqnẽter quoq; occurrentib. graue nimis esset ad principẽ sæpe ualde remotũ loco, uel cõmoditate recurrere, ubi lex ipsa uindicanda tandẽ esset, nõ seruanda, ut patet in lege ieiunij ecclesiastici: q̃ crebro soluendũ accidit ex rationabili, sedm existimationẽ saltẽ, cãt nec est rõni cõsonũ, vt semidebilis, aut volens qs equitare, aut pedes ire sine necessitate cogẽte, & putãs se nõ posse seruare ieiuniũ, dẽat ad Papã recurrere: sed sat vr̃, q̃ arbitrio epi ĩ aliud piũ opus cõmutetur, saluo legis fine. Aequũ ẽt est, ut ea, quæ sunt ita propria alicui multitudini, q̃ non redundant in cõmunitatem totius

Conclu. …

regal, uel reipublicæ Christianæ illius mul titudinis rectori, qui non ... eius hēt, moderāda relicta sunt nisi forte adeo notabilis casus sit, ut merito super eo consulen dus occurrat. Vnde si lex superioris de ciui tate sit, ... dispensare in lege ... feras aût est de ... & licet hi ... dudant ... lex superioris ... doctorum, aut de ma ... & ... nus ... non spectat ... multitudinis, sed ... quibus ... gib. possit eps dispen sare, non est præsen tis negotii, ubi in cōi est sermo de legibus, & rectoribus.

est acceptio psonarū, si nō ser- F uent æqualia in psonis inæqualib. vñ qñ cōditio alicuius psonæ reqrit rationabiliter, ut i ea aliquid spāliter obseruetur, nō est personarum acceptio, si sibi aliqua specialis gratia fiat.

Ad 3m dicēdū, φ lex naturalis in quantū continet præcepta cōia, q nunquā in fallunt, dispēsationē recipere non pt. In alijs uero pceptis, q sunt quasi conclusiones præceptorum cōium, G qñq; per hoiem dispēsat, puta, φ mutuum non reddatur prodi tori patriæ, uel aliqd hmōi. Ad legem aût diuinā ita se hēt quilibet homo, sicut persona priuata ad legē publicā, cui subijcitur. Vñ sicut in lege humana publica non pōt dispēsare, nisi ille à quo lex authoritatem hēt, uel is, cui ipse commiserit: ita in pceptis iuris diuini, quæ sunt à Deo, nullus potest dispensare H nisi Deus, uel is, cui specialiter committeret.

QVAESTIO XCVIII.

De lege veteri, in sex articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de lege veteri.

¶ Et primo de ipsa lege. Secundo, de præceptis eius.

CIRCA primum quæruntur sex.

¶ Primo, Vtrum lex vetus sit bona.

¶ Secundo, Vtrum sit à Deo.

¶ Tertio, Vtrum sit à Deo mediantibus angelis.

¶ Quarto, Vtrum data sit omnibus.

¶ Quinto, Vtrum omnes obliget.

¶ Sexto, Vtrum congruo tempore fuerit data.

ARTICVLVS PRIMVS.

518 *Vtrum lex vetus fuerit bona.*

Porrecta per totum. *Medina ar.* 1.

Inf. ar. 2. ad 1. & 2. Et Ro. 7. lec. 2 & 3. Et Gala 3. ...

AD PRIMVM sic proceditur. Vr φ lex vetus non fuerit bona. Dr. n. Ezech. 20. Dedi eis pcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent: sed lex non dicitur bona, nisi [b] propter bonitatē pceptorum, quæ continet. ergo lex vetus non fuit bona.

¶ 2 Præt. Ad bonitatē legis ptinet, ut cōi saluti [h] p K ficiat, sicut Isid. dicit: * sed lex vetus nō fuit salutifera, sed magis mortifera, & nociua. dicit. n. Apost. Ro. 7. fine lege pctm mortuū erat: ego aût viuebā sine lege aliqñ, sed cū uenisset mādatū, pctm reuixit. ego aût mortuus sum. & Ro. 5. Lex subintrauit ut abūdaret delictū. ergo lex uetus non fuit bona.

Lib. 5. ca. 21. in fine

¶ 3 Præt. Ad bonitatē legis pertinet, φ sit possibilis ad obseruandum, & fm naturam, & fm humanam consuetudinem: sed hoc non habuit lex vetus. dicit. n. Petrus Act. 15. Quid tentatis imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? ergo F videtur quòd lex vetus non fuerit bona.

SED CONTRA est, qđ Apo. dicit Ro. 7. Itaq; lex qdem sancta ē, & mandatū sctm, & iustum, & bonū.

RESP. dicendū, φ [m] absq; oi dubio lex vetus bona fuit. [n] Sicut. n. doctrina ostenditur esse uera ex hoc, φ consonat rōni. Lex aût vetus rōni consona bat, quia cōcupiscentiā reprimebat, q rōni aduersatur, ut patet in illo mādato: Nō concupisces rem proximi tui, qđ ponit Exod. 20. Ipsa ēt oia peccata prohibebat, q sunt ꝯ rōnem: vñ manifestū est φ bona erat. & hæc est rō Apostoli Rom. 7. Condelector, inquit legi Dei fm interiorē hoiem. & iterū: G Cōsentio legi, qm bona est. Sed notandū est, φ bonum diuersos gradus hēt, ut Diony. dicit 4. capite de diu. no.* Est. n. aliquod bonum perfectū, & aliqđ bonum imperfectū. Perfecta quidē bonitas est in his, q ad finem ordinant, qñ aliquid est tale, quod per se est sufficiens inducere ad finem. Imperfectū aût bonum est, qđ operatur aliquid ad hoc, φ per ueniatur ad finem, non tñ sufficit ad hoc φ ad finē perducat. sicut medicina pfecte bona est, quæ hominem sanat: imperfecta aût est, q hoiem adiuuat, sed tñ sanare non pōt. Est aût sciendum, φ est alius finis legis humanæ, & alius legis diuinæ. Legis. n. H humanæ finis, est tēporalis tranquillitas ciuitatis, ad quem finem peruenit lex cohibēdo exteriores actus, quantū ad illa mala, q pñt pturbare pacificū statū ciuitatis. Finis aût legis diuinæ est perducere hoiem ad finē fœlicitatis æternæ, qui quidem finis impedit p qđcunq; pctm, & nō solū per actus exteriores, sed ēt per interiores: & iō illud, qđ sufficit ad perfectionē legis humanæ, ut. s. peccata prohibeat, & pœnā apponat, nō sufficit ad perfectionē legis diuinæ, sed oportet qđ hoiem totaliter faciat idoneū ad participationem fœlicitatis æternæ, qđ quidē fieri nō pt, nisi per gratiam Spiritus scti, per I quam diffunditur charitas in cordib. nřis: q legem adimplet. Gratia. n. Dei uita æterna, ut dr Rom. 6. hanc autem gratiam lex uetus conferre nō potuit reseruabatur enim hoc Christo: quia ut dicitur Io. 1. Lex per Moysen data est: gratia, & ueritas per Iesum Christum facta est, & inde est, φ lex uetus bona quidem, est, [m] sed [d] imperfecta, [n] secundum illud Heb. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex.

Cōclusionis pars.

parte 4. a medio

Cōclusionis pars. D. 81o.

AD PRIMVM ergo dicendū, φ dñs loquit ibi de pceptis cæremonialibus, q quidem dicuntur non bona, quia gratiā nō cōferebant, per quā hoies à pec cato mundarentur, cum tñ per hmōi se peccato- K res ostenderent, vnde signanter dr.* Et iudicia, in quibus non uiuent. i. per quæ uitā gratiæ obtinere non pñt. & postea subditur. Et pollui eos in muneribus suis, idest, pollutos ostendi, cum offerrent omne quod aperit vuluam propter delicta sua.

Ezech. 20.

AD II. dicendum, φ lex dr occidisse non quidē effectiue, sed occasionaliter ex sua imperfectione, inquantum. s. gratiam non conferebat, per quam hies implere possent quod mandabat, uel uitare quod uetabat: & sic occasio ista non erat data, sed sumpta ab hoibus. vñ, & Apostolus ibidem dicit, Occasione accepta pctm p mandatū seduxit me, & per illud occidit. Ex hac etiam ratione dicitur, φ

lex

lex subintrauit, ut abundaret delictum, ut ly, ut, te neat consecutiue, nō causaliter, inquantū. s. homines accipientes occasionē a lege, abūdārius peccauerūt, tū quia grauius fuit pctm post legis prohibitionem: tum ēt quia concupiscentia creauit. Magis enim concupiscimus, quod nobis prohibetur.

Ad 3m dicendū, q iugū legis seruari nō poterat sine gratia adiuuāte, quā lex nō dabat. dr enim Ro. 9. Nō est uolētis neq; currētis, s. uelle & currere in pceptis Dei, sed miserētis Dei. unde in Psal. 118. dr: Viam mādatorū tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum, scilicet per donum gratiæ & charitatis.

ARTICVLVS II.

Vtrum lex uetus fuerit a Deo.

119. Porrecta per totum. Infr. q. 106. ar. 2. ad 3 & a. 4 ad. 1. & q. 107. a. 1. co. fi. Et 3. q. 42. a. 4. ad. 2. a. præc. & q. 98. a. 1.

S Bona 3. d. 39 q. 1. a. . Duran 3. d. 39. q. 1. Scot 3. d. 39. q. Bacco. 3. d 39 q. 1. Ricca. 3. d. 39. q. 1. Medina. a 3.

AD SECVNDVM sic procedit. Vr q lex uetus non fuerit à Deo. Dicitur enim Deut. 32. Dei perfecta sunt opera: sed lex fuit imperfecta, ut supra dictum est. ergo lex uetus non fuit a Deo.

¶ 2 Prtr. Eccl. 3. dr. Didici, q oia opa, q fecit Deus, pseuerēt in æternū: sed lex uetus nō perseuerat in æternum. dicit n. Apostolus ad Heb. 7. Reprobatio fit quidē pcedentis mandati pp infirmitatem eius, & inutilitatem. ergo lex uetus non fuit a Deo.

¶ 3. Præt. Ad sapientem legislatorem pertinet non solum mala auferre, sed ēt occasiones malorum: sed uetus lex fuit occasio peccati, ut supra dictum est. ergo ad Deū, cui nullus est similis in legislatorib. ut dicit Iob. 36. non pertinebat legē talē dare. (Ar. præc.)

¶ 4 Præt. Prime ad Timoth. 2. dr, q Deus uult oēs homines saluos fieri: sed lex uetus nō sufficiebat ad salutē hominū, ut s. dictū est. ergo ad Deū nō ptinebat talē legē dare. lex ergo uetus nō est à Deo. (Art. præc.)

SED CONTRA est, qd dūs dicit Mat. 15. loquēs Iudæis, quibus erat lex uetus data: irritū fecistis mandatū Dei pp traditiones uestras, & paulo ante pmittit: Honora patrē tuū & matrem tuā, quod manifeste in lege ueteri cōtinetur. ergo lex uetus à Deo.

RESPON. Dicendū, q lex uetus à bono Deo data est, qui est pater domini nostri Iesu Christi. Lex enim uetus hoies ordinabat ad Christū dupliciter. Vno quidē mō testimoniū Chrsto phibēdo. unde ipse dicit Luc. ult. Oportet ipleri oia, q scripta sūt in lege, & in Psalmis, & in Prophetis de me. & Ioā. 5. Si crederetis Moysi, crederetis forsitā, & mihi: de me. n. ille scripsit. Alio mō p modū cuiusdā dispositionis, dū retrahēs homines a cultu idolatriæ, cōcludebat eos sub cultu unius Dei, a quo saluādum erat humanū genus p Christū. uñ Apostolus dicit ad Gal. 3. Priusquā ueniret fides, sub lege custodiebamur cōclusi in eā fidē, q reuelāda erat. Manifestū est āt, q eiusdē est disponere ad finē, & ad finē pducere. & dico, eiusdē p se, uel p suos subditos. Nō. n. diabolus legē tulisset, p q̄ homines adducerent ad Christū, p quē erat eij ciendus, fm illud Matt. 12. Si Satanas Satanā eicit, diuisum est regnum eius: & ideo ab eodem Deo, a quo facta est salus hominū per gratiam Christi, lex uetus data est. (Con m.)

AD PRIMVM ergo dicēdū, q nihil prohibet aliqd non esse perfectum simpliciter, quod tamen est perfectum fm tps sicut dr aliquis puer pfectus nō simpliciter, sed fm tpis cōditionē: ita ēt præcepta, quæ pueris dantur, sunt quidē perfecta fm conditionē eorū, quibus dantur, etsi non sunt pfecta simpliciter: & talia fuerūt pcepta legis. vñ Apostolus dicit ad Gal. 3. Lex pedagogus noster fuit in Xpo.

AD 2m Dicendum, q opera Dei perseuerant in æternū, q sic De9 fecit, ut i æternū pseuerēt: & hæc sunt ea, q sunt pfecta. Lex āt uetus reprobat tpe pfectionis gratiæ, nō tanq mala, sed tanq infirma, & inutilis pro isto tpe: quia, ut subdit, Nihil ad perfectum adduxit lex, unde ad Gal. 3. dicit Apostolus, Vbi uenit fides, iam non sumus sub pedagogo.

AD 3m dicendum, q sicut supra dictū est, Deus aliquando pmittit aliquos cadere in peccatum, ut exinde humilientur: ita ēt uoluit talem legem dare, quā suis uiribus homines implere non possent: ut sicdū homines præsumentes de se, peccatores se inuenirent, humiliati recurrerēt ad auxilium gratiæ. (Q. 79. a. 4)

AD 4m dicendū, q quis lex uetus non sufficeret ad saludū homines, tn aderat aliud auxiliū à Deo hominibus simul cū lege, p qd saluari poterant, s. fides Mediatoris, p quam iustificati sunt antiqui patres, sicut ēt nos iustificamur: & sic Deus non deficiebat hominibus, quin daret eis salutis auxilia.

ARTICVLVS III.

Vtrū lex uetus data fuerit per angelos.

120. Porrecta per totum. Infr. ar. 6. arg. pue ri. Et 3 f. 6. Et Gal. 3. le. 7. Et co. 2. lec. 4. Et Heb. 1. & 2 fio. & c. 5.

RESP. Dicendū, q̄ m iudicialia pcepta non habuerunt ppetuā obligationē, sed sunt euacuata p aduentum Christi, aliter tn̄ q̄ cęremonialia. n nā cæremonialia adeo sunt euacuata, ut non solum sint mortua, sed ēt mortifera obseruantibus post Christū, maxime post Euangeliū diuulgatū. P. ęcepta āt iudicialia sunt quidē mortua, q̄a nō hn̄t uim obligandi, nō tn̄ sunt mortifera: q̄a si quis princeps ordinaret in regno suo illa iudicialia obseruari, non peccaret, nisi forte hoc modo obseruarent̄, uel ob seruari mandarent, tanq̄ hn̄tia uim obligādi ex E ueteris legis institutione. talis.n. intentio obseruādi esset mortifera, & huius dn̄æ rō pōt accipi ex pmissis. * Dictū est.n. q pcepta cæremonialia sunt figuralia primo, & p se, tanq̄ instituta principaliter ad figurādū Christi mysteria ut futura: & ideo ipsa obseruatio eorū piudicat fidei ueritati, fm quā confitemur illa mysteria iam esse completa. Pręcepta aūt iudicialia non sunt instituta ad figurandū, sed ad disponendū statū illius populi, qui ordinabatur ad Christū: & ideo mutato statu illius populi, Christo iam ueniente, iudicialia pcepta obligatio nem amiserunt. Lex.n. fuit pædagogus ducens ad Christū, ut dr̄ ad Gal. 3. Quia tn̄ hmōi iudicialia pcepta

Concl. m

Art. præced.

cepta non ordinant ad figurandum, sed ad aliquid fieudum, ipsa eorum obseruatio absolute nō piudicat fidei ueritati: sed intentio obseruandi tanq̄ ex obligatione legis p̄iudicat ueritati fidei: quia p̄ hoc haberetur, quòd status prioris populi adhuc duraret, & quòd Christus nondum uenisset.

Ad primum ergo dicendum, q̄ iustitia quidem p̄petuo est obseruāda: sed determinatio eorum q̄ sunt iusta s̄m institutionem humanā, uel diuinam, oportet q̄ uarietur s̄m diuersum hominum statū.

Ad 2m dicendum, q̄ præcepta iudicialia ab hominibus instituta hñt perpetuam obligationē manēte illo statu regiminis: sed, si ciuitas, uel gens ad aliud regimen deueniat, oportet leges mutari. Nō enim eædē leges conueniunt in democratia, q̄ est ptās populi, & in oligarchia, quæ est ptās diuitum ut patet p̄ Philo. i sua Politica: & iō ēt mutato statu illi° populi, oportuit p̄cepta iudicialia mutari.

* Li. 3. c. 5. 6. & 5. c. 5.

Ad 3m dicendum, q̄ illa p̄cepta iudicialia dispone bat populum ad iustitiam, & æquitatem s̄m quod conueniebat illi statui: sed post Christum, statum illius populi oportuit mutari, ut iā in Christo non esset discretio Gentilis, & Iudæi, sicut antea: & p̄pter hoc oportuit etiam p̄cepta iudicialia mutari.

H

Articvlvs IIII.

Vtrum præcepta iudicialia possunt habere aliquam certam diuisionem.

559 Porrecta per tot art.

Ad qvartvm sic procedit. Vr̄ q̄ p̄cepta iudicialia non possint habere aliquam certā diuisionem. Præcepta. n. iudicialia ordinant homines adinuicem: sed ea, quæ inter hoīes ordinari oportet in usum eorum uenientia, non cadunt sub certa distinctione, cum sint ʰ infinita. ergo præcepta iudicialia non possunt habere certam distinctionem.

¶ 2 Præt. Præcepta iudicialia sunt determinationes ʰ moralium: sed moralia p̄cepta non uidēt hēre aliquam distinctionem, nisi s̄m quod reducuntur ad præcepta decalogi. ergo præcepta iudicialia non habent aliquam certam distinctionem. I

¶ 3 Præt. Præcepta cærimonialia, quia certā distinctionem hñt, eorum distinctio in lege innuit dum quædā uocant sacrificia, quædā obseruantiæ: sed nulla distinctio ʰ innuit in lege p̄ceptorum iudicialium. ergo ur̄ q̄ non habeant certam distinctionē.

Sed contra. Vbi est ordo, oportet q̄ sit distinctio: sed ratio ordinis maxime ptinet ad præcepta iudicialia, per quæ populus ille ordinabatur. ergo maxime debent habere distinctionem certam.

Respon. Dicendum, q̄ cum lex sit quasi quædā ars humanæ uitæ instituendę, uel ordinandę, sicut in unaquaq; arte est certa distinctio regularū artis: ita oportet i qualibet lege esse certā distinctionem p̄ceptorum, aliter, n. ipsa cōfusio utilitatē legis auferret. & iō dicendū est q̄ ᵐ p̄cepta iudicialia ueteris legis, p̄ q̄ hoīes adinuicem ordinabant, distinctionem hñt s̄m distinctionem ordinationis humanæ.ⁿ Quadruplex aūt ordo in aliquo populo inueniri pōt. Vnus quidem principum populi ad subditos: alius aūt subditorū adinuicē: tertius aūt eorū, q̄ sunt de populo ad extraneos: quartus autē ad domesticos, sicut patris ad filiū, uxoris ad uirū, & dn̄i ad seruū. & s̄m istos quatuor ordines distingui pn̄t p̄cepta iudicialia ueteris legis. Dant aūt quædam p̄cepta de institutione principū, & officio eorū, & de reuerentia eis exhibenda: & hęc est una pars iudicialiū p̄ceptorum. Dant ēt quędā p̄cepta ptinentia ad cōciues adinuicē, puta, circa emptiones, & uenditiones, & iudicia, & pęnas: & hæc est secunda pars iudicialiū p̄ceptorū. Dant ēt quædā p̄cepta ptinētia ad extraneos, puta, de bellis cōtra hostes, & de susceptione peregrinorū, & aduenarū: & hęc est tertia pars iudicialiū p̄ceptorū. Dant ēt in lege q̄dā p̄cepta ptinentia ad domesticā cōuersationē, sicut de seruis, & uxoribus, & filijs: & hæc est quarta pars iudicialiū p̄ceptorum.

K

Ad primvm ergo dicendum, q̄ ea, quæ ptinent ad ordinationē hoīum adinuicem, sunt quidē numero infinita, sed tn̄ reduci pn̄t ad aliqua certa s̄m differentiā ordinationis humanæ, ut * dictum est. * In cor. art.

Ad 2m dicendū q̄ p̄cepta decalogi sunt prima in gn̄e moraliū, ut * s. dictū est: & iō conuenienter alia p̄cepta moralia s̄m ea distinguunt. Sed p̄cepta iudicialia, & cæremonialia hñt aliam rōnem obligationis, non quidē ex rōne naturali, sed ex sola institutione: & iō distinctionis eorum alia est rō. * q. 100. art. 3.

Ad 3m dicendum, q̄ ex ipsis rebus, quæ p̄ præcepta iudicialis ordinantur in lege, innuit lex distinctionem iudicialium præceptorum.

QVAESTIO CV.

De ratione iudicialium præceptorum in quatuor articulos diuisa.

Deinde considerandum est de ratione iudicialiū præceptorum.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, De ratione p̄ceptorum iudicialium, quæ pertinent ad principes.

¶ Secundo, De his, quæ ptinent ad conuictum hominum adinuicem.

¶ Tertio, de his, quæ pertinent ad extraneos.

¶ Quarto, De his, q̄ ptinent ad domesticā conuersationem.

SVPER Q. CV.

Medi a ar. 1.

In q. 105. hoc solū scribēdū occurrit, q̄ tam ex lege ueteri, q̄ ex authoritate Aristo. & authoris apparet, q̄ non irrationabiliter ordinaretur, q̄ tam Ecclesia, q̄ quicunq; alius, nō posset ultra tm̄ agi in ciuitatis territorio, ut propriū hēre: sed donatum uel successiōe, uel quolibet aliter obuenientē, plus quilibet teneret uendere, ne possessiones ad paucos deuenirent: ut hoc u detur pluribus in locis acc. dere.

Articvlvs I.

Vtrum conuenienter lex uetus de principibus ordinauerit.

560 Porrecta per totum.

Ad primvm sic p̄cedit. Vr̄ q̄ incōuenienter lex uetus de principibus ordinauerit. Quia, ut ᵃ Philosophus dicit in 3 Politic. ordinatio populi p̄cipue dependet ex maximo principatu: sed in lege non inuenit qualiter deat institui supremus princeps: inuenit aūt de inferioribus principibus, primo quidem Exod. 18. Prouide de omni plebe uiros sapientes &c. & Numeri 11. Congrega mihi 70. uiros de senioribus Israel. & Deuter. 1. Date ex uobis uiros sapientes, & gnaros &c. ergo insufficienter lex uetus principes populi ordinauit.

* Li. 3. c. 4 non procul. a pri. tom. 5.

¶ 2 Præt. Optimi est ʰ optima adducere, ut Plato dicit: sed optima ordinatio ciuitatis, uel populi cuiuscunq; est, ut gubernet p̄ regem, quia huiusmo-

di regnū maxime repūtat diuinū regimē, quo nō Deus mundū gubernat à principio. igit̄ lex debuit regē populo instituere, & non ꝑmittere hoc eorū arbitrio, sicut ꝑmittit̄ Deut. 17. Cum dixeris, constituam super me regem, cum constitues &c.

¶ 3 Præt. Sicut dr̄ Mat. 12. Oē regnū in seipsum diuisum desolabit̄. quod ēt experimēto patuit in populo Iudæorū, in quo fuit diuisio regni destructionis cā: sed lex pcipue dēt intēdere ea, q̄ ꝑtinēt ad cōmunē salutē populi. ergo debuit i lege, ꝓhiberi diuisio regni i duos reges: nec ēt debuit hoc authoritate diuina itroduci, sicut legit̄ itroductū authoritate dñi p Achiā Silonitem Prophetam. 3. Reg. 11.

B ¶ 4 Præ. Sicut sacerdotes istituunt̄ ad utilitatē ppl̄i ī his, q̄ ad Deū ꝑtinet, ut p3 Heb. 5. ita pricipes ēt istituunt̄ ad utilitatē ppl̄i i reb. humanis: sed sacerdotib. & leuitis, q sūt i lege d̄putant̄ aliqua ex qb. uiuer̄ dēant, sicut d̄cimæ, & primitię, & multa alia hmōi. ergo sitr̄ pricipib. ppl̄i d̄buerūt aliqua ordinari vn̄ sustētarent̄, & pcipue cū ꝓhibita sit eis munerū acceptio, ut p3 Ex. 23. Nō accipietis munera, q̄ excecāt ēt prudētes, & subuertūt uerba iustorū

¶ 5 Præt. Sicut regnū est optimū regimen, ita tyrannis est pessima corruptio regiminis: sed Dn̄s regē instituēdo, h instituit ius tyrannicum. Dr̄. n. 1. Re-

C gū. 8. Hoc erit ius regis, q imperaturus est uobis, filios uestros tollet &c. ergo icōuenienter fuit ꝓuisum p legem circa principium ordinationem.

SED CONTRA est, q̄ ppl̄s Israel d̄ pleniudine ordinatiōis ɔmēdat Nu. 24. Quā pulchra sūt tabernacula tua Iacob, & tētoria tua Israel: sed pulchritudo ordinatiōis ppl̄i d̄pēdet ex pricipib. bn̄ istitutis ergo p legē ppl̄us fuit circa pricipes bn̄ istitutus

RESP. Dicēdū, q̄ circa bona ordinationē principū i aliqua ciuitate, uel gēte duo sunt attēdēda,. quorū unū est, ut oēs aliquā partē hēant in principatu: p hoc. n. cōseruat̄ pax populi, & oēs talē ordinationē amāt, & custodiūt, ut dr̄ i 2. Poli. Aliud ē

D qd̄ attēdit̄ ſm spēm regiminis, vł ordinatiōis principatuū, cuius cū sit diuersæ spēs, ut Phil. tradit i 3. Polit. pcipue tn̄ est unū regimē, in quo unus principat̄ ſm uirtutē: & aristocraria. i. ptās optimorū, ī qua aliq pauci principat̄ ſm uirtutem. Vn̄ optima ordinatio principū est aliqua ciuitate, uel regno, ī qua unus pficit̄ ſm uirtutē, q oib. psit, & sub ipso sunt aliq principātes ſm uirtutē: & tn̄ talis principatus ad oēs ꝑtinet, tum q̄a ex oib. eligi pñt: tū q̄a ēt ab oibus eligunt̄. Talis. n. est optima politia bn̄ cōmista ex regno, inquātū unus pest: & aristocratia, inquātū multi principant̄ ſm uirtutē: & ex democratia. i. ptāre populi, iquātū ex popularib. pñt eligi principes, & ad populū ꝑtinet electio principū: & hoc fuit institutū ſm legē diuinam. Nā Moyses, & eius successores gubernabāt populū quasi singulr̄ oibus principantes, qd̄ est qdā spēs regni. Eligebant̄ aūt septuaginta duo Seniores ſm uirtutē. Dr̄. n. Deut. 1. Tollite de uestris tribubus uiros sapiētes, & nobiles, & constitui eos principes, & hoc erat aristocraticū: sed democraticū erat, q̄ isti d̄ oī populo eligebant̄. Dr̄. n. Exod. 18. Prouide de omni plebe uiros sapientes, &c. & etiam q̄ populus eos

eligebat. unde dicit̄ Deuteron. 1. Date ex uobis uiros sapientes &c. unde patet, q̄ optima fuit ordinatio principum, quam lex instituit. Concilium

AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ popul' ille sub spāli cura Dei regebat̄. vn̄ dr̄ Deut. 7. Te elegit dn̄s De' tuus, ut sis ei ppl̄s peculiaris: & iō institutionē summi principis dn̄s sibi reseruauit. & hoc est qd̄ Moyses petiuit Nu. 27. Prouideat dn̄s Deus spirituū oīs carnis hoiem, q̄ sit sup multitudinē hanc: & sic ex Dei ordinatione institutus est Iosue in principatu post Moysen. & de singulis iudicibus q̄ post Iosue fuerūt legit̄, q̄ Deus suscitauit populo saluatorē, & q̄ spūs Dn̄i fuit in eis, ut patet Iudicū 2. Et ideo ēt electionem Regis non cōmisit dominus populo, sed sibi reseruauit, ut patet Deute. 17. Eum constitues regem, quem dominus Deus tuus elegerit.

AD 2m dicēdū, q̄ regnū est optimum regimē populi, si corrūpat̄: sed pp magnā ptātē, q̄ regi cōceditur, de facili regimē degenerat in tyrānidē, nisi sit pfecta uirtus eius, cui talis ptās cōcedit̄: q̄a nō est, nisi uirtuosi bn̄ ferre bonas fortunas, ut Philos. dicit in 10. Ethi. Perfecta aūt uirtus in paucis inuenitur, & pcipue Iudæi crudeles erāt, & ad auaritiam ꝓni, p q̄ uitia maxime hoies in tyrānidē decidūt. Et iō dn̄s a principio eis regē nō instituit cū plena ptāte, sed iudicē, & gubernatorē in eorū custodiā: sed postea regē ad petitionē populi quasi indignatus cōcessit, ut patet p hoc qd̄ dixit ad Samuelē 1. Regū 8. Nō te abiecerūt, sed me, ne regnē sup eos. Instituit tn̄ a principio circa regē instituēdū, primo qdē modū eligendi, in quo duo determinauit, ut s. in eius electione expectarēt iudiciū Dn̄i, & ut nō facerent regē alterius gentis, q̄a tales reges solēt parū affici ad gentē, cui pficiunt̄, & p cōsequēs nō curare de eis. Secūdo ordinauit circa reges institutos qualr̄ deberent se hr̄e quantū ad seipsos, ut s. nō multiplicarēt currus, & equos, neq; uxores, neque ēt immēsas diuitias: q̄a ex cupiditate horum principes ad tyrānidē declināt, & iustitiā derelinquūt. Instituit ēt qualr̄ se deberēt hic ad Deū, ut s. sp legerēt, & cogitarēt de lege Dei, & sp essent in Dei timore, & obediētia. Instituit ēt qualr̄ se haberēt ad subditos suos, ut s. nō superbe eos cōtemnerēt, aut opprimerent, neq; ēt a iustitia declinarēt.

AD 3m dicēdū, q̄ diuisio regni & multitudo regū magis est populo illi data in pœnā ꝓ multis dissensionib. eorū, quas maxime ɔ̄ regē Dauid iustū mouerāt, q̄ ad eorū ꝓfectum. unde dr̄ Osee 13. Dabo tibi regē i furore meo. & Osee 8. Ipsi regnauerūt, & n̄ ex me: principes extiterūt, & n̄ cognoui,

AD 4m dicēdū, q̄ sacerdotes p successionem originis sacris deputabant̄, & hoc iō ut in maiori reuerentia haberent̄, si non quilibet ex populo posset sacerdos fieri, quorū honor cedebat in reuerētiā diuini cultus: & iō oportuit ut eis specialia quędā deputarent̄ tam in decimis, q̄ in primitijs, q̄ ēt in oblationib. & sacrificiis, ex qb. uiuerēt. Sed principes, sicut dictū est, assumebant̄ ex toto populo, & iō hēbant certas possessiones proprias, ex qbus uiuere poterant: & pcipue cū Dn̄s prohiberet etiam in lege ne superabundarent diuitijs, aut In corp. articu.

[margin note, left column at D: Li. 3. c. 4. tom. 1.]

magnifico apparatu, tũ quia nõ erat facile quando ex his in superbiã, & tyrãnidẽ erigerẽtur: tũ ẽt quia si principes nõ erant multũ diuites, & erat laboriosus principatus, & sollicitudine plenus, nõ multũ affectabatur à popularibus, & sic tollebatur seditionis materia.

Ad 5^m^ dicẽdũ, quod illud ius nõ debatur regi ex institutione diuina, sed magis pnũciabatur usurpatio regũ, quod sibi ius iniquũ cõstituũt in tyrãnidẽ degñantes, & subditos depdantes. & hoc patet per hoc quod in fine subdit: Vosq; eritis ei serui: quod ꝓprie ad tyrãnidẽ quia tyrãni suis subditis pricipãtur ut seruis. vñ hoc dicebat Samuel ad terrẽdũ eos ne regẽ peterẽt: sequitur .n. Noluit ãt audire populs vocem Samuelis. ¶ Pôt tñ cõtigere, quod bonus rex absq; tyrãnide filios tollat, & cõstituat tribunos, & cẽturiones, & multa accipiat à subditis suis pp cõe bonũ ꝓcurandũ.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter fuerint tradita præcepta iudicialia quantum ad popularium conuictum.

Medina. ar. 2.

101 *Porrecta per totum.* AD SECVNDVM sic procedit. Vr quod incõueniẽter fuerint tradita pcepta iudicialia, quãtũ ad popularium cõuictũ. Nõ.n. põt hoies pacifice uiuere adinuicẽ, si vnus accipiat ea, quæ sunt alterius: sed hoc vr esse idductũ i lege. dr.n. Deut. 23. Ingressus vineã ꝓximi tui comede vuas quãtum tibi placuerit ergo lex vetus nõ cõueniẽter ꝓuidebat hoium paci.

¶ 2 Præt. Ex hoc maxime multæ ciuitates, & regna destruunt, quod possessiones ad mulieres ꝑueniunt, ut * Philosophus dicit in 2. Polit. sed hoc fuit introductũ in ueteri lege. dr.n. Num. 27. Hõ cũ mortuus fuerit absq; filio, ad filiam eius transibit hereditas. ergo nõ conuenienter prouidit lex saluti populi.

*Li.2 c.7. ante me. tom.5.

¶ 3 Præt. Societas hoium maxime conseruatur per hoc quod hoies emendo, & uendendo, sibiinuicem, res suas cõmutant, quibus indigent, ut dr in 1. * Pol. sed lex uetus abstulit uirtutẽ uenditionis. mandauit.n. quod possessio uendita reuerteretur ad uenditorem in qũquagesimo anno Iubilæi, ut patet Leui. 25. incõueniẽter igit lex populum illũ circa hoc instituit.

*Li.1.c.5. & 7. to.5.

¶ 4 Præt. Necessitatibus hoium maxime expedit, ut hoies sint prõpti ad mutuum concedendũ, ut q̃ qdẽ prõtitudo tollit per hoc, quod creditores accepta non reddunt. vñ dr Eccles. 29. Multi non cã nequitiæ non fœnerati sunt sed fraudari gratis timuerunt. hoc aũt induxit lex, primo quidẽ quia mandauit Deut. 15. Cui debetur aliquid ab amico, uel ꝓximo, ac fratre suo, repetere nõ poterit: quia annus remissionis est Dñi. & Exod. 22. dr, quod si præsẽte Dño aial mutuatũ mortuũ fuerit, reddere nõ tenetur. Scdo quia aufert ei securitas quæ hr per pignus: dr.n. Deute. 24. Cũ repetes à ꝓximo tuo rẽ aliquã quã dẽt tibi, nõ ingredieris domũ eius, ut pignus auferas. & itetũ: Nõ pnoctabit apud te pignus, sed stati reddes ei. ergo isufficiẽter fuit ordinatũ i lege de mutuis.

¶ 5 Præt. Ex defraudatione depositi maximũ piculũ imminet, & iõ est maxima cautela adhibẽda. vñ ẽt dr 2. Mach. 3. quod sacerdotes inuocabãt eũ de cœlo, qui de depositis legẽ posuit, ut his qui deposuerat ea salua custodirẽt. sed i pceptis ueteris legis parua cautela circa depositũ adhibetur. Dr.n. Exo. 22. quod i amissione depositi statur iuro eius apud quẽ fuit depositũ. ergo nõ fuit circa hoc legis ordinatio cõueniens.

¶ 6 Præt. Sicut aliquis mercenarius locat operas suas, ita ẽt aliqui locant domũ, uel quæcunq; alia hmõi: sed non est necessarium, ut statim pretiũ locatæ domus conductor exhibeat. ergo ẽt nimis durum fuit quod præcipitur Leuit. 19. Non morabitur opus mercenarij tui apud te usque mane.

¶ 7 Præt. Cũ freqũẽter immineat iudiciorũ necessitas, facilis dẽt esse accessus ad iudicẽ. inconuenienter igitur statuit lex Deut. 17. ut irent ad unum locum expetituri iudicium de suis dubijs.

¶ 8 Præt. Possibile est non solũ duos, sed ẽt tres, uel plures concordare ad mentiendum inconuenienter igitur dicitur Deut. 19. In ore duorum, uel triũ testium stabit omne uerbum.

¶ 9 Præt. Pœna dẽt taxari sm quãtitatẽ culpæ: vñ dr ẽt Deu. 25. Pro mẽsura pcti, erit, & plagarũ modus: sed quibusdã æqualibus culpis lex statuit inæquales pœnas. Dr.n. Exo. 22. quod restituet fur qnq; boues ꝓ uno boue, & quatuor oues ꝓ vna oue. qdã ẽt non multũ grauia pctã graui pœna puniunt, sicut Nu. 15. lapidatus est, qui collegerat ligna i sabbatho. Filius ẽt ꝓteruus pp parua delicta, quia s. comessationibus uacabat, & cõuiuijs, mãdat lapidari, Deu. 21. igitur incõuenienter in lege sunt iustitutæ pœnę.

¶ 10 Præt. Sicut * Aug. dicit 21. de ciuitate Dei, Octo gña pœnarũ in legibus esse scribit Tullius Dãna, vincula, uerbera, taliõnẽ, ignominiã, exiliũ, moitẽ, seruitutẽ: ex quibus aliqua sunt in lege statuta. Dãnum qdẽ, sicut cũ fur cõdẽnabatur ad quintuplũ, uel quadruplũ. Vincula uero, sicut Nu. 15. mãdat quodã quod in carcerẽ includatur. Verberã uero, sicut Deu. 25. Si eũ qui peccauit, dignũ uiderint plagis, ꝓsternẽt, & corã se faciẽt uerberari. Ignominiã ẽt iferebat illi, qui nolebat accipere uxorẽ fratris sui defuncti quod tollebat calciamẽtũ illius, & spuebat in faciẽ illius. Mortẽ ẽt inferebat, ut patet ẽt Leuit. 29. Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur. Pœnã ẽt talionis lex induxit, dicẽs Exod. 21. Oculũ ꝓ oculo, dẽtem ꝓ dẽte. Incõueniẽter igit vr, quod alias duas pœnas. s. exiliũ, & seruitutẽ lex uetus nõ iflixit.

*Li.21.c.11 circa prin cip. to.5.

¶ 11 Præt. Pœna non debet nisi culpæ, sed bruta aialia nõ põt habere culpam. ergo incõuenienter eis infligit pœna, Exod. 21. Bos lapidibus obruetur qui occiderit uirum, aut mulierẽ. & Leuit 20. dr. Mulier, quæ succubuerit cuilibet iumento, simul interficiatur cum eo. sic igitur uidetur quod inconuenienter ea, quæ pertinent ad conuictum hominum adinuicem, fuerint in lege ueteri ordinata.

¶ 12 Præt. Dñs mandauit Exo 21. quod homicidiũ morte hois puniret: sed mors bruti aialis multo minus reputatur, quam occisio hois. ergo non põt sufficienter recompensari pœna homicidij per occisionem bruti aialis. incõuenienter igit mandatur Deut. 21. quod si inuentum fuerit cadauer occisi hois, & ignorabitur cædis reus, seniores propinquioris ciuitatis tollãt uitulam de armento, quæ nõ traxit iugum, nec terram scidit uomere, & ducent eam ad uallem asperam atq; saxosam, quæ nunquãm arata est, nec sementa recepit, & cædent in ea ceruices uitulæ.

SED CONTRA est, q̄ pro speciali beneficio commemoratur in psal. 147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis.

Li. 2. c. 21. & lib. 19. c. 21. to. 5. RESP. Dicẽdũ, q̄ sicut* Au. in 2. de ciui. Dei introducit a Tullio dictũ, Populus ẽ cętus multitudinis, iuris cõsensu, & utilitatis cõione sociatus: vñ ad rõnẽ populi ptinet, ut cõicatio hominũ adinuicẽ iustis pceptis legis ordinet. Est autẽ duplex cõicatio hominũ adinuicẽ. Vna quidẽ q̄ fit authoritate principũ. Alia aũt fit propria uoluntate priuatarũ psonarũ. Et quia uolũtate uniuscuiusq; disponi pt, qđ eius subditur potestati, iõ authoritate principũ, q̄bus subiecti sunt homines, oportet q̄ iudicia inter B homines exerceant, & pœnæ malefactoribus inferant. Ptãti uero priuatarũ psonarũ subdunt res possessæ: & iõ ppria authoritate in his pñt sibiinuicẽ cõicare, puta emendo, uendẽdo, donando, & aliis hmõi. Circa utranq; aũt cõicationẽ lex sufficienter ordinauit. Statuit. n. iudices, ut patet Deut. 16. Iudices, & magistros cõstitues in oibus portis eius, ut iudicẽt populũ iusto iudicio. Instituit ẽt iustũ iudicii ordinẽ, ubi dr̄ Deut. 1. Qđ iustũ est iudicate, siue ciuis ille sit, siue peregrinus, nulla erit psonarũ distĩctio. Sustulit ẽt occasionẽ iniusti iudicii, acceptionẽ munerũ iudicibus prohibendo, ut patet Exod. C 23. & Deut. 16. Instituit ẽt numerũ testiũ duorũ, uel In sol. ad 10. argu. *lib. 2. c. 5. tom. 5. triũ, ut patet Deut. 17. & 19. Instituit ẽt certas pœnas p diuersis delictis, ut post dicet. Sed circa res possessas optimũ est, sicut dicit* Philo. in 2. Polit. q̄ possessiones sint distinctæ, & usus sit partim cõis, partim, aũt p uolũtatẽ possessorum cõicet: & hæc tria fuerunt in lege statuta. Primo. n. ipsæ possessiones diuisę erãt in singulos dr̄. n. Nu. 34. Ego dedi uobis terrã in possessionẽ, quã sorte diuidetis uobis. Et q̄a p possessionũ irregularitatẽ plures ciuitates Li. 2. ca 7. ante medi-ũ to. 5. destruunt, ut Philos. dicit in 2. Polit. iõ circa possessiones regulãdas triplex remediũ lex adhibuit: Vnũ D quidem, ut secundum numerũ hominum æqualiter diuiderentur. uñ dr̄ Num. 34. Pluribus dabitis latiorẽ, & paucioribus angustiorẽ. aliud remedium est, ut possessiones nõ in ppetuũ alienentur, sed certo tpe ad suos possessores reuertantur ut non confundantur sortes possessionũ. Tertiũ remedium est ad hmõi cõfusionẽ tollendã, ut pximi succedant morientibus. Primo qđẽ gradu filius, secundo aũt filia tertio fratres quarto patrui, quinto quicunq; propinqui. Et ad distinctionẽ sortiũ pseruandã ulteri⁹ lex statuit, ut mulieres, q̄ sunt hęredes, nuberẽt suę trib. hoibus, ut habet Num. 36. Secũdo uero insti- E tuit lex, ut quãtũ ad aliqua, usus rerũ esset cõis, & quantũ ad curã. pceptũ est. n. Deut. 20. Non uidebis bouẽ & ouẽ fratris tui errãtẽ, & pteribis, sed reduces fratri tuo, & sic̃ de aliis: secũdo quantũ ad fructũ. Cõcedebãt. n. cõiter quantũ ad oẽs, ut ingressus in uineã amici licite comedere posset, dũ tñ extra nõ deferret. Quantũ ad pauperes vero spãliter ut eis relinquerent manipuli obliti, & fructus, & racemi remanẽtes, ut hr̄ Leui. 19. & Deut. 24. & ẽt cõicabant ea, q̄ nascebant i septimo anno, ut hr̄ Exo. 23. & Leui. 25. Tertio uero statuit lex cõicationem factã p eos, q̄ sunt rerũ dñi, unã pure gratuitã: un A de dicitur Deut. 14. Anno tertio separabis aliam decimã, ueniẽtq; leuites, & peregrinus, & pupillus & uidua, & comedent & saturabunt. Aliam uero cum recompensatione utilitatis, sicut p uẽditionem, & emptionẽ, & locutionẽ, & cõditionem, & per mutuũ, & iterũ per depositũ, de quibus omnibus inueniuntur ordinationes certæ in lege. unde patet q̄ lex uetus sufficiẽter ordinauit pui̇ctũ illi⁹ populi. Conclu.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̄ sicut Apost. dicit Ro. 13 Qui diligit pximũ, legẽ impleuit, q̄a s. oĩa pcepta legis pcipue ordinata ad proximũ, ad hũc finẽ ordinari uident, ut homines seinuicẽ diligãt: ex dilectione aũt pcedit, q̄ homines sibiinuicẽ bona sua cõicẽt: q̄a ut dr̄ 1. Io. 3. Qui uiderit fratrẽ suũ necessitatẽ patiẽtẽ, & clauserit uiscera sua ab eo, q̃õ charitas Dei manet in illo: & iõ intendebat lex hoies assuefacere, ut facile sibiinuicẽ sua cõicarẽt, sicut & Apost. 1. ad. Tim. 6. diuitib. mãdat facile tribuere, & cõicare. Nõ ãt facile cõicatiuus ẽ, q̄ nõ sustinet q̄ pximus aliqđ modicũ de suo accipiat absq; magno sui detrimento: & iõ lex ordinauit, ut liceret i trantem in uineam proximi, racemos ibi comedere, non autẽ extra deferre, ne ex hoc daretur occasio grauis damni inferendi ex quo pax perturbaretur, quæ inter disciplinatos nõ perturbatur ex modicorũ acceptione, sed magis amicitia pfirmatur, & assuefiunt homines ad aliquid facile cõicandum.

AD 2ᵐ dicendũ, q̄ lex nõ statuit, q̄ mulieres succederẽt i bonis paternis, nisi ex defectu filiorũ masculorũ. tũc ãt necessariũ erat, ut successio mulieribus pcederet i cõsolationẽ patris, cui graue fuisset si ei⁹ hęreditas oino ad extraneos transiret Adhibuit tñ circa hoc lex cautelã debitã, pcipiẽs ut mulieres succedẽtes in hæreditate paterna, nuberent suæ tribus hominibus, ad hoc quòd sortes tribuũ non confunderentur, ut habetur Num. ult.

AD 3ᵐ dicẽdũ, q̄ sicut* Phil. dicit i 2. Polit. Regulatio possessionũ multũ pfert ad pseruationẽ ciuitatis uel gẽtis: uñ sicut ipse dicit apud quasdã Gẽtiliũ ciuitates statutũ fuit, ut null⁹ possessionẽ uẽdere posset, nisi p manifesto detrimẽto. Si. n. passi possessiones uẽdant, pt ptingere, q̄ oẽs possessiones ad paucos pueniat, & ita neceẽ erit ciuitatẽ, uel regionẽ habitatorib. euacuari: & iõ lex uet⁹ ad hmõi piculũ remouẽdũ sic ordinauit, q̄ & necessitatiẽ. hoinum subueniret, pcedẽs possessionũ uẽditionẽ usq; ad certũ tps: & tñ piculũ remouit, pcipiẽs ut certo tpe possessio uẽdita ad uẽdẽtẽ rediret Et hoc instituit, ut sortes ñ cõfunderent, sed semp remaneret eadẽ distinctio determinata i tribub. Quia uero domus urbanæ ñ erãt sorte distinctæ, iõ cõcessit q̄ in ppetuũ uẽdi possent, sicut, & mobilia bona. Nõ. n. erat statutus numerus domorũ ciuitatis sicut erat certa mẽsura possessionis, ad quã nõ addebat. Poterat ãt aliquid addi ad numerũ domorũ ciuitatis. Dom⁹ uero, q̄ nõ erãt i urbe, sed in uilla muros uõ habẽtes, in ppetuũ uẽdi nõ poterãt: q̄a hmõi domus nõ cõstituũtur nisi ad cultũ, & ad custodiã possessionũ: & ideo lex congrue statuit ius circa utrunque. De alienatione domorũ & possessio-num. c. 5. ante me. to. 5.

AD 4ᵐ dicendũ, q̄ sicut* dictũ est, intentio legis erat assuefacere homines suis præceptis ad hoc, q̄ ad In solut. ad 1. arg. ubi ...

sibi inuicē de faci[illegible] in necessitatib. subinueniret: q̃a hoc maxime est amicitiæ fomētū. Et hanc quidē facilitatē subueniēdi nō solū statuit in his, q̃ gratis, & absolute donantur, sed ēt in his, quæ mutuo conceduntur: q̃a hmōi subuentio frequentior est, & plurib. necessaria. Hmōi aūt subuentionis facilitatē multipliciter instituit. Primo qdē, ut faciles se pberēt ad mutuū exhibēdū, nec ab hoc retraherent anno remissionis appropinquāte, ut hr̄ Deut. 15. Secūdo, ne eū, cui mutuū cōcederēt grauarēt uel usuris, uel ēt aliqua pignora oīno uitæ necessaria accipiēdo, & si accepta fuerint, ꝙ statim restituerent. Dr̄. n. Deut. 23. nō fœneraberis fratri tuo ad usurā. & 24. Nō accipies loco pignoris interiorē, & superiorē molā, q̃a animā suā apposuit tibi. & Exod. 21. dr̄: Si pign⁹ à ꝓximo tuo acceperis uestimētū, ante solis occasum reddes ei. Tertio, ut nō importune exigerēt. uñ dr̄ Exod. 23. Si pecuniā mutuā dederis populo meo pauperi, q̃ habitat tecū, nō urgebis eū quasi exactor & pp hoc ēt mādat Deu. 24. Cū repetes à proximo tuo rē aliquā, quā dēt tibi nō ingredieris in domū eius, ut pignus auferas, sed stabis foris, & ille tibi ꝓferet qđ habuerit, tū q̃a dom⁹ est tutissimū uniuscuiusq;, receptaculū, uñ molestū homini est, ut in domo sua inuadat: tū ēt q̃a nō cōcedit creditori, ut accipiat pignus qđ uoluerit, sed magis debitori, ut det quo minus indiguerit. Quarto instituit ꝙ in septimo anno debita penitus remitterent. Probabile. n. erat, ut illi, q̃ cōmode reddere possent, ante septimū annū redderēt, & gratis mutuātē nō defraudarēt. Si āt oino impotētes essēt, eadē rōne eis erat debitū remittēdū ea dilectiōe qua ēt erat eis de nouo dādū pp idigētiā. Circa aialia uero mutuata hęc lex statuit, ut pp negligētiā eius cui mutuata sunt, si in ipsius absentia moriant, uel debilitent, reddere ea cōpellat. Si uero eo pſente, & diligenter custodiēte, mortua fuerint, uel debilitata, non cogebat restituere, & maxime si erant mercede cōducta, q̃a ita ēt potuissent mori, & debilitari apud mutuantē: & ita si cōseruationē aialis cōsequeret, iā aliquod lucrū reportaret ex mutuo, & nō esset gratuitū mutuū. Et maxime hoc obseruādū erat, q̃n aialia erāt mercede cōducta: q̃a tunc habebat certū pretiū ꝓ usu aialiū: uñ nihil accrescere debebat p restōnē aialiū, nisi pp negligentiam custodientis. Si aūt nō essent mercede cōducta, potuisset hr̄e aliquam æquitatem, ut saltem tm̄ restitueret, quantum usus animalis mortui, uel debilitati conduci potuisset.

De deposītis seruandis & reddendis.

Ad 5m dicendū, ꝙ hæc differentia est inter mutuū, & depositum quia mutum traditur in utilitatē eius, cui traditur: sed depositū traditur in utilitatē deponentis. & ideo magis arctabatur aliquis in aliquibus casibus ad restituendū mutuū, q̃ ad restituendum depositum. Depositum. n. perdi poterat dupliciter. Vno modo, ex cā ineuitabili, uel naturali, puta, si esset mortuum, uel debilitatū animal depositū: uel extrinseca, puta, si esset captū ab hostibus, uel si esset comestū à bestia, in quo tamē casu tenebatur deferre ad dñm animalis, id quod de animali occiso supererat: in aliis aūt *supradictis casibus nihil reddere tenebatur, sed solum ad expurgandū suspitionē fraudis tenebatur iuramentum p̄stare. Alio mō poterat pdi ex cā euitabili puta, per furtū: & tūc pp negligētiā custodis teddere tenebatur. Sed, sicut *dictū est, ille, qui mutuo accipiebat aial tenebat̃ reddere, ēt si debilitatū, aut mortuum fuisset in eius absentia: de minori. n. negligētia tenebat̃, q̃ depositarius, q̃ non tenebatur nisi de furto.

In ista sol. *Ad 4. arg.*

De cura reddēdę mercedis

Ad 6m. dicēdū, ꝙ mercenarii, qui locant operas suas, paupetes sunt, de laboribus suis uictū quęrentes quotidianū: & ideo lex prouidē ordinauit, ut statim eis merces solueret, ne uictus eis deficeret. Sed illi, qui locant alias res diuites esse consueuerunt, nec ita indigēt locationis pretio ad suū uictū quotidianū: & ideo non est eadem ratio in utroq;.

De iudiciorū appellationibus.

Ad 7m dicēdū, ꝙ iudices ad hoc inter homines cōstituuntur, ꝙ determinent quod ambiguū inter homines circa iustitiā esse pt̄. Dupliciter aūt aliqđ pt̄ eē ambiguū. Vno mō, apud simplices: & ad hoc dubiū tollendū, mandatur Deut. 16. ut iudices & magistri constituerentur per singulas tribus, ut iudicarēt populū iusto iudicio. Alio mō cōtingit aliquid esse dubiū ēt apud peritos: ꝗ ad hoc dubium tollendū constituit lex, ut oēs recurrerent ad locū p̄ncipalē à Deo electū, in quo, & sūmus Sacerdos esset, q̃ determinaret dubia circa cęremonias diuini cultus: & summus iudex populi, qui determinaret, q̃ p̄tinēt ad iudicia hominū: sicut ēt nūc p appellationē, uel p cōsultationē causę ab inferioribus iudicibus ad superiores deferunt. Vñ dr̄ Deut. 17. Si difficile, & ambiguū apud te iudiciū prospexeris, & iudicū intra portas tuas uideris uerba uariari, ascende ad locum, quē elegerit Dñs, i ueniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicē q̃ fuerit in illo tp̄e. Hmōi aūt ambigua iudicia nō freqūēter emergebant: unde ex hoc populus non grauabatur.

De testib.

Ad 8m dicendū, ꝙ in negotiis humanis non pōt haberi demōstratiua ꝓbatio & infallibilis, sed sufficit aliqua cōiecturalis ꝓbabilitas, sm̄ quā rethor p̄suadet: & iō licet sit possibile duos, aut tres testes ī mēdaciū cōuenire, nō tñ est facile, nec probabile, ꝙ ꝯueniāt: & iō accipit eorū testimoniū tanq̃ uerū & p̄cipue si in suo testimonio nō uacillēt, uel alias suspecti nō fuerint. Et ad hoc etiā nō de facili à ueritate testes declinarēt, instituit lex, ut testes diligētissime examinarent, & grauiter punirentur q̃ inuenirent̃ mēdaces, ut habet Deu. 19. Fuit tñ aliqua rō hmōi numeri determinādi ad significandū infallibilē ueritatē pſonarū diuinarū, quę q̃nq; numerant̃ duę, quia Spiritus sanctus est nexus duorum: q̃nque exprimuntur tres, ut *Augustinus dicit super illud Io. 8. In lege uestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium uerum est.

Trac. 36 ī sñ. deci nando ad fi. to. 9.

Et h. t. de Tr. c. 8. a me- dio, to. 3. *De pœnis in suo iudicio infligendis.*

Ad 9m dicēdū, ꝙ non solū propter grauitatē culpæ, sed ēt pp alias causas grauis pęna infligit. Primo quidē, pp quantitatē peccati: quia maiori peccato cæteris paribus pęna grauior debetur. Secundo pp peccati cōsuetudinē: quia à peccatis cōsuetis nō faciliter homines abstrahuntur, nisi per graues pęnas. Tertio, propter multam concupiscentiā uel delectatione in peccato: ab his. n. non de facili homines abstrahuntur, nisi propter graues pœnas.

Quarto.

Quarto, pp facilitatem cômittendi pctm̄, & iacen ... plo: hmôi.n. peccata qñ manifestant̄, sunt magis punieda ad aliorũ terrorẽ. Circa ipsã ẽt quãtitatẽ pcti quadruplex grad⁹ ẽ attẽdẽd⁹ ẽt circa vnũ & idem factũ. Quorũ primus est, qñ inuoluntarius pctm̄ cômittit: tunc.n. si oĩno est inuoluntarius, totaliter excusat̄ à pœna. Dr̄.n. Deut. 22. ꝙ puella, q̃ opprimit̄ in agro, non est rea mortalis, qa clamauit, & nullus affuit, q̄ liberaret eam. Si vero aliquo mõ fuerit uolũtarius, sed tñ ex infirmitate peccat, puta, cũ quis peccat ex passione, minuit̄ pctm̄: & pœna ſm veritatem iudicij diminui dẽt, nisi forte pp cõem vtilitatem pœna aggrauetur ad abstrahẽdum hoĩes ab hmôi peccatis, sicut * dictum est.

In istam & solutione.

Secundus gradus est, qñ quis per ignorãtiam peccauit: & tunc aliquo mõ reus reputabat̄ pp negligentiam addiscendi, sed tñ non puniebat̄ per iudices, sed expiabat pctm̄ suum per sacrificia. vñ dr̄ Leui. 4. Aĩa, q̃ peccauerit per ignorantiam &c. sed hoc intelligendum est de ignorantia facti, non aũt de ignorantia p̄cepti diuini, qd̄ oẽs scire tenebantur. Tertius gradus est, qñ aliquis ex superbia peccabat, idest, ex certa electione, uel ex certa malitia: & tũc puniebatur ſm quantitatẽ delicti. Quartus aũt gradus est, qñ peccabat per proteruiam, & pertinaciã: & tunc quasi rebellis, & destructor ordinationis legis oĩno occidendus erat. Secundum hoc dicendũ est, ꝙ in pœna furti considerabatur ſm legem, id, qd̄ frequenter accidere poterat: & iõ pro furto aliarũ rerum, q̃ de facili custodiri pñt à furib. non reddebat fur nisi duplũ. Oues aũt nõ de facili pñt custodiri à furto, qa pascunt̄ in agris: & iõ frequẽtius cõtingebat, ꝙ oues furto subtraherent̄. vñ lex maiorẽ pęnã apposuit ut. s. quatuor oues ꝓ una oue redderent̄. Adhuc aũt boues difficilius custodiunt̄, qa habent̄ i agris, & nõ ita pascuntur gregatim sicut oues: & iõ adhuc hic maiorẽ pęnã apposuit, ut. s. quinq; boues ꝓ vno boue redderent̄. & hoc dico, nisi forte idẽ aĩal inuentũ fuerit viuens apud eũ: quia tunc solũ duplũ restituebat, sicut, & in cęteris furtis. poterat.n. hẽri p̄sumptio, ꝙ cogitaret restituere, ex quo viuũ seruasset. Vel pt dici ſm * gl. ꝙ bos hẽt quinque vtilitates, qa immolat̄, arat, pascit carnib. lac dat, & coriũ ẽt diuersis vsib. ministrat: & iõ ꝓ uno boue quinq; boues reddebant̄. Ouis ẽt hẽt quatuor utilitates, qa immolat̄, pascit, lac dat, & lanã ministrat. Filius autẽ cõtumax, ñ qa comedebat, & bibebat, occidebat̄: sed pp cõtumaciam, & rebellionẽ, q̃ semper morte puniebatur, ut dictũ est. Ille uero, q̄ colligebat ligna in sabbatho, lapidatus fuit tãquàm legis violator, q̃ sabbathum obseruari præcipiebat in commemorationem fidei nouitatis mundi, sicut * supra dictum est. vnde occisus fuit tanquàm infidelis.

Gl. ordin. in princ. 22. cap. Exod.

q. 100. ar. 5. in corpo. & ad 2. arg.

Ad 10ᵐ dicendũ, ꝙ lex vetus pœnã mortis inflixit in grauiorib. criminibus, s. in his, q̃ ꝯ Deũ peccantur, & in homicidio, & in furto hoium, & in irreuerentia ad parentes, & in adulterio, & in incestibus. In furto aliarum rerum adhibuit pœnam damni. In percussuris autem, & mutilationibus induxit pœnam talionis, & similiter in peccato falsi

A testimonij. In alijs aũt minorib. culpis induxit pœnam flagellationis, uel ignominiæ. Pœnam aũt seruitutis induxit in duobus casib. In uno quidem, qñ septimo anno remissionis ille, qui erat seruus, nolebat beneficio legis vti ut liber exiret: unde ꝓ pęna ei infligebat̄, ut in perpetuũ seruus remaneret. Secundo infligebat̄ furi, qñ nõ habebat qd̄ posset restituere, sicut hr̄ Exo. 22. Pęnã aũt exilij vniuersaliter lex nõ statuit, quia in solo populo illo Deus colebat̄, oĩbus alijs populis per idolatriam corruptis. unde si qs à populo illo vniuersaliter exclusus esset, daret̄ ei occasio idolatriæ. & iõ 1. Regũ 26. dr̄, B ꝙ Dauid dixit ad Saul: Maledicti sunt, qui eiecerũt me hodie, ut non habitẽ in hæreditate Dñi, dicentes. Vade, serui dijs alienis. Erat tamen aliquod particulare exilium. dr̄.n. Deut. 19. ꝙ qui percusserit proximum suum nesciens, & qui nullum ꝯ ipsum habuisse odium comprobatur, ad unam urbium refugii confugiebat, & ibi manebat vsque ad mortem summi Sacerdotis. Tũc.n. ei licebat ad domum suã redire: quia in uniuersali damno populi cõsueuerunt particulares iræ sedari, & ita proximi defuncti non sic proni erant ad eius occisionem.

De homicidij pœna.

Ad 11ᵐ dicendũ, ꝙ animalia bruta mãdabãtur C occidi non pp aliquam ipsorum culpam, sed in pęnam dominorum, qui talia animalia non custodierant ab hmôi peccatis: & iõ magis puniebatur dominus, si bos cornupeta fuerat ab heri, & nudius tertius, in quo casu poterat occurri periculo, q̄ si subito cornupeta efficeretur. Vel occidebantur animalia in detestationem peccati, & ne ex eorum aspectu aliquis horror hominibus incuteretur.

Ad 12ᵐ dicendũ, ꝙ rõ lr̄alis illius mandati fuit, ut Rabbi Moyses dicit, quia frequẽter interfector est de ciuitate propinquiori. unde occisio uitulæ fiebat ad explorandum homicidium occultum, qd̄ D quidem fiebat per tria, quorum unum est, quo seniores ciuitatis iurabãt nihil se p̄termisisse in custodia uiarũ. Aliud est, qa ille, cuius erat vitula, dãnificabat̄ in occisione aĩalis, & si prius manifestaret̄ homicidiũ, animal nõ occideret̄. Tertiũ est, qa locus in quo occidebat̄ vitula, remanebat incultus & iõ ad euitãdũ utrunq; damnũ hoĩes ciuitatis de facili manifestarẽt homicidã si scirẽt, & raro poterat esse, quin aliqua uerba, uel indicia sup hoc facta essent: uel hoc fiebat ad terrorẽ in detestationẽ homicidii. Per occisionem.n. vitulæ, q̃ ẽ animal vtile, & fortitudine plenũ, p̄cipue antequàm laboE ret sub iugo, sigñabat̄ ꝙ qcunque homicidiũ fecisset, q̄uis esset utilis, & fortis, occidẽd⁹ erat, & morte crudeli, qd̄ ceruicis cõcisio sigñabat, & ꝙ tanq̄ vilis, & abiectus à consortio hoium excludendus erat, qd̄ significabatur p hoc, ꝙ vitula occisa in loco aspero, & inculto, relinquebat̄ in putredinẽ cõuertenda. Mystice aũt p vitulam de armento significatur caro Christi, q̃ non traxit iugum, quia non fecit peccatum: nec terrã scidit vomere, idest, seditionis maculam non admisit. Per hoc.n. quòd in valle inculta occidebatur, significabatur despecta mors Christi, per quam purgantur omnia peccata, & diabolus esse homicidii author ostenditur.

AR-

ARTICVLVS III.

Vtrum iudicialia præcepta sint conuenienter tradita quantum ad extraneos.

Medina ar. 3.

562 *Porrecta per totum.* AD TERTIVM sic procedit. Vr ꝙ iudicialia præce
pta nõ sint cõuenienter tradita quãtũ ad extra
neos. Dicit enim Petrus actuũ 10. In ueritate cõpe-
ri, qm̃ nõ est acceptor ꝑsonarũ Deus, sed in oĩ gen
te q timet Deũ, & operat iustitia, accept⁹ ẽ illi: sed
illi q sunt Deo accepti, nõ sunt ab ecclesia Dei ex-
cludẽdi. incõueniẽter igit mandat Deut. 23. ꝙ Am
monites, & Moabites ẽt post decimam generatio-
nẽ nõ intrabunt in ecclesiam Domini in æternum:
G econtrario autem ibidem præcipitur de quibusdã
gentibus, Nõ abominaberis Idumæũ, qa frater tu⁹
est: nec Aegyptium, qa aduena fuisti in terra eius.
¶ 2 Præt. Ea quæ non sunt in potestate non, merен
tur aliquam pœnam: sed ꝙ homo sit eunuchus, uel
ex scorto natus, non est in potestate eius. ergo in-
cõuenienter mandatur Deut. 23. ꝙ eunuchus, & ex
scorto natus non ingrediatur ecclesiam Domini.
¶ 3 Præt. Lex uetus misericorditer mandauit, ut ad
uenæ nõ affligant. dr̃. n. Exo. 22. Aduenã nõ contri-
stabis, neq; affliges eũ: aduenæ enim & ipsi fuistis
H in terra Aegypti, & 23. Peregrino molestus nõ eris
scitis enim aduenarũ aĩas, qa, & ipsi peregrini fui-
stis in terra Aegypti: sed ad afflictionẽ alicuius ꝑti-
net, ꝙ usuris opprimat. incõueniẽter igit lex ꝑmi
sit Deu. 23. ut alienis ad usurã pecuniam mutuarẽt.
¶ 4 Præt. Multo magis appropinquãt nobis hoĩes,
q̃ arbores, sed his, quæ sunt nobis magis ꝓpinqua,
magis debemus affectũ, & effectum dilectionis im-
pendere, secundũ illud Ecclesi. 13. Omne animal dili
git simile sibi, sic, & oĩs homo proximum sibi. incõ
uenienter igitur dominus Deut. 20. mandauit, ꝙ de
ciuitatibus hostium capitis omnes interficerent, &
I tamen arbores fructiferas non succiderent.
¶ 5 Præ. Bonũ cõe ẽm uirtutẽ, est bono priuato ꝑfe-
rendũ ab unoquoq;: sed in bello qđ cõmittitur cõ-
tra hostes, q̃ritur bonũ cõe. inconuenienter igitur
mandat Deut. 20. ꝙ imminente prælio aliqui domũ
remittantur, puta, qui ædificauit domum nouã, qui
plantauit uineam, uel qui desponderit uxorem.
¶ 6 Præt. Ex culpa nõ debet quis cõmodum repor-
tare: sed ꝙ homo sit formidolosus, & corde pauid⁹
culpabile est, contrarium enim est uirtuti fortitudi
nis. inconuenienter igitur à labore prælii excusa-
bantur formidolosi, & pauidum cor habentes.
K SED CONTRA est, quod Sapientia diuina dicit
Prouerb. 8. Recti sunt omnes sermones mei, non ẽ
in eis prauum quid, neque peruersum.
RESP. dicẽdũ, ꝙ cũ extraneis ꝑt esse hominũ cõ
uersatio dupliciter. Vno mõ pacifice: alio mõ hosti
Concl. m. liter, & q̃tũ ad utrũq; modũ ordinãdũ lex cõue-
niẽtia ꝑcepta cõtinebat. Tripliciter. n. offerebat
Iudæis occasio, ut cũ extraneis pacifice cõicarent.
Primo qdẽ, qñ extranei ꝑ terrã eorũ trãsitũ facie-
bãt quasi peregrini. Alio mõ, qñ in terrã eorũ adue
niebat ad inhabitandũ sicut aduenæ: & quãtũ ad u-
trũq; lex misericordiæ ꝑcepta posuit. Nã Exod. 22.
dr̃, Aduenã nõ cõtristabis. & 23. dr̃, Peregrino mole
F stus nõ eris. Tertio uero, qñ aliq extranei totaliter
in eorũ consortiũ, & ritum admitti uolebãt. Et in
his quidã ordo attẽdebat. non enim statim recipie
bantur quasi ciues sicut etiam apud quosdã Gẽti-
liũ statutũ erat, ut nõ reputarẽtur ciues nisi qui ex
auo, uel atauo ciues existerent, ut Philosophus di *Cap. 1. inter me. & fin. to. 5.*
cit in 3. Polit. & hoc iõ, quia si statim extranei adue
nientes reciperentur ad tractãdum ea, q̃ sunt popu
li, possent multa ꝑicula cõtingere, dũ extranei non
habẽtes adhuc amorẽ firmatũ ad bonũ publicum,
aliqua ꝯ populũ attẽtarẽt: & iõ lex statuit, ut de q-
busdã Gẽtilib. hñtib. aliquã affinitatẽ ad Iudæos, s.
de Aegyptiis, apud quos nati fuerãt & nutriti, & đ
Idumæis filiis Esau fratris Iacob ĩ tertia generatio
ne reciperent in cõsortiũ populi, quidã uero quia
hostiliter se ad eos habuerant, sicut Ammonitæ &
Moabitæ, nunq̃ in cõsortiũ populi admitterentur.
Amalecitæ aũt, q magis eis fuerant aduersati, & cũ
eis nullũ cognationis habebant cõsortiũ, quasi ho
stes ꝑpetui haberent. Dr̃. n. Exod. 17. Bellũ Dei erit
ꝯ Amalec à gñatione in gñationẽ. Sĩr ẽt quantum
ad hostilẽ cõicationẽ cũ extraneis lex cõuenientia
ꝑcepta tradidit. Nã primo qdẽ instituit, ut bellũ iu
ste iniret. Mandat. n. Deut. 20. ꝙ qñ accederẽt ad ex
pugnandũ ciuitatẽ offerent ei primo pacẽ. Secũdo
instituit, ut fortiter bellũ inceptũ exequerent ha-
bẽtes de Deo fiduciã. & ad hoc melius obseruandũ
instituit, ꝙ imminente ꝑlio sacerdos eos conforta
ret, ꝓmittẽdo auxiliũ Dei. Tertio mandauit, ut im-
pedimẽta ꝑlii remouerẽt, remittẽdo quosdã ad do
mũ, q possent impedimẽta ꝑstare. Quarto instituit
ut uictoria moderate uterent parcẽdo mulierib. &
paruulis, & ẽt ligna fructifera regionis nõ icidẽdo.
AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ homines nullius gẽ
tis exclusit lex à cultu Dei, & ab his, quæ ꝑtinẽt ad
aĩæ salutẽ. dr̃ enim Exod. 12. Si quis peregrinorũ in
uestram uoluerit transire coloniã, & facere Phase
Dñi circumcidet prius oẽ masculinũ ei⁹, & tũc rite
celebrabit, eritq; simul sicut indigena terræ. Sed in
tẽporalibus quantũ ad ea q̃ ꝑtinebant ad cõitatem *In corp.*
populi nõ statim quilibet admittebat rõne supra
dicta: sed qdã in tertia gñatione. s. Aegyptii & Idu-
mæi. Alii uero ꝑpetuo excludebant in detestationẽ
culpæ præteritæ, sicut Moabitæ, & Ammonitæ, &
Amalecitæ. Sicut enim punitur unus homo propter
peccatum quod commisit, ut alii uidentes timeant
& peccare desistant: ita etiam propter aliquod pec
catũ gens, uel ciuitas ꝑt puniri, ut alii à simili pec-
cato abstineant. Poterat tamen dispensatiue aliqs
in collegium populi admitti propter aliquẽ virtu-
tis actum, sicut Iudith. 14. dr̃, quòd Achor dux filio
rum Ammon appositus est ad populum Israel, &
oĩs successio generis eius. Et similiter Ruth Moabi-
tis, quæ mulier uirtutis erat: licet possit dici, ꝙ illa
prohibitio extendebatur ad uiros, non ad mulie-
res, quibus non competit simpliciter esse ciues.
AD 2m dicendũ, ꝙ sicut Philosop. dicit in 3. Po- *C. 3. a me dio. to. 5.*
lit. dupliciter aliquis dicitur esse ciuis. Vno mõ sim
pliciter: & alio mõ secundũ quid, simpliciter quidẽ
ciuis est, qui potest agere ea, quæ sunt ciuium, pu-
ta, dare cõsiliũ, uel iudicium in populo. secundum

quid autē ciuis diei, ꝑt quicūq; ciuitatē inhabitat, A et uiles ꝑsonæ, & pueri, & senes, q non sunt idonei ad hoc, ꝙ habeant ꝑtātē in his, q̄ ꝑtinēt ad cōe. Iō ergo spurii pp uilitatē originis excludebant ab Ecclesia, i. a collegio populi usq; ad decimā gn̄ationē & similiter eunuchi, qbus nō poterat cōpetere honor, q patrib. debebat, & pcipue in populo Iudęorū, in quo Dei cult⁹ cōseruabat̄ p carnis gn̄ationē. Nā et apud Gētiles, qui multos filios genuerāt, aliquo isigni honore donabant̄, sicut *Philos. dicit 2. Poli. tn̄ quātū ad ea, q̄ ad gratiā Dei ptinebāt, eunuchi ab aliis nō separabant̄, sicut nec aduenæ, ut *dicitū est. Dr̄. n. Isa. 56. Nō dicat filius aduenæ q̄ adhæret Dn̄o dicēs: Separatione diuidet me Dn̄s a populo suo nō dicat eunuchus. Ecce ego lignū aridum.

Ad 3^m dicēdū, ꝙ accipere usuras ab alienis non erat ēm intētionē legis, sed ex quadā pmissione pp pronitatē Iudęorū ad auaritiā, & ut magis pacifice se haberent ad extraneos, à quibus lucrabantur.

Ad 4^m dicendū, ꝙ circa ciuitates hostiū qdā distinctio adhibebat̄. Quędā. n. erāt remotę nō de numero illarū urbiū, q̄ eis erāt repromissæ, & in talib. urbib. expugnatis occidebant̄ masculi q pugnauerāt ꝯ populū Dei: mulierib. āt & ifantib. parcebat̄. Sed in ciuitatib. uicinis, q̄ erāt eis repmisse, oēs màC dabant̄ iterfeci pp iniqtates eorū priores, ad quas puniēdas Dn̄s populū Israel quasi diuinæ iustitiæ executorē mittebat. Dr̄. n. Deu. 9. Quia illę egerūt impie, introeūte te deletæ sūt. Ligna āt fructifera mādabant̄ reseruari ꝓ utilitatē ipsius populi, cuius ditioni ciuitas, & eius territoriū erat subiiciēdum.

Ad 5^m dicendū, ꝙ nouus ædificator domus, aut plātator uineæ, uel desponsator uxoris excludebātur à ꝓlio pp duo. Primo qdē, q a eā q̄ hō de nouo hēt, uel statim paratus est ad habēdū, magis solet amare, & p cōsequens eorū amissionē timere: unde probabile erat, ꝙ ex tali amore magis mortē timerēt, & sic minus fortes essent ad pugnandū: Secūdo D quia sicut *Philos. dicit in 2. Philos. Infortunium vr̄, qn̄ aliquis appropinquat ad aliquod bonū habēdū, si postea impediat ab illo: & iō ne propinqui remanentes magis contristarentur de morte taliū, q bonis sibi paratis potiti nō fuerūt, & ēt populus considerans hoc horreret, hm̄i homines a mortis periculo sunt sequestrati per subtractionē à prælio.

Ad 6^m dicēdū, ꝙ timidi remittebātur ad domū, non ut ipsi ex hoc commodum consequerentur, sed ne populus ex eorum præsentia incōmodū cōsequeretur, dum per eorum timorem, & fugam, ēt E alii ad timendum, & fugiendum prouocarentur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum conuenienter lex uetus præcepta ediderit circa domesticas personas.

Medina ar. 4.

Ad qvartvm sic procedit̄. Vr̄ ꝙ inconuenienter lex uetus pcepta ediderit circa ꝑsonas domesticas. *Seruus. n. ad qd̄ est, dn̄i est, ut *Philos. dicit in 1. Polit. sed id, quod est alicuius, ꝑpetuo eius esse dēt. ergo inconuenienter lex mandauit Exo. 21. ꝙ serui septimo anno liberi abscenderent.

¶2 Prę. Sicut animal aliquod, ut asinus, aut bos, est possessio domini, ita ēt *seruus: sed de animalibus pcipitur Deut. 22. ꝙ restituantur dominis suis si erra re inueniantur. inconuenienter ergo mandat Deu. 23. Nō tradas seruū dn̄o suo, qui ad te confugerit.

¶3 Prę. Lex diuina dēt magis ad misericordiā prouocare, q̄ ēt lex humana: sed ſm leges humanas grauiter puniunt̄, q nimis asꝑe affligunt seruos, aut ancillas, asperrima aūt vr̄ esse afflictio, ex qua seqtur mors: inconuenienter igit̄ statuit̄ Exo. 21. ꝙ q pcusserit seruū suū, uel ancillā uirga, si uno die supuixerit, non subiacerit pęnæ, quia pecunia illius est.

¶4 Prę. Alius est principatus dn̄i ad seruū, & patris ad filiū, ut dr̄ in primo, & tertio *Polit. sed hoc ad principatū dn̄i ad seruū ptinet, ut aliqs seruū, uel ancillā uēdere possit. incōueniēter igit̄ lex pmisit, ꝙ aliqs uenderet filiā suā in famulam, uel ancillā.

¶5 Prę. Pater hēt sui filii ꝑtātem: sed eius est punire excessus, q hēt ꝑtātē sup peccātē. inconuenienter igit̄ mandatur. Deut. 21. ꝙ pater ducat filium suum ad seniores ciuitatis puniendum.

¶6 Præt. Dn̄s ꝓhibuit Deu. 7. ut cū alienigenis non sociarent cōiugia, & cōiuncta ēt separarent, ut pr̄ 1. Esdræ. inconuenienter igitur Deu. 21. conceditur eis, ut captiuas alienigenarū ducere possint uxores

¶7 Præt. Dominus in uxoribus ducendis quosdam cōsanguinitatis, & affinitatis gradus praecepit esse uitādos, ut patet Leui. 18. incōueniēter igitur mādatur Deut. 25. quòd si aliquis esset mortuus absq; liberis, uxorem ipsius frater eius acciperet.

dum apparentiã infirmi nisus. Cũ quo tñ stat, ꝙ homo ex sola gratia potest ipsa gratia nubh fac endo, & mal. [illegible] nunc, & ad hoc.

¶Et debes scire, ꝙ licet minima grã sufficiens sit quãtum est ex se, resistere omnibus emergentibus & ex infirmitate carnis, & ex obscuritate intellectus: quia tñ posita i tali subiecto nõ tollit hæc duo sibi aduersantia, ideo eget ẽt extrinseco auxilio hõ inter hæc contraria constitutus, ut sequatur operationem bonorũ, & uitationẽ malorũ, ut non declinet ipse in hæc contraria. Et si contẽplatus fueris, ꝙ obscuritas itellectus est ignorantia expedientium ad uitam æternã, uidebis ꝙ non solũ in statu naturæ corruptæ, sed i egra homo egebat hoc auxilio ex una parte tantum, s. ignorantia superueniẽte, ut habes in litera. Expecta dicenda in sequenti articulo, ut clarius hunc intelligas.

SVP. QV. CIX. ART. X.

In corpore.

Cap. 2. d. 28. con. 2. argu. 1. 13.
Medina ar. 10.

IN art. 10. eiusdem quest. 109 dubium occurrit circa dicta i respõsione ad tertiũ, quo pacto stant hæc duo simul, Homo habet donũ gratiæ, quo potest perseuerare: & Homo non potest ex sola grata perseuerare. Vtrunque siquidẽ in litera habetur, primum ex Argu. secũdũ ex authore in corpore articuli. Et est iuxtã dubium extendendum ad materiam præcedentis articuli: quia homo habet donum gratiæ, quo potest bene operari, & mala culpæ uitare & tamen concluditur, quòd non potest ex sola habituali gratia bene operari, & peccatum uitare. Quòd enim grata, & charitate homo sit potens operari bonum, per se notum est: quia sunt principia proxima bonorum operum. Quod ce-

Perseu. per tr... Inf. q. 14 ... 2.2 ... ar 4 ... pol. ... 2. Et cõ ... & uen. q. 2. ... ar. ... Epl. ... Et loan ... 1. 7. ... 7. & ... bgit. ...

no sit potens uitare malum, ex se quoque patet: quia per idem principium uitamus contrarium, per quod possumus in reliquum. Per idam. n. ignis calefacit, & fugat frigus, & graue descendit, & resistit ascensui, & fortis pugnat pro libertate, & resistit seruituti.

¶ Ad hoc dicitur, quod quicunque uirus, seu operatio potentiae alicuius aliunde pendet, quod ex potentia, sicut ex sola potentia non prouenit usus, seu operatio illa in actu exercito. Verbi gratia. Potentia uisiua habet pro proprio actu suo uidere, quod dependet, & ab obiecto, & lumine, & propterea non potest ex hoc solo, quod habet iter potentia uisiua, ... ergo ex sola potentia uisiua ... uidere ... sine extrinseco lumine nunquam exibit ad actu. Potentia ergo exigens aliquid extrinsecum ad executionem sui actus, non sufficit sola ad producendum actum, ubi quae duo modum stant haec duo simul, Homo habet potentiam, & qua potest uidere, & Homo potest non ex sola potentia uisiua uidere ... Potentia in proposito, qua gratia est qua homo est potens elicere operationem bonam, & resistere impulsionibus tentationum, & obstinatum in hoc, quod est perseuerare, si homo donat ... Sed quia gratia non potest exercere hos actus simpliciter quando oportet, ubi oportet &c. quis possit ad hoc sine sanitate carnis ministrae eius, & lumine intellectus cooperanti eidem, quorum oppositum subtrahunt ab uiu ab usu gratiae, sine extrinseco lumine, & opere altera propter obscuritatem, altera propter infirmitatem ... hoc sola gratia sine speciali auxilio non potest in haec simpliciter. Et esset simile, si ponamus hominem infirmum secundum ultres ministras intellectui: tunc non habet intellectus uim proprio apto intelligendi, et habituato est potens intelligere, & uirtute arrotes, & in hoc continuatus quia intellectus continue magis intelligendi ... Verum quia ad continuationem, & per seruitione actus intellectus quo opotter, exigitur sanitas ... potest ... intellectu in iudicando, &c. propter infirmitatem uitium, nisi opem quis ferat tanquam possit

fundunt: sed [b] perseuerantia ponitur quaedam uirtus ergo uirtus simul cum gratia infusis aliis uirtutibus perseuerantia detur.

¶ 3 Praet. Sicut Apo. dicit ad Ro. 5. Plus restitutum est homini per donum Christi, quam amiserit per peccatum Adae: sed Adam accepit unde posset perseuerare. ergo multo magis nobis restituitur per gratiam Christi, ut perseuerare [b] possimus: & ita homo non indiget gratia ad perseuerandum.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in libro de perseuerantia.* Cur perseuerantia poscitur à Deo, si non datur à Deo? an & illa irrisoria petitio est, cum id ab eo petitur, quod scitur non ipsum dare, sed ipso non dante esse in hominis potestate? Sed perseuerantia petitur etiam ab illis, qui sunt per gratiam sanctificati, quod intelligitur cum dicimus, Sanctificetur nomen tuum, ut ibidem Aug. confirmat per uerba Cypriani.* ergo homo etiam in gratia constitutus, indiget ut ei perseuerantia à Deo detur.

RESP. Dicendum, quod perseuerantia tripliciter dicitur. Quandoque. n. significat habitum mentis, per quem homo firmiter stat, ne remoueatur ab eo, quod est secundum uirtutem per tristitias irruentes, ut sic se habeat perseuerantia ad tristitias, sicut continentia ad concupiscentias, & delectationes, ut Philosophus dicit in 7. Eth.* Alio modo potest dici perseuerantia habitus quidam, secundum quem homo habet propositum perseuerandi in bono usque in finem. Et [m] utroque istorum modorum perseuerantia simul cum gratia infunditur,* sicut, & continentia, & caeterae uirtutes. Alio modo dicitur perseuerantia continuatio quaedam boni usque ad finem uitae. Et [p] ad talem perseuerantiam habendam homo in gratia constitutus non quidem indiget aliqua alia habituali gratia, sed diuino auxilio ipsum dirigente, & protegente contra tentationum impulsus [q] sicut ex praecedenti quaestione apparet. * Et ideo postquam aliquis est iustificatus per gratiam, necesse habet à Deo petere praedictum perseuerantiae donum,

A sine tali ope ad horam recte iudicare.

¶ Et sic habes, quod hi duo arne. de necessitate diuini auxilii ad usum gratiae sunt: quia multis datur gratia, quibus non datur uti ea quando oportet, sc. diuina permissione abutere ea. Et sic datur donum, quo pauci bis operari, & tantis tentationibus & perseuerare, oib. quib. datur gratia: non tñ oib. datur executio hoium simpliciter, ot experientia testatur, quia non oib. dantur extrinseca requisita ad talem executionem, & ideo oportet orare, Ne proiicias nos in spe sena ... tus nostra, ne derelinquas nos, domine: & Ne nos inducas in tentationem.

ut. s. custodiat à malo usque ad finem uitae. Multis. n. datur gratia, quib. non datur perseuerare in gratia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod obiectio illa procedit de primo modo perseuerantiae, sicut & secunda obiectio procedit de secundo. Unde patet solutio ad 2m.

B AD 3m dicendum, quod sicut Aug. dicit in lib. de natura, & gratia, * Homo in primo statu accepit donum, per quod perseuerare posset, non aut accipit, ut perseueraret: nunc aut per gratiam Christi multi accipiunt, & donum gratiae quo perseuerare possunt, & ulterius eis datur, quod perseuerent: & sic donum Christi est maius quam delictum Adae. Et tamen facilius homo per gratiae donum perseuerare poterat in statu innocentiae, in quo nulla erat rebellio carnis ad spiritum, quam nunc possimus, quando reparatio gratiae Christi etsi sit inchoata quantum ad mentem nondum tamen est consummata quantum a* carnem, quod erit in patria, ubi homo non solum perseuerare poterit, sed etiam peccare non poterit.

C

SVPER QVAE. CX. ART. I.

Ferr. 3. cont. c. 150. Egid. 2. s. d. 26. q. 1. a. 1. D. Bon. d. 26. q. 1. a. 1. Cap. 1. d. 17. q. 1. con. 2. Medina a. 1. Alb. mag. 2. d 36. a. 1.

IN Ar. 1. & 2. q. tro. nil dubitandum occurrit. Notetur tamen radix conclusionis primi articuli in ista ... ad primum, q. s. gratia Dei, quod hois ponit aliquid ingratolicet differenter. Et redeamus ad nolmetipsos in contemplatione secundi ar. in spirientes has qual tes habemus, omnibus promptè mouemur ad diuina aeternaque bona. Longi ... ex ratione ad tertium disce cohibere, ne dicas gratiam annihilari cum hò perdit eam: quia nec fit, nec corrumpitur, nec creatur, nec annihilatur, ut in litera dicitur: sed secundum ipsam homo creatur in tali esse.

QVAESTIO CX.

De gratia Dei quantum ad eius essentiam, in quatuor articulos diuisa.

D DEINDE considerandum est de gratia Dei quantum ad eius essentiam.

ET circa hoc quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum gratia ponat aliquid in anima.

¶ Secundo, Vtrum gratia sit qualitas.

¶ Tertio, Vtrum gratia differat à uirtute infusa.

¶ Quarto, de subiecto gratiae.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum gratia ponat aliquid in anima.

E AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod gratia non ponat aliquid in anima. Sicut enim homo dicitur habere gratiam Dei, ita etiam gratiam hominis. unde dicitur Gen. 39. quod Dominus dedit Ioseph gratiam in conspectu principis carceris: sed per hoc, quod homo dicitur habere gratiam hominis nihil ponitur in eo, qui gratiam alterius habet, sed in eo, cuius gratiam habet, ponitur [h] acceptatio quaedam. ergo per hoc, quod homo habere gratiam D[ei] ... nihil ponit[ur in] anima, [sed] solum significatur [accep]tatio ...tina.

¶ 2. Praet. ... ut a[nim]a ... corp[us], ita De[us] uiui-

Margin notes: De. 1. parum ante med & lib. de cor rec. & gra. c. 12. to. 7. — Ejusdem li. de perseuerātia a. 2. a me. to. 7. — Lib. 7. a. 7. tom. 5. — Conclusio ais pars 1. — Conclusio ais pars secunda. art. praec. — Ca. 48. Et in lib. de correct. & gra. c. 12. to. 7. — 586 Porrecta per totum. 2 dist. 26. ar. 1. Et 3. contra c. 150. Et uer. q. 27. ar. 1.

ficat animā.vnde dicitur Deut.30.Ipse est uita tua: sed anima viuificat corpus immediate ergo etiam nihil cadit medium inter Deum, & animam. non ergo gratia ponit aliquid creatum in anima.

¶ 3 Præt.Ad Ro.1.super illud. Gratia uobis,&pax, dicit gl. Gratia,idest,remissio peccatorum: sed remissio peccatorū nō ponit in aīa aliquid, sed solum in Deo non imputante peccatum,secundū illud Psal.31.Beatus vir, cui non imputauit Dominus pcc̄m.ergo nec gratia ponit aliquid in anima.

Gl. interlinearis in hoc loc.

Sed contra, Lux ponit aliquid in illuminato: sed gratia est quædam lux animæ. vnde Aug. dicit in lib. de natura,& gratia Præuaricatorem legis, digne lux deserit ueritatis, qua desertus vtique fit cęcus. ergo gratia ponit aliquid in anima.

cap.22.in princ.t.7.

Resp.Dicēdū, q̄ fm cōem modū loquēdi,tripliciter gra accipi cōsueuit. Vno mō p dilectione alicuius:sicut cōsueuimus dicere, q̄ ille miles hēt gratia regis,i.rex hēt eū gratū.Secūdo sumit p aliquo dono gratis dato:sicut cōsueuimus dicere, Hāc gra tia facio tibi.Tertio mō sumit p recōpēsatione bñficij gratis dati,fm qd̄ dicimur agere gratias bñficiorū,quorū tñ̄ fm depēdet ex primo.Ex amore n.quo aliqs hēt alū gratū, pcedit q̄ aliqd ei gratis impēdat.Ex secūdo āt pcedit tertiū:qa ex bñficiis gratis exhibitis grāū actio cōsurgit.Quantum igit ad duo vltima, manifestū ē, q̄ gra aliqd ponit ī eo,q gratiā accipit. Primo qdē ipsū donū gratis datū:secūdo hui⁹ doni recognitionē. Sed q̄tum ad primū,ē dña attēdēda circa gratiā Dei, & gratiā hois:qa n.bonū creaturæ puenit ex uolūtate diuina,iō ex dilectione Dei, qua vult creaturæ bonū, pfluit aliqd̄ bonū in creatura. Volūtas aūt hominis mouetur ex bono pexistēte in rebus:&inde est q̄ dilectio hois n̄ causat totaliter rei bonitatē, sed psupponit ipsam vel in parte,vel toto. Patet igit, q̄ q̄ libet Dei dilectionē sequitur aliqd bonum in creatura causatū,quandoq; tñ̄ dilectioni æternę coęternū.Et fm hmōi boni dñam differens consideratur dilectio Dei ad creaturā. Vna quidē cōis, fm q̄ diligit oia quæ sunt,vt dr̄ Sap.11.fm quā, esse naturale rebus creatis largitur.Alia aūt dilectio est specialis,fm q̄ trahit creaturā rationalē supra cōditionē naturæ ad participationē diuini boni: & fm hanc dilectionē dr̄ aliquē diligere simpliciter, qa fm hāc dilectionē vult Deus simpliciter creaturæ bonū æternū,qd̄ est ipse. Sic igitur p hoc, q̄ dr̄ hō gratiā Dei habere,significatur quiddā supernaturale in hoie a Deo proueniens. Quādoq; tñ̄ gratia Dei dr̄ ipsa æterni Dei dilectio, fm quod dr̄ ēt gra prædestinationis,in quātum Deus gratuito,& nō ex meritis aliquos prædestinauit siue elegit. Dicitur enim ad Ephe.1. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum in laudē gloriæ gratiæ suæ.

* Alias, non tñ.

Concil. m

Ad primvm ergo dicendū, q̄ ēt in hoc, q̄ dr̄ aliquis hēre gratiā hois,intelligitur in aliquo esse aliquid,q̄ sit hoi gratum, sicut & in hoc,q̄ dr̄ aliquis gratiā Dei hēre:sed tñ̄ differenter. Nā illud qd̄ est homini gratū in alio homine, præsupponitur eius dilectioni: causatur autem ex dilectione diuina, quod est in homine Deo gratum, vt dictum est.

In corp. ar.

Ad 2m dicendū, q̄ Deus est uita animæ per modum causæ efficientis: sed animę est uita corporis per modū causæ formalis.Inter formam autem,& materiā nō cadit aliquod medium,quia forma per se ipsam informat materiam, vel subiectum. Sed agens informat subiectum non per suam substantiam,sed per formam,quam causat in materia.

Ad 3m dicēdum, q̄ Aug. dicit in lib. Retractatio num. Vbi dixi, gratiam esse in remissionem peccatorū,pacē vero in reconciliatione Dei: nō sic accipiendum est,ac si pax ipsa, & recōciliatio nō pertineant ad gratiā generalem, sed q̄ specialiter gratiæ nomine remissionem significauerit peccatorū.Non ergo sola remissio peccatorum ad gratiam pertinet, sed etiam multa alia Dei dona. Et etiam remissio peccatorum non fit sine aliquo effectu diuinitus in nobis causato, vt infra patebit.

Li.1.c.25. post medium t.1.

q.113.ar.2.

ARTICVLVS II.

Vtrum gratia sit qualitas animæ.

Ad secvndvm sic proceditur. Videtur q̄ gratia non sit qualitas animæ. Nulla enim qualitas agit in suum subiectum, quia actio qualitatis nō est absque actione subiecti, & sic oporteret q̄ subiectū ageret in seipsum, sed gratia agit in animā iustificando ipsam.ergo gratia nō est qualitas.

587 Potest q̄a per naturam. 2.d.26. art.1.

¶ 2 Præt.Substantia est nobilior qualitate,sed gratia est nobilior quam natura animæ. multa enim possumus per gratiam,ad quę natura non sufficit, ut supra dictum est. ergo gratia non est qualitas.

q.109.ar.1.&c.

¶ 3 Præt.Nulla qualitas remanet, postquam desinit esse in subiecto, sed gratia remanet:non enim corrumpitur,,quia sic in nihilum redigeretur, sicut ex nihilo creatur, unde & dicitur noua creatura ad Gala.ult.ergo gratia non est qualitas.

Sed Contra est, quod super illud Psal.103.Vt exhilaret faciem in oleo,dicit glos. q̄ gratia est nitor animæ,sanctum concilians amorem. Sed nitor animæ est quædam qualitas, sicut & pulchritudo corporis.ergo gratia est quædam qualitas.

Est Aug. in lib. de cum. Psa. 103.

Respon.Dicendum, q̄ sicut iam dictum est, In eo,qui dr̄ gratiā Dei hēre, significatur esse qdam effectus gratuitæ Dei uoluntatis. Dictū est aūt supra, q̄ dupliciter ex gratuita Dei uoluntate hō adiuuatur.Vno modo inquātū aīa hominis mouetur a Deo ad aliquid cognoscendum, uel uolēdū, uel agendū,& hoc modo ipse gratuitus effectus in hoie nō est qualitas,sed motus qdā aīæ, actus enim mouētis,in moto est motus,ut dr̄ in 3.Phy. Alio modo adiuuatur homo ex gratuita Dei uoluntate,fm qd̄ aliqd habituale donū a Deo aīæ infunditur.Et hoc ideo,qa nō est cōueniens, q̄ Deus minus puideat his, quos diligit ad superuaturale bonū habēdū, q̄ creaturis, quas diligit ad bonū naturale habēdū.Creaturis aūt naturalibus sic puidet ut nō solū moueat eas ad actus naturales,sed etiā largiat eis formas,& uirtutes quasdā, q̄ sunt principia actuū,vt fm seipsas inclinentur ad hmōi motus.Et sic motus quibus a Deo mouētur, fiūt creaturis connaturales,& faciles,fm illud Sap.8.Et disponit oia suauiter.Multo igitur magis illis, quos mouet ad consequendū bonū supernaturale ęternum,

art.1.huius q.

q.109 ar.1.

Cōclusionis partis

Tex.1.t.6

num, infundit aliquas formas, seu qualitates sup̄ naturales, secundum quas suauiter, & prompte ab ipso moueantur ad bonum æternum consequendum. Et sic donum gratiæ qualitas quędam est.

AD PRIMVM ergo dicendū, q gratia secūdum q est qualitas, dicitur, agere in anima non per modū causæ efficiētis, sed per modū causę formalis: sicut albedo facit album, & iustitia iustum.

AD 2m. dicendum q omnis substātia uel est ipsa natura rei, cuius ē subst̄a, uel est pars naturę, s̄m quē modū materia uel forma subst̄a dr̄. Et qa gr̄a est s̄. naturā humanā, nō pōt esse q sit subst̄a, aut forma substantialis: sed est forma accidētalis ipsius aiæ. Id .n. qđ substāliter est in Deo accidentaliter fit in anima participante diuina bonitatē, ut de scientia patet. Secundū hoc ergo, quia aīa imperfecte participat diuinā bonitatē, ipsa participatio diuinæ bonitatis, q̄ est gratia imperfectiori mō hēt esse in aīa, q̄ aīa in seipsa subsistat. est tñ nobilior, q̄ natura animæ inquantum est expressio, uel participatio diuinę bonitatis, non autem quatū ad modum essendi.

AD 3m dicēdū, q sicut dicit Boetius, accidentis esse est in esse. Vñ oē accidēs nō dr̄ ens quasi ipsum esse habeat, sed quia eo aliqd est: unde & magis dr̄ esse entis, q ens, ut dr̄ in 7. Metap.* Et qa eius est fieri, uel corrūpi, cuius est esse: iō proprie loquendo nullū accidēs neq; fit, neq; corrūpit, sed dr̄ fieri, uel corrūpi s̄m q uod subiectum incipit, uel desinit esse C iu actu s̄m illud accidēs. Et s̄m hoc et gratia dr̄ creari ex eo, q hoies s̄m ipsam creantur. i. in nouo esse constituuntur ex nihilo i. non ex meritis, s̄m illud ad Eph. 2. Creati in Christo Iesu in operib. bonis.

L. 7. Met. tex: habetur enā ex li. 12. tex. 3. & 3.

ARTICVLVS III.

Vtrum gratia sit idem quod uirtus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videt q gratia sit idem qđ uirtus. Dicit enim Aug.* q gratia operans est fides, quæ per dilectionē operatur, ut habetur in libro D de Spiritu, & litera: sed fides, quę per dilectionem operatur est uirtus ergo gratia est uirtus.

¶ 2 Præ. Cuicunq; conuenit diffinitio, cōuenit & diffinitū: sed diffinitiones de uirtute datę siue à sanctis, siue à Philosophis cōueniunt gratiæ. ipsa enim bonū facit habentem, & opus eius bonū reddit. ipsa etiam est bona qualitas mentis, qua recte uiuitur &c. E ergo gratia est uirtus.

¶ 3 Præt. Gratia est qualitas q̄dā: sed manifestum est, quod non est in quarta specie qualitatis, q̄ est forma, & circa aliquid cōstans figura, qa nō ptinet ad corpus. neque etiam in tertia est, quia non est passio, uel passibilis qualitas, quæ est i parte animæ sensitiua, ut probatur ī 7. Physico,* ipsa autē gratia principaliter est in mente. A neq; iterū est secunda specie, q̄ est potētia, uel impotentia naturalis: qa gr̄a est s̄. naturā, & nō se hn̄t ad bonū, & malū sicut potentia naturalis. ergo relinquit, q sit in prima specie, q̄ ē habitus uel dispositio. Habitus autē mentis sunt uirtutes, quia ēt ipsa sciētia quodammodo est uirtus, ut supra dictum est.* ergo gratia ē idem quod uirtus.

SED CONTRA Si gratia est, uirtus, maxime uī q sit aliqua triū B theologicarū uirtutū: sed gr̄a nō est fides, uel spes, qa hæc pn̄t esse sine gratia gratū faciēte. neq; ēt charitas, qa gratia præuenit charitatē, ut Augustinus dicit in libro de prędestinatione sanctorum.* ergo gratia non est uirtus.

RESPON. Dicēdū, q qdā posuerūt idē eē gr̄ā, & uirtutē s̄m essētiā, sed differre solū s̄m rationē, ut gratia dicatur, s̄m qđ facit hominē Deo gratū, uel s̄m quod gratis datur: uirtus aūt s̄m qđ perficit ad bene operandum. Et hoc uī sensisse Magister in 2. senten. dist. 26.* Sed si quis recte consideret rationē uirtutis, hoc stare nō potest, qa ut Philosophus dicit in 6. Physicor.* uirtus est quędā dispositio perfecti dico autem pfectū, quod est dispositum secundū naturam. Ex quo patet, quod uirtus uniuscuiusque rei dicitur ī ordine ad aliquā naturam prę existentem quando scilicet unumquodque sic est dispositum, secūdum quod congruit suæ naturæ. Manifestum est autē, quòd uirtutes acquisitæ p actus humanos, de quibus supradictum est, sunt dispositiones, quibus homo conuenienter disponitur in ordine ad naturam, qua homo est. Virtutes autem infusę disponunt hominē altiori modo, & ad altiorem finem unde etiam oportet, quòd in ordine ad aliquam altiorem naturam, hoc est in ordine ad naturam diuinam participatam, quæ dicitur lumen gratię, s̄m quod dicitur 2. Pet. 1. Maxima, & pretiosa nobis pmissa donauit, ut phoc efficiamini diuinæ cōsortes naturę: & secūdum acceptionē huiōi naturę dicimur regenerari i filio Dei. Sicut igit̄ lumē naturale rationis est aliquid pter uirtutes acquisitas, quæ dicuntur in ordine

q. 6. ar. 4. Et q. 57. ar. 1. uel 2.

C. 2. & in 1. de bono pseuerantiæ c. 14. non remote à fine. to. 7.

Li. 2. sent. di. 26. D. 667.

Tex. 17. & 18. to. 8.

q. 5. & alias.

SVP. Q. CX. AR. III.

3. q. 7. ar. 1 co. & q. 62 a. 1. cor. 2. & or. Et 2. 2. 4. & 6. Et 4 d. 1. 4 q. 5. Et ueri. q. 27 ar. 2.

°c 14. circa fin. & c. 32. to. 3.

L. id. ... q. 2. a. 1 Item 27. d. 26. ... Dur. d. 26 q. 1. Capr. 2 d. 29. ... & p. d. 7 q. 1. con. 3. Med. ... ar. 4.

IN articulo tertio eiusdem quæstionis dubium occurrit ex Scoto in secundo sententiarum distinct. 27. & contra rationē literæ, & contra conclusionem. Soluit siquidem rationem illam, quæ ponitur in calce corporis art. S. cut lumen naturale rationis &c. & dicit q similitudo sua uatur in hoc, q sicut uirtutes acquisitæ perficiunt in ordine ad lumen, quod est prudentia, & illa ad lumen intellectus agentis: ita infusæ in ordine ad lumen charitatis, & illa ad finem supernaturalem. Arguit etiam contra eam, qa sequeretur quòd fides non posset manere informis: quia non posset perficere deficiente lumine in ordine ad qđ perficit, cum nec uirtus acquisita pōt manere uirtus, nō manēte habitudine eius naturali ad illud qđ respicit. ¶ Contra conclusionem triplex motiuū affert. Primū qa quod quæ ex ... sentia attribuitur gratiæ, attribuitur charitati, & econtra: ergo gratia, & charitas sunt idē. Assumptum patet simpliciter. Primo in hoc, quia utraque diuidit formaliter æqualiter ... tegni, & p ... Secundo in hoc, quod utraque est forma uirtutum, & nec ... potest esse informis Tertio in hoc quod utraque coniungit ultimo fini: per perfectā cō unctione, qualis pōt esse in uia. Secūdo, quia si ponātur ... distincte, altera superfluit probatur, quia reliqua sufficit. Tertio, quia eodem habitu quo Spiritus sanctus inhabitat animam, uoluntas inclinatur in suum actum meritorium, & econuerso. non sic autem est de habitu fidei, & ... propter eorū imperfectionem.

Li. 7 Phy. text. 14. usque ad 20. um. 2.

¶ Ad obiecta ... rationem, facile dr. q solutio ipsa sic accusa: nam lumini naturali non respondere facit lumen supernaturale, sicut ... charitatem. Vnde similitudo literæ stat in hoc, quod sicut lumen naturale est qddam præsuppositum principium, & origo uirtutum in nobis naturaliter præexistens: ita in esse supernaturali oportet ponere lumen supernaturale, pr... & ori ginem ... uirtutum ... ¶ Et unde, quod nane similitudo ... probatam ... ex ... uirtutum ... q natura ... supposita esset, & natura & lumen ... quod perficeret ... naturam, & lumen ... sicut acquisitæ uirtutes ... ¶ Ad argumentum autem contra ipsum ... dicitur quod fides talis non est uirtus simpliciter

ad ipsum lumen naturale, ita et F ipsum lumē gratiæ, qđ est participatio diuinæ naturæ, est aliquid præter uirtutes īfusas, quę à lumine illo deriuant, & ad illđ lumen ordinant. Vñ Apostolus dicit ad Ephes. 5. Eratis aliquādo tenebræ, nunc autem lux in Domino: ut filii lucis ambulate. Sicut.n. uirtutes acquisitæ pficiunt hominem ad ambulandum, sm qđ cōgruit lumini naturali rationis, ita uirtutes infusæ pficiunt hominē ad ambulandū, secundū quod congruit lumini gratię.

AD PRIMVM ergo dicendū, q Augustinus nominat fidem per dilectionem operantem, gratiā, quia actus fidei per dilectionem operātis, est primus actus, ī quo gratia gratū faciēs manifestatur.

AD 2m dicendū, q bonum positum in diffinitione uirtutis dicitur secundum conuenientiam ad aliquam naturam præexistentē, H uel essentialem, uel participatā. sic autem bonum non attribuitur gratiæ, sed sicut radici bonitatis in homine, ut dictum est.

AD 3m dicendū, q gratia reducitur ad primam speciem qualitatis. Nec tamen est idem quod uirtus, sed habitudo quædā, quæ præsupponitur uirtutib. infusis, sicut earum principiū, & radix.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum gratia sit in essentia animæ sicut in subiecto, an in aliqua potentiarū. I

AD QVARTVM sic proceditur. Vr quòd gratia non sit in essentia animæ sicut in subiecto, sed in aliqua potentiarum. Dicit enim Aug. in Hyponosticon, q gratia cōparatur ad uoluntatē, siue ad liberū arb. sicut sessor ad equū: sed uoluntas, siue liberū ar. est potētia quędam, ut in primo dictum est. ergo gratia est in potentia animæ siut in subiecto. K

¶ 2 Prę. Ex gratia incipiunt merita hominis, ut Augustinus dicit: sed meritum consistit in actu, qui ex aliqua potentia procedit. ergo uidetur, quòd gratia sit perfectio alicuius potentiæ animæ.

¶ 3 Prę. Si essentia animæ sit proprium subiectū gratiæ, oportet q aīa inquantū hēt essentiam, sit capax gratiæ: sed hoc est falsum, quia sic sequeretur quòd omnis anima esset gratię capax. non ergo essentia animæ est proprium subiectum gratiæ.

¶ 4 Prę. Essentia animæ est prior potentiis eius: prius autem potest intelligi sine posteriori. ergo sequetur quòd gratia possit intelligi ī anima nulla parte, uel potentia animæ intellecta, scilicet neque uoluntate, neque intellectu, neque aliquo huiusmodi, quod est inconueniens.

SED CONTRA est, q per gratiā G regeneramur in filios Dei: sed generatio per prius terminatur ad essentiam, quam ad potentias. ergo gratia per prius est in essentia animę, quàm in potentiis.

RESP. Dicendū, q ista quęstio ex pręcedenti dependet. Si enim gratia sit idem quod uirtus, necesse est quòd sit in potentia animę sicut in subiecto: nam potentia animę est proprium subiectū uirtutis, ut supra dictum est. Si autem gratia differt à uirtute, nō potest dici quòd potentia animę sit gratię subiectum: quia omnis perfectio potentię animę habet rationem uirtutis, ut supra dictum est. Vnde relinquitur, quòd gratia sicut est prius uirtute, ita habeat subiectū prius potentiis animę, ita scilicet quòd sit in essentia animæ. Sicut enim per potentiam intellectiuam homo participat cognitionem diuinam per uirtutem fidei, & secundum potentiam uoluntatis amorem diuinum per uirtutem charitatis: ita etiam per naturam animę participat secundum quandam similitudinem naturam diuinam per quandam regenerationem, siue recreationem.

AD PRIMVM ergo dicendū, q sicut ab essentia animæ effluunt eius potentię quę sunt operum principia: ita etiam ab ipsa gratia effluunt uirtutes in potentias animæ, per quas potentiæ mouentur ad actus. Et secundum hoc gratia comparatur ad uoluntatem, ut mouens ad motum, quę est comparatio sessoris ad equum: nō autem sicut accidens ad subiectum.

¶ Et per hoc etiam patet solutio ad secundū. est enim gratia principium meritorii operis mediantibus uirtutibus: sicut essentia animę est principium operum uitę mediantibus potentiis.

Con. pars 1 Con. pars 2 citer, sed secūdū q.d, ut inferius n[...] inda secundę patet. Et propterea conceditur, quòd non manente lumine gratię fides non remanet in esse uirtutis simpliciter.

¶ Ad primum eorum quæ contra conclusionem obiiciuntur, dicitur quòd licet multæ excellentiæ sint communes gratiæ, & charitati propter earum connexionem, non tamen eis conueniunt eodem modo, quia gratiæ ut primæ radici, charitati ut fructui illius. Et rursus aliqua excellētia est gratię, quæ nō conuenit charitati, s. primū principiū formale esse supernaturalis. Falsum quoque est, q diuidere inter filios regni, & perditionis æque formaliter conueniat utrique: nā gratia facit filium Dei formaliter, charitas autem operatiue. In cont. ac. Illa enim est principium essendi in natura diuina participata: ista est principiū operandi secundum naturam diuinam participatā. Et similiter diuersimode utraq; est forma uirtutū, & coniungit fini ultimo, quia charitas proximū operandi principium, illa ut primū.

180 Porrecta per totum. 1.q.7.a.2. co.& q.62 a.2.cor. Et 2.d.26.a.3 Et ueri.q. 27.ar.6. ¶ Et ex hoc patet responsio ad secundū, q neutra superfluit, & altera sine reliqua non sufficit. oportet enim & primum, & proximum principiū habere naturā, & potentiā, lumē, & uirtutes.

*li.3.parū a me. to.7 ¶ Et per idem soluitur tertium motiuū. nam licet habitus quo spiritus inhabitat animam, inclinet uoluntatem ad merendum ut prima radix meriti, non tamē exequitur hoc per seipsum īmediate sed mediante habitu charitatis, quo formaliter uoluntas inclinatur, gratia autem radicaliter tantum.

*p.p.q.83 ar.2.

*li. de cor rep. & gra. ca.6. circa prin. to.7 Et li.1. ad Simpli q.2 & d gra & l.a.c.6

SVPER QVAE. CX. ART. IIII.

Egid. 2.s. d.26. 2.ar.3. D. Bon. d.26. a.1. q.5. Dur. d.26 q.1. Cap. 2.d 26. q.1 con.2. Medina ar.4. Alb. mag. 1 d.36 a 3.

IN articu.4. eiusdē q. dubium occurrit ex Scot. in 2. sen. dist. 26. qui multipliciter probat q gratia est subiectiue in uoluntate, & non i essentia aīæ īmediate, quadrupliciter.

¶ Et primo, Gratia est idē quod gloria, uel per se disponit ad eā ergo est in eodem subiecto in quo est beatitudo: ergo non est in essentia.

¶ Secundo, Gratia perficit animam solum in ordine ad determinatum actum, scilicet meritorium ergo nō perficit animam secundum essentiam, sed secūdū quod est principium actus meritorii. Assumptum patet, & consequētia probatur: quia essentia est de se indeterminatum principiū multorū, ac per hoc non perficitur ut sic à perfectiua ad unū tantum, sed secundū quod est principium actus meritorii. Et cō firmatur, inquit: quia si perficeret essentiā animæ posset redundare i actum prioris potentię scilicet intellectus, & sic actus intellectus, qui præcedit actum uolūtatis, posset esse gratificabilis & meritorius: immo si solus intellectus esset, s. illa essentia, posset esse grata, & meritum.

Ex ar. pro

q.56.ar.1

D.159.

q.55.&56 ar.1.

¶ Tertio, Gratia perficit in ordine ad obiectum, & actum determinatum uoluntatis. ergo non est in essentia, sed in uoluntate. Antecedens patet quoad actum, & consequenter obiectum: quia ad meritorium tantum, qui solius est uoluntatis apud Anselmum capit. quarto de concep. uirginali. Consequentia probatur, quia essentia ut sic, nullum respicit actum aut obiectum. Et confirmatur per Anselmum in cap.1. de concep. uirgi. Omnis iustitia est formaliter in uoluntate: gratia est quædā iustitia & rectitudo ergo.

¶ Quarto, Gratia est aliqua forma in anima, & non est passio, uel potentia. ergo habitus, secundū diuisionem Philosophi in 2. Eth. cor. Omnis autem habitus est in potentia: quia opus habentis eod in bonum

num ergo. ¶Ad primum horũ negatur cõsequentia: quoniam nec gratia, nec gloria essentialiter est in eodem subiecto, in quo est beatitudo. beatitudo quidem est actus secũdus, vt patet: gloria aũt, & gratia actus primus ac per hoc illa est propria potẽtię, ista communis essentię, & potentiæ secundum diuersa.

D.1139. ¶Ad secundum, negatur absumptum. Nam gratia licet perficiat ad actum meritoriũ, non tñ tm̃ ad hoc, nec primo ad hoc, qm̃ gratia primo perficit ad deiformitatem, ad participationem diuinæ naturę, iuxta illud 2. Pet. 1. diuinæ naturæ consortes: ad actũ aũt meritorium secũdario. Vnde infantes per gratiam regenerati sunt in filios Dei, hñtes primũ, & principalẽ effectũ gratiæ, & carentes secũdario, s. merito proprio.

¶ Ad cõfirmationem dr̃, q̃ effect⁹ gratiæ est duplex, s. gratum reddere, & mereri. Et rursus potentia prior dupliciter, s. simpliciter, & in mouẽdo ad exercitium actus. Si ergo est sermo de gratia secundũ primũ effectũ, nullum inconueniẽs est, q̃ gratia redundet in intellectum, vt precedit uoluntatem: qm̃ sicut essentia est naturaliter prius grata q̃ uoluntas, ita, & intellectus. Sed si sit sermo de gratia secundum inclinationem ad meritum per actum proprium (quod dico pp̃ meritum Christi cõcatum per gratiam) tunc est inconueniẽs q̃ prius redundet in intellectum, sed oportet q̃ redundet primo in potentiam nõ priorem simpliciter, sed priorem in hoc, s. in agendo, quæ est uolũtas: qm̃ meritum cõsistit in agere. Sicut eadem ratione dictũ fuit, q̃ peccatum originale quantum ad inclinationem ad actum, ab essentia aiæ prius infecit uoluntatẽ, Vñ

590 Porrecta perpetuum. 3.q.7.a.7. cor. & ad 1.& q.62. ar.1.cor. Et 3.contra c.154. & Et ueri. q.27. ar.1. & 5. cor. Et opusc. 3.c.221. Et Ps. 24. Et Ro.1.lc.3. Et Eph.1. lect.2.

arguẽs prom. secue mi sceps gratificabile, & meritum, debuisset distinguere, & dedisset, q̃ si solus intellectus esset, esset gratia, & esset gratum, & meritũ Christi, nõ per actum proprium.

¶ Ad tertium iã patet ex hoc dictũ: qm̃ ppositio dicens, habitus perficiens in ordine ad determinatum obiectum, & actum est in potẽtia illa, distinguẽda est; qm̃ dupliciter

A hoc contingit, s. primo, & secundo. Et dr̃ q̃ gratia primo perficit ad esse, & non primo ad operari, & propterea non ad obiectum. Nec ad actum primo perficit, sed secundario: facit enim primo hominem filium Dei, & consequenter potentem mereri uitam æternam. Sequela ergo negatur: quoniam non tenet nisi de habitu primo perficiente ad actum & obiectum.

¶ Ad cõfirmationem ex Ansel. dicit, quòd Anselmus potest uerificari de iustitia actuali pro quanto omnis operatio bona est in voluntate secundum aliquid, puta uolitionem: sed quantum ad iustitiam habitualem iam uocabulo accipiendo iustitiam, falsum est quod dicitur. *Q. 10.a.

¶ Ad quartum, negatur quòd omnis habitus sit subiectiue in aliqua potentia. Et ad probationem, quia opus habentis reddit bonum, dicitur quòd reddere opus habentis bonum, contingit dupliciter, scilicet primo, & ex consequenti. Et quòd habitus, qui ad hoc primo est, vt opus habentis reddat bonum in potentia aliqua, est cuius est opus: gratia autem non propter opus est primo, sed secundario. principaliter enim est propter esse consortem diuinæ naturæ, quod est prius omni uirtute: & ideo est in subiecto priore quacunque potentia, vt proportionaliter formæ respondeat materia.

Ad 3m dicendũ, quòd anima est subiectũ grãæ sm̃ q̃ est in spẽ intellectualis, uel rõnalis naturę: nõ aũt [d]cõstituit aĩa in specie p aliquã potentiã, cum potẽtiæ sunt pprietates naturales aĩę speciẽ consequẽtes. Et ideo aĩa sm̃ suã essẽtiã differt specie ab aliis aĩabus. s. brutorũ aĩalium, & plãtarũ. Et pp̃ hoc nõ sequitur, si essentia humanæ aĩæ sit subiectũ gratiæ, q̃ quęlibet aĩa possit esse grãæ subiectũ: hoc. n. cõuenit essẽtię aĩę inquantũ est talis speciei.

Ad 4m dicendũ, q̃ cũ potẽtię aĩæ sint naturales proprietates spẽm cõsequẽtes, aĩa nõ põt sine his esse. Dato autẽ q̃ sine his esset, adhuc tñ aĩa diceretur sm̃ spẽm suã intellectualis, uel rõnalis: nõ q̃a actu hr̃et has potẽtias, sed pp̃ spẽm talis essẽtiæ, ex qua natæ sũt hm̃oi potẽtię effluere.

QVAESTIO CXI.

De diuisione gratiæ, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de diuisione grãæ. ET circa hoc quæruntur quinque.

¶Primo, Vtrũ cõuenienter diuidatur gratia p gratiã gratis datã, & gratia gratum facientẽ.

¶ Secundo, de diuisione gratiæ gratum facientis per operantem, & cooperantem.

¶Tertio, de diuisione eiusdẽ per gratiam præuenientẽ, & subsequentem.

¶Quarto, de diuisione gratiæ gratis datæ.

¶Quinto, de comparatione gratię gratum facientis, & gratis datæ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum gratia conuenienter diuidatur per gratiam gratum facientem, & gratiam gratis datam.

Ferr. 3. cont. c. 154.
Egid. 2. s. d. 26. q. 2. ar. 2.
Alex. Aler. 3. p. q. 3. & 4.
Medina a. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Vr̃ q̃ gratia non conueniẽter diuidatur per gratiam gratũ facientem, & gratiam gratis datam. Gratia. n. est quoddam donũ Dei, ut ex supradictis patet.* Hõ aũt iõ non est Deo gratus, q̃a aliquid est ei datum à Deo, sed potius econuerso: ideo enim aliq̃d datur alicui gratis à Deo,

B quia est hõ gratus ei. ergo nulla est gratia gratum [h] faciens.

¶ 2 Præt. Quæcunque non dant[h] ex meritis p̃cedentibus, dãtur gratis: sed etiam ipsum bonum naturæ datur hoĩ absque merito præcedenti, quia natura præsupponitur ad meritũ. ergo ipsa natura est ẽt gratis data à Deo: natura aũt diuiditur contra gratiam. Incõuenienter igitur hoc, quod est gratis datum, ponit vt

C gratiæ differentia: quia inuenitur etiam extra gratiæ genus.

¶ 3 Præt. Oĩs diuisio debet esse p [h] opposita: sed etiam ipsa gratia gratum faciens per quam iustificamur, gratis nobis à Deo conceditur, secundum illud Roman. 3. Iustificati gratis per gratiã ipsius. ergo gratia gratum faciens nõ debet diuidi contra gratiam gratis datam.

SED CONTRA est, q̃ Apostolus

D vtrunque attribuit gratiæ, scilicet, & gratum facere, & esse gratis datum. Dicit. n. quantum ad primum ad Ephes. 1. Gratificauit nos in dilecto filio suo. Quantum uero ad sm̃ dr̃ ad Roma. 2. Si aũt gratia, iã non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. potest ergo distingui gratia, quæ vel habet unum tantum, vel vtrunque.

RESP. Dicẽdũ, q̃ sicut Apostolus dicit ad Rom. 13. Quæ a Deo sunt ordinata sunt. In hoc autem ordo rerum cõsistit, quòd quædam per alia in Deũ reducuntur, vt Dion. dicit in lib. cæle. Hierar.* Cũ *c. 4. & 9. & 7. ame.

E igitur gratia ad hoc ordinetur, vt homo reducatur in Deum, ordine quodam hoc agitur, ut. s. quidam per alios in Deum reducantur. Secundum hoc igitur [m] duplex est gratia. Vna [n] quidem per quam ipse homo Deo coniungitur, quæ uocatur gratia [p] gratum faciens. Alia [q] uero per quam unus hõ cooperatur alteri ad hoc, quòd ad Deum reducatur. Huiusmodi autem donum uocatur gratia [r] gratis data: [x] quia supra facultatem naturę, & supra meritũ personæ homini conceditur. Sed quia non datur ad hoc, ut homo ipse per eam iustificet, sed potius vt ad iustificationem alterius cooperetur: ideo non uocatur gratum faciens. Et de hac dicit Apost. 1. ad Cor. Cõclusionis pars 1. Cõclusionis pars 2. Cõclusionis pars 3.

Corinth. 12. Vnicuique datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem, scilicet aliorum. F

AD PRIMVM ergo dicendum, q gratia non dr facere gratum effectiue, sed formaliter, s. quia per hanc hõ iustificatur, & dignus efficitur vocari Deo gratus, secundum quod dicitur ad Col. 1. Dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine.

AD 2[m] dcdm, q gra sm qd gratis dat, excludit rõnê debiti. Pôt aût intelligi duplex debitû. Vnû qdê ex merito puueniês, qd refert ad psonâ, cui* est agere meritoria opa, sm illud ad Rom. 4. Ei, q opatur, merces imputat sm debitû, nô sm grãm. Aliud est debitû sm conditionê naturæ, puta, si dicamus debitû eê hoi qd habeat rõnê, & alia, q ad humanâ

D. 431. ptinêt naturâ. Neutro aût mô dr debitû pp hoc, q Deus creaturæ obliget, sed potius in quâtû creatura debet subiici Deo, vt in ea diuina ordinatio impleat: q qdê est, vt talis natura tales condônes, vel pprietates habeat, & q talia operâs talia côsequatur. Dona igit naturalia carêt primo debito, nô aût carêt scdo debito: sed dona supnaturalia vtroq; debito carêt, & iõ specialius sibi nomê grê vêdicât.

AD 3[m] dcdm, q gra gratû faciês addit aliqd supra rõnê grê gratis datæ, qd êt ad rõnê grê pertinet, qa. s. hoiem gratû facit Deo: & iõ gra gratis data, quæ hoc nô facit, retinet sibi nomê côe, sicut in pluribus aliis côtingit. Et sic opponunt duæ partes diuisionis, sicut Gratû faciens, & Nô faciês gratû.

ARTICVLVS II.

Vtrum gratia conuenienter diuidatur per operantem, & cooperantem.

AD SECVNDVM sic pceditur. Vr q gra incôueniêter diuidat p operâtê, & cooperâtê. Gra. n. accidês quoddâ est, vt supra dictum est: *sed accidens nô pôt[h] agere in subiectum. ergo nulla gratia debet dici operans.

¶ 2 Præt. Si gratia aliqd operet in nobis, maxime opat i nobis iustificationem: sed hoc nô sola gra operatur in nobis. dicit eni Aug. super illud Io. 14. * Opera, q ego facio, & ipse faciet. Qui creauit te[h] sine te, nô iustificabit te sine te. ergo nulla gratia debet dici simpliciter operans.

¶ 3 Præt. Cooperari alicui, vr ptinere ad inferius agês, non aût ad[h] principalius: sed gratia principalius operatur in nobis, q liberû arb. sm illud Rom. 8. Non est currentis neque volêtis, sed miserentis Dei. ergo gratia non debet dici cooperans.

¶ 4 Præt. Diuisio debet dari p[h] opposita: sed opari, & cooperari non sunt opposita, idê. n. pôt operari & cooperari. ergo incôueniêter diuidit gratia per operantem, & cooperantem.

SED CONTRA est, qd Aug. dicit in lib. de gra. & lib. arb. * Cooperâdo Deus in nobis pficit, qd operâdo incepit: qa ipse vt velimus, opat incipiês, q uolêtibus cooperatur perficiês: sed operationes Dei, qbus mouet nos ad bonû, ad gratiâ pertinêt. ergo conueniêter gratia diuidit per operantem, & cooperantem.

RESP. Dicendû, q sicut supra dictû est, * gra dupr pôt intelligi. Vno mô diuinû auxiliû, quo nos mouet ad bñ volendû, & a-

G gêdû. Alio mô habituale donû nobis diuinitus inditû. [m] Vtroq; aût mô gratia dicta conuenienter diuidit per operâtê, & cooperâtê. * Opatio. n. alicuius effect[9] nô attribuit mobili, sed mouêti. In illo ergo effectu, in quo mês nostra est mota, & nô mouês, solus aût Deus mouês, opatio Deo attribuit, & sm hoc dr gra operâs. In illo aût effectu, i quo mês nra, & mouet & mouetur, operatio nô solû attribuit Deo, sed êt aîæ, & sm hoc dicit

H gratia cooperans. Est autem in nobis duplex actus. Primus quidem interior uoluntatis: & quâtum ad istum actum voluntas se habet vt mota, Deus aût ut mouens, & psertim cum voluntas incipit bonû velle, quę pri[9] malû volebat. Et iõ sm q De[9] mouet humanam mêtem ad hunc actum, dicitur gratia operans.

¶ Alius autê actus est exterior, q cû a voluntate imperet, vt su-

I pra habitû est, * côsequens est, q ad hunc actum operatio attribuatur voluntati. Et qa etiâ ad hunc actû Deus nos adiuuat, & interius confirmando voluntatê, vt ad actû perueniat, & exterius facultatê opetandi pbêdo, respectu huiusmôi actus dr gratia cooperans. Vnde post p. amissa verba subdit Aug. * Vt autem velimus, operatur: cum autem uolumus, ut perficiamus nobis

K cooperatur. Si igitur gratia accipiatur p gratuita Dei motione; qua mouet nos ad bonû meritoriû, conuenienter diuiditur gratia per operâtê, & cooperatem. Si uero accipiat gratia pro habituali dono, sic ê duplex gratię effect[9], sicut & cuiuslibet alterius formæ: quorû primus est

---

598 Porrecta per totum. Iof. art. 1. e. Et a. di. 26. ar. 5. Et uerit. q. 27. a. 5. ad 1. & 2. Et 2. cor. 6. Q. 110. a. 2.

SVP. QVAES. CXI. ARTIC. II.

C. 2. d. 28 con. 2. arg. 12. *Medina ar. 2.*

IN artic. 2. q6. ttt. umillo primo, dubium occurrit circa dtiam inter gratiam operantem, & cooperantem pro gratuita Dei motione sumptam. Implicantur siquidem duo contraria simul. Nã assignando differentiam dicitur, quòd operans dicitur, quando mês nostra se habet vt mota tantum: cooperans uero quando mens nostra se habet ut mouens & mota applicando autem ad actus nostros subiungitur, quòd cum mouemur ad uelle, est gratia operans, cum vero mouemur ad exterius opus, est gratia cooperans. Constat autem quòd ad velle uoluntas se habet non ut mota tantum: nam velle à uoluntate est, & in uoluntate, alioquin non esset liberum.

Colligitur ex trac. 72 in Io. post medium, to. 9. & de uerb. apo stolis. ser. 85.

¶ Et confirmatur, quia mouere ad velle, nihil aliud est quàm facere ut uelimus, ut Aug. allatus in litera testatur: facere autê ut uelimus, est facere ut moti mo ueamus nos ad uolendum.

Li. de gra. & li. arb. c. 17. aliquãtulum a prin. to. 7.

¶ Præterea aut author intendit, quòd mens nostra se habeat sic respectu actus interioris, & exterioris, aut respectu formæ actus, puta, bonitatis meritoriæ. Si respectu actus, cum uterque sit a uoluntate imperatus, respectu utriusque gratia dicetur cooperans, iuxta doctrinam literæ. Si respectu bonitatis meritoriæ, cũ ut aque sit a uoluntate informata charitate, & gratia, par est etiam ratio de utraque quo ad hoc, quòd est a uoluntate mota à Deo.

q. 109. & q. 110. a. 2.

Concl.

¶ Ad hoc dicitur dupliciter. Primo, quod nulla est interdicta contrarietas: quoniam non dicitur in litera, quod respectu omnis actus interioris uoluntatis dicitur gratia operans, sed dicitur indefinite, remittendo se ad supr. dicta in quæstione nona artic. 4. ibi enim habuimus, quòd respectu primi actus uoluntas se habet, ut mota tantum, & Deus ut mouens. Et nomine primi actus, non intelligitur solus ille, quem uoluntas in principio operationum suarũ omnium habet, sed quicunque primus absque consilio, & præuio motiuo ad bonũ. Et propterea author dixit, Et præsertim cum uoluntas incipit bonum uelle, quæ prius malũ uolebat. Similiter igitur se habet uoluntas mota à Deo ad huiuś. uelle, sicut graue ad motum deorsum. Et propterea sicut graue non mouet seipsum ad deorsum, sed est motum à generante: ita uoluntas mota a Deo ad huiusmodi nouum uelle, nõ mouet seipsam ad hoc, sed est tantum mota a Deo. est tamen tale velle ipsius eliciue, sicut descendere est motus grauis. Et est, liberum

Q. 17. ar. 9 præcipue.

Eodê lib. de grat. & lib. arb. c. 7. to. 7.

berum, quia potest dissentire à tali uelle: Deus enim mouet sua A uiter liberum arbitrium secundum conditionē eius. Et per hoc patet responsio ad cætera: nam facere ut uelimus, non contingit uno modo, sed duobus, scilicet ut uelimus mouendo nos ipsos ad hoc, & ut uelimus moti tantum ab ipso Deo. Secundo mō spectat ad gratiam operātē, primo ad cooperantē, iuxta calcem corporis articuli de opere meritorio Et si mittet non ois actus elicitus à uolūtate est imperatus ab ea, & propterea nō est eadem, aut par ratio de actu, & bonitate meritoria intus, & extra. Secundo dr, q̄ qu a in litera dist nguendo gratiā, gratuitā Dei motionē &c. expresse dicitur, qua mouemur ad bonū meritoriū, intētio authoris est loqui de bono meritorio, q̄ dupliciter inuenitur uolūtas se habere ad bonū meritoriū. s. ut mota tantū, & ut mouēs mota, quoad id est de actu subinitato. Et quia etiā in litera manifeste distinguitur inter actum interiorem meritorium, ut ex gratia, idest, habituali dono, & ut est à gratuita Dei motione & primo mō attribuitur gratiæ cooperanti, secundo uero operanti: & quia etiā ex litera habemus, q̄ essectus gratiæ operantis habet rationē primi boni meritorii, effectus uero cooperantis habet rationem secūdarii, extenso nomine boni meritorii et ad esse, quo constituitur aliquis in statu meritorio, consequens est, q̄ intentio authoris est dicere, q̄ tunc uoluntas se habet ad bonum meritorium ut mouens, quando ex præcedenti esse, uel actu meritorio facta in actu iam mouet se ad meritorium bonum. Sunt enim tunc duo operantes, scilicet Deus, & uoluntas facta in actu in tali esse: & propterea gratia cooperans dicitur tanquam confirmans uoluntatem ad exterius opus, facultatemque exterioris operis præbens. quàm ut est principium interioris operis meritorii secundum habituale donum tam datū facultati liberi arb. ad utendum cum uult. Tunc autem uoluntas se habet ut mota tantum in hoc esse quando non ex præcedenti merito, aut esse meritorio, ad actum, uel statum meritorium ducitur. Et propterea gratia operans dicitur tam gratuita Dei motio ad actum interiorem meritorium, qui non procedit ex habitu uel actu altero meritorio, quàm gratia ipsa habitualis, ut dat esse. Ad nihil enim horum sunt duo operantes, proprie loquendo, sed unus tantum, scilicet Deus. Voluntas autem etiā ad actus subsistatos se habeat ut operans ad rationem tamen meritorii, cū eā non præhabeat in actu, non se hēt ut operans, sed ut obsequēs, ut in tertio, nunc ad secundum ista hēs.

¶ Vnde patet responsio ad obiecta quoniam in equiuoco laboratur de esse à uolūtate: aliud quippe est esse à uolūtate, & aliud eē à uolūtate in actu in tali esse, ita, ut moueat se ad meritū, longa plus ad hoc exigitur, q̄ ad illud, ut patet.

¶ Ex hoc etiā patet, q̄ primo mō primus actus uoluntatis est ab ea ut prædictū est. & tñ nō est ab ea ut mouente se, sicut nec descensus deorsum est a graui ut mouente se, proportionaliter loquēdo semp, unū superest dubiū, an actus idē interior possit simul esse à gratia operante, & cooperante uel gratia. Deus gratuita sua motione excitat Petrū tamen ex stētē in gratia ad interiorem actū charitatis, & contendit Petrus nouo quodam zelo honoris Dei, an actus ille sit ab utraque gratia: & ut est ab habitu, sit cooperantis, ut à gratuita Dei motione sit operātis gratiæ: an ipsa gratuita Dei motio, p̄ pcedē tē habitū, spectet ad gratiam cooperantē.

¶ Sed hoc non est difficile soluere intuenti rationem literæ, & formaliter rationes actuum considerāti. Nā actus meritorius præexistentis in gratia aut est imperatus à gratia, & tunc sine dubio ad solam gratiam cooperantem spectat, sicut & actus exterior: aut non imperatus à gratia, sed gratia se habet ad illum obsecutiue, ut contingere ut in nouis actibus excedentibus proportionem gratiæ, quā illam ualde augēt: & tunc gratuita Dei motio operantis gratiæ rationē habet ad talem actū subiectiue rationē: quāuis sub communi ratione meritorii et à gratia cooperante sit, quando ut sic a gratia habitualis impetratur propter præexistentem finem in eo. Et ex hoc patet, q̄ gratia operans non solum inuenitur in infusione gratiæ, & iustificatione impii. sed post acceptam gratiam plures, quamuis manifestius in iustificatione impii. Et propterea in litera dicitur, quodquantum ad actum interiorem meritorium uoluntas se habet ut mota, Deus autem ut mouens præsertim quando uoluntas, quæ prius malum uolebat, incipit bonum uelle.

¶ Hæc secunda solutio principalis dubii magis uidetur ad mentem authoris, una tamen aliam clarificat.

¶ In reliquis tribus huius quæstionis articulis nihil scribendum occurrit.

esse, secundus est operario: sicut caloris operatio est facere calidū, & exterior calefactio. Sic igitur habitualis gratia, inquātū animā sanat, uel iustificat siue gratiam Deo facit, dicit gratia operans: inquātū uero est principiū operis meritorij, quod ex libero arb. procedit, dicitur cooperans.

Ad primum ergo dicendū, q̄ secundum quod gratia est quædam qualitas accidētalis, nō agit in aiam effectiue, sed formaliter: sicut albedo dr̄ facere albā superficiem.

Ad 2m dicendū, q̄ Deus non sine nobis nos iustificat: quia per motum liberi arb. dum iustificamur, Dei iustitiæ consentimus. Ille tamen motus non est causa gratiæ, sed effectus: unde tota operatio pertinet ad gratiam.

Ad 3m dicendum, quod cooperari dicitur aliquis alicui non solum, sicut secundarium agens principali agēti, sed sicut adiuuās ad præsuppositū finem: homo aūt per gratiā operantē adiuuatur à Deo ut bonum uelit. Et iō psupposito iā fine, consequēs est, ut gratia nobis cooperetur.

Ad 4m dicendum, quòd gratia operans, & cooperans est eadē grā, sed distinguit̄ sm̄ diuersos effectus, ut est supra dictis patet.

ARTICVLVS III.

Vtrum gratia conuenienter diuidatur in præuenientem & subsequentem.

Medina ar. 3.

Alb. mag. 2. d. 36. ar. 7.

Ad tertium sic pcedit. Vr̄ q̄ gratia inconuenienter diuidatur in præuenientem, & subsequentem. Gratia enim est diuinæ dilectionis[b] effectus: sed Dei dilectio nunquàm est subsequēs sed semper præueniens, secundum illud. 1. Ioan. 4. Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos ergo gratia non debet poni præueniens, & subsequens.

¶ 2 Præt. Gratia gratum faciens ē [b]una tantum in homine, cum sit sufficiēs secūdum illud 2. ad Corinthio. 12. Sufficit tibi grā mea: sed idem nō potest esse prius, & B posterius. ergo gratia inconuenienter diuiditur in præuenientem, & subsequentem.

3 Præt. Gratia cognoscitur per effectus: sed infiniti sunt effect9 gratiæ, quorū unus pcedit aliū. ergo si penes hos gratia deberet diuidi in præuenientem: & subsequentem, uidetē quòd infinitæ essent species gratiæ: infinita autē relinquuntur a qualibet arte. nō ergo gratia cōuenienter diuid. in præuenientem, & subsequētē.

Sed contra est, quòd gratia C Dei ex eius misericordia prouenit: sed utrunque in Psalm. 58. legitur, Misericordia eius præueniet me, & iterum, Misericordia eius subsequet̄ me, ergo gratia conuenienter diuiditur in præuenientem, & subsequentem.

Resp. Dicēdū, q̄m sicut gratia diuiditur in operantem, & cooperantem secundum diuersos effectus, ita etiam in præuenien- D tem, & subsequentem, qualitercunque gratia accipiatur[a]. Sunt autem quinq; effectus gratiæ in nobis, quorum primus est, ut anima sanetur. secundus, ut bonum uelit: tertius est, ut bonum quod uult, efficaciter operetur: quartus est, ut in bono pseueret: quintus est, ut ad gloriam perueniat. Et iō gratia secūdū quod causat in nobis primum effectum uocatur E præueniens respectu secūdi effectus: & prout causat in nobis secūdum, uocatur subsequēs respectu primi effectus. Et sicut

2.d.26.a.5. Et uer. q.27.a.5. ad 6. Et Psa.21.6. & 2.co.6

corp. a.

Concl. m

unus effect⁹ est posterior uno effectu,& prior alio, F ita gratia pôt dici præueniens, subsequens secundum eũdẽ effectum respectu diuersorum:& hoc est quod* Aug.dicit in lib. de natura & gratia.Præuenit ut sanemur subsequitur ut sanati uegetemur:p̃uenit ut uocemur,subsequitur ut glorificemur.

c.32.par. & p.ti.m.1.7

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ dilectio Dei nominat aliquid æternũ,& iõ nunq̃ pôt dici nisi præueniens:sed gratia significat effectum temporalem, qui pôt præcedere aliquid,& ad aliquid subsequi:& ideo gratia potest dici præueniens,& subsequens.

AD 2m dicẽdũ,q̃ gratia nõ diuersificatur p hoc, q̃ est præueniens,& subsequens s̃m essentiam,sed G solũ s̃m effectus,sicut & de operante, & cooperante dictũ est. Quia ẽt s̃m quod gratia subsequens ad gloria pertinet,non est alia numero à gratia p̃ueniente,p quã nunc iustificamur.Sicut enim charitas uiæ non euacuatur,sed perficitur in patria: ita ẽt & de lumine gratię est dicendum,quia neutrum in sui ratione imperfectionem importat.

AD 3m dicẽdũ,q̃ quis effectus gr̃æ possint esse infiniti numero,sicut sũt infiniti act⁹ humani,tñ oẽs reducunt ad aliqua determinata,i specie: & p̃terea o[...] conueniunt in hoc,quòd unus aliũ præcedit.

593 Parcella per totum. 3 cõtra c. 154. Et 1. cor.12. lect.2.

H

ARTICVLVS IIII.

Vtrum gratia gratis data conuenienter ab Apostolo diuidatur.

Fer.3.cont.c.154. Medina ar.4.

AD QVARTVM sic procedit. V[r] q̃ gratia gratis data inconuenieter ab Apostolo distinguat. Oẽ enim donũ,quod nobis à Deo gratis datur, pôt dici gratia gratis data,sed infinita sunt dona,q̃ nobis gr̃a à Deo cõceduñ tã in bonis aiæ,q̃ in bonis corporis,q̃ tñ nos Deo gratos ñ faciũt: ergo gr̃ę gratis datę nõ p̃nt ꝯprehendi sub aliqua certa diuisione.

¶2 Præ.Gratia gratis data distinguitur contra gratiã gratũ facientẽ:sed fides pertinet ad gratiã gratũ facientẽ,quia p ipsam iustificamur,s̃m illud Roma.5.Iustificati igit ex fide &c. ergo incõuenieter ponitur fides inter gratias gratis datas, p̃sertim cũ aliæ uirtutes ibi non ponantur,ut spes,& charitas.

¶3 Prę.Operatio sanitatum, & loqui diuersa genera linguarũ,i miracula quędã sunt interpretatio ẽt sermonum ad sapientiam,uel scientiã ꝑtinet,secũdũ illud Dan.1.Pueris his dedit Deus scientiã,& disciplinam in omni libro,& sapientia.ergo inconuenienter diuiditur gratia sanitatũ, & genera linguarũ contra operationem uirtutum,& interpretat o sermonũ contra sermonem sapientiæ, & scientiæ. K

¶4 Præ.Sicut sapientia,& scientia sunt quędã dona Spiritus s̃cti,ita etiam intellectus,consilium,pietas,& fortitudo,& timor,ut* supradictum est.ergo hæc etiam debent poni inter gratias gratis datas.

*q.68.ar.4

SED CONTRA est, est,quod Apostolus dicit.1 ad Corinthios 12. Alii per spiritum datur sermo sapiẽtię,alii aũt sermo scientiæ secundum eundem spiritum,alteri fides i eodem sp̃ritu, alii gratia sanitatũ,alii operatio uirtutũ,alii ꝓphetia, alii discretio spirituũ,alii gñã linguarũ,alii iterptatio sermonũ.

*Ar.1.huius q.

RESPON. Dicẽdum,quod sicut* supra dictum est, Gratia gratis data ordinat ad hoc, q̃ homo alteri cooperetur,ut reducatur ad Deũ:Hõ autẽ ad hoc operari nõ pôt interius mouendo, hoc enim solius Dei est,sed solũ exterius docẽdo,uel p suadẽdo.Et iõ gratia gratis data,illa sub se continet,quibus hõ indiget ad hoc,q̃ alterũ instruat in rebus diuinis, q̃ sunt supra ratione. Ad hoc ãt tria requirũtur.Primo qdẽ,q̃ hõ sit sortitus plenitudinẽ cognitionis diuinorũ,ut ex hoc instruere alios possit.Secundo, ut possit confirmare,uel probare ea, q̃ dicit, alias nõ esset efficax ei⁹ doctrina.Tertio,ut ea q̃ cõcipit, possit cõuenienter audientib. proferre.Quãtũ igitur ad primũ tria sunt necessaria,sicut ẽt apparet i magisterio humano.Oportet.n.q̃ ille,q̃ dẽt alium instruere in aliqua scientia,primo quidem ut principia illius sciẽtię sint ei certissima,& quãtũ ad hoc ponit fides,q̃ est certitudo de rebus inuisibilibus,q̃ supponuntur ut principia in catholica doctrina.Secũdo,oportet q̃ doctor rectè se hẽat circa principales cõclusiones sciẽtiæ:& sic ponit sermo sapiẽtiæ,q̃ est cognitio diuinorũ.Tertio , oportet ut ẽt abũdet exẽplis,& cognitione effectuũ,p quos interdũ oportet manifestare cãs:& quãtũ ad hoc ponit sermo sciẽtię,q̃ ẽ cognitio rerũ humanarũ,qa inuisibilia Dei,p ea,q̃ facta sũt intellecta,cõspiciunt.Cõfirmatio at i his,q̃ subduni rõni,ẽ p argumẽta . In his ãt,q̃ sunt s̃.rõnẽ diuinitus reuelata , cõfirmatio ẽ p ea,q̃ sũt diuinæ uirtuti ꝓpria:& hoc dupliciter. Vno qdẽ mõ,ut doctor sacræ doctrinæ faciat,q̃ solus Deũ facere p̃t i operib.miraculosis, siue sint ad salutẽ corporũ,& quãtũ ad hoc ponit gr̃a sanitatũ siue ordinent ad solã diuinę p̃tãtis manifestationẽ sicut q̃ sol stet,aut tenebrescat,q̃ mare diuidat: & quãtũ ad hoc, ponit opatio uirtutũ.secũdo , ut possit manifestare ea,q̃ solius Dei est scire, & hæc sũt cõtingentia futura:& quãtũ ad hoc ponit ꝓphetia & ẽt occulta cordiũ:& quantũ ad hoc ponitur discretio spirituum.Facultas autem pronuntiandi p̃t attendi uel quantũ ad idioma, in quo aliquis possit intelligi, & secundũ hoc ponuntur gñã linguarũ: uel quãtũ ad sensum eorum,quæ sunt proferenda. & quãtum ad hoc ponitur interpretatio sermonũ.

Concl.

I

AD PRIMVM ergo dicendum,q̃ sicut* supra dictum est,non omnia beneficia,quæ nobis diuinitus conceduntur,gratiæ gratis datæ dicuntur, sed solum illa,quæ excedunt facultatem naturæ:sicut q̃ p̃dicator abũdet sermone sapientiæ,& scientiæ, & aliis hmõi:& talia ponuntur hic sub gratia gratis data.

*Ar.1.huius quæst.

AD 2m.dicendum q̃ fides nõ numeratur hic inter gratias gratis datas,s̃m quod est quędã uirtus iustificans hominem in seipso,sed s̃m hoc,q̃ importat quandã supereminentem certitudinẽ fidei, ex qua hõ sit idoneus ad instruendum alios de his, quæ ad fidem pertinent.Spes ãt & charitas ꝑtinent ad uim appetitiuã,s̃m quod p eã homo in Deũ ordinatur.

AD 3m dicẽdũ,q̃ gr̃a sanitatũ distinguit à gñali opatione uirtutũ,qa hẽt speciale rõne inducẽdi ad fidẽ,ad quã aliquis magis prõptus reddit p beneficiũ corporalis sanitatis,quã p fidei uirtutẽ assequit Similiter ẽt loq uariis linguis,& interpretari sermones, hñt speciales quasdã rationes mouendi ad fidẽ:& iõ ponuntur speciales gratiæ gratis datæ.

Ad

Ad 4m dicendũ, q sapientia & scientia nõ cõputãt inter gratias gratis datas, fm qd enumerãtur inter dona Spiritussanct, prout.s. mens hois est bene mobilis per Spiritũ sanctum ad ea, quæ sunt sapientiæ & scientiæ: sic enim sunt dona Spiritussancti, vt * supra dictũ est. Sed ɔputantur inter gratias gratis datas, fm qd important quandã abundantiã scientiæ, & sapientiæ, vt homo non possit non solum in seipso recte sapere de diuinis, s d ẽt alios instruere & ɔtradicentes reuincere. Et iõ inter gratias gratis datas significant primo * sermo sapiẽtiæ, & sermo scientiæ: qa vt * Augustinus dicit 14. de Trinitate, aliud est scire tantummodo quid homo credere debeat propter adipiscẽdam vitam beatam, aliud est scire quemadmodum hoc ipsum, & pijs opituletur, & contra impios defendatur.

*Q. 68. ar. 1. & 4. Aliãs significãtur ponitur. *Li. 14. ca. 1. a med. tomo 5.

A

B

ARTICVLVS V.

Vtrum gratia gratis data sit dignior quàm gratiam gratum faciens.

Medina Art. 5.

S. q. 7. art. 7. ad 1.

AD QVINTVM sic proceditur. Vr q gratia gratis data sit dignior quàm gratia gratũfaciens. bonũ enim gentis est melius quàm bonũ vnius, vt * Philosophus dicit in 1. Ethic. sed gra gratũ faciens ordinat solũ ad bonũ vnius hois, gratia aũt gratis data ordinat ad bonum commune totius Ecclesiæ, ut * supra dictum est. ergo gratia gratis data est dignior quam gratia gratum faciens.

*Cap. 1. in fine. *Art 1. & 4. huius qu.

C

¶ 2 Præt. Maioris virtutis est, q aliquid possit agere in aliud, quàm quod solũ in seipso pficiat: sicut maior est claritas corporis, quod põt ẽt alia corpora illuminare, quàm eius quod ita in se lucet, q alia illuminare non põt. Propter quod etiam * Philosophus dicit in 5. Ethicorum, q iustitia est prẽclarissima virtutũ, per quam homo recte se habet ẽt ad alios: sed per gratiam gratum facientem homo pficitur in seipso, per gratiam aũt gratis datam homo operatur ad perfectionem aliorũ. ergo gratia gratis data est dignior quàm gratia gratum faciens.

*C. 1. post med. to. 5.

D

¶ 3 Præt. Id, quod est proprium meliorum, dignius est quàm id, qd est cõe oĩum, sicut rõcinari, qd ẽ ,p priũ hois, dignius est quàm sentire, qd est cõe oib. animalibus: sed gratia gratum faciens est cõis omnibus mẽbris Ecclesiæ, gratia aũt gratis data ẽ ,p priũ donũ digniorũ membrorũ Ecclesiæ. ergo gra gratis data est dignior quàm gratia gratum faciẽs.

SED CONTRA est, quod Apostolus 1. ad Corint. 12. enumeratis gratijs gratis dãtis, subdit, Adhuc excellẽtiorem viã vobis demonstro. Et sicut p sub sequentia patet, loquitur de charitate, quæ ptinet ad gratiam gratum facientem. ergo gratia gratum faciens excellentior est quam gratia gratis data.

E

RESPON. Dicendũ, q unaquæq; virtus tanto excellentior est, quanto ad altius bonum ordinat. Sẽper aũt finis potior est his, quę sunt ad finẽ: gratia enim gratũ faciens ordinat hominẽ immediate ad coniunctionẽ vltimi finis: gratię aũt gratis datę ordinant hoiem ad qdã pparatoria finis vltimi: sicut p pphetiã, & miracula, & alia huoĩ, hoies inducũt ad hoc, q ultimo fini ɔiũgant. Et iõ * gra gratum faciẽs est multo excellẽtior quã gra gratis data. *

Eccl. 1. Ecclesias.

Ad primum ergo dicẽdũ, q sicut Philosophus dicit in 12. Met. Bonũ multitudinis, sicut exercitus, ẽ duplex. Vnũ qdẽ qd est in ipsa multitudine, puta, ordo exercitus: aliud aũt ẽ qd est separatũ a multitudine, sicut bonũ ducis. Et hoc meli' est: qa ad hoc ẽt illud aliud ordinat. Gra aũt gratis data ordinat ad bonũ cõe Ecclesiæ, qd est ordo ecclesiastic' sed gra gratũ faciẽs ordinat ad bonũ cõe separatũ, qd est ipse Deus. Et iõ gratia gratũ faciẽs est nobilior.

Ad 2m dicendũ, q si gra gratis data posset hoc agere in altero qd homo p grãm gratũ facientẽ ɔsequit, sequeret q gra gratis data esset nobilior: sicut excellentior est claritas solis illuminãtis, q̃ corporis illuminati. Sed p grãm gratis datã homo non põt causare in alio ɔiunctionẽ ad Deũ, quã ipse habet p grãm gratũ facientem, sed causat quasdã dispositiones ad hoc. Et iõ non oportet q gra gratis data sit excellẽtior: sicut nec in igne calor manifestatiuus spẽi eius, p quã agit ad inducẽdũ calorem in alia, est nobilior quam forma substãtialis ipsius.

Ad 3m dicendum, quòd sentire ordinatur ad ratiocinari sicut ad finem, & ideo ratiocinari est nobilius. Hic autem est econuerso: quia id, quod est proprium, ordinatur ad id, quod est commune sicut ad finem: vnde non est simile.

QVAESTIO CXII.

De causa gratiæ, in quinque articulos diuisa.

SVP. QVÆ. CXII. ART. I.

Medina art. 1.

DEINDE considerandũ est de causa gratiæ. Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primo, Vtrum solus Deus sit causa efficiens gratiæ.

¶ Secundo, vtrum requiratur aliqua dispositio ad gratiam ex parte recipientis ipsam per actum liberi arbitrij.

¶ Tertiò, Vtrum talis dispositio possit esse necessitas ad grã.

¶ Quartò, Vtrum gratia sit æqualis in omnibus.

¶ Quinto, Vtrum aliquis possit scire se habere gratiam.

IN articulo primo quæstionis cõcesimæ duodecimæ dubium occurrit, quoniam in prima parte quæstio. 45. articul. 4. d. dictum est, qd nulla creatura potest creare siue principaliter, siue instrumentaliter: nunc autem dicitur, quòd aliqua res creata potest instrumentaliter causare gratiam, quod est creare, cum gratia non educatur de potentia subiecti.

¶ Ad hoc dicitur, negando q gratia proprie creetur, quia vt in prima parte quæstio 45 articul. 4. dictum fuit, creari est proprie subsistentium: gratia autem licet non educatur de potentia subiecti, sicut nec anima intellectiua, differt ab ea in hoc, q nõ subsistit sicut anima: & ideo, vt paulo ante in quæstione, 11. articul. 2. ad 3. dictum est, non proprie sit, & consequẽter nec creatur: sed dicitur creari, qa nõ educitur de potentia subiecti, nec datur ex meritis. pptie. n. hõ-

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum solus Deus sit causa gratiæ.

Su. q. 100. ar. 7. cor. Et 5. q. 62. a. 1. cor. et ad 5. Et 1. di. 6. ar. 4. Et 4. di 14. q. 2. art. 2. Et veri. q. 27. art. 3. Et Eph. 2. le. 3.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod nõ solus Deus sit ca gratiæ. Dicitur. n. Io. 1. Gratia & veritas p Iesum Christum facta est: sed in nomine Iesu Christi intelligitur non solum natura diuina assumens, sed etiam natura creata assumpta. ergo aliqua creatura potest esse causa gratię.

¶ 2 Pręt. Ista differentia ponitur iter sacramẽta nouę legis, & veteris, q sa ramenta nouę le-

mo fit gratus ex aliquo, scilicet ex homini non grato. Cum ergo dicitur, q nec principaliter, nec instrumentaliter potest res creata creare, proprie intelligitur de creare proprie sumpto, ut patet diffuse in secundo contra Gen. cap. 21.

gis causant gratiã, quam sacramenta ueteris legis solum significant: sed sacramenta nouæ legis sunt quędam uisibilia elemẽta. ergo nõ solus Deus est cã græ.

3 Præt. Secundũ Dionys. in libr. cęl. hierar. angeli purgãt, & illuminant, & perficiũt, & angelos inferiores, & ẽt homines: sed rõnalis creatura purgat, illuminat, & pficit p gratiã ergo nõ solus Deus est cã gratiæ.

SED CONTRA est, quòd in Psal. 83. dicitur, Gratiam & gloriam dabit Dominus.

RESP. Dicendũ, q nulla res pt agere ultra suam spẽm, quia semp oportet, q cã potior sit effectu. Donũ aũt grę excedit oẽm facultatẽ naturæ creatæ, cum nihil aliud sit q̃ qdã participatio diuinæ naturę, q̃ excedit oẽm aliã naturã: & iõ ipossibile est, q aliqua creatura gratiã causet. Sic enim necesse ẽ q solus Deus deificet cõicando cõsortiũ diuinæ naturæ per quandã similitudinis participationem: sicut impossibile est, q aliqd igniat nisi solus ignis.

lib. 3. c. 9. AD PRIMVM ergo dicendum, q humanitas Christi est sicut quoddã organũ diuinitatis eius, vt Damas. dicit in 3. lib. Instrumentũ autẽ nõ agit actionẽ agentis principalis propria uirtute, sed uirtute principalis agẽtis. & iõ humanitas Christi nõ causat grãm, ppria uirtute, sed uirtute diuinitatis adiũctæ, ex qua actiões humanitatis Christi sũt salutares.

AD 2m dicẽdũ, q sicut in ipsa psona Christi humanitas cãt salutẽ nrã p gratiã uirtute diuina principaliter opãte, ita ẽt in sacramẽtis nouæ legis, q̃ deriuant a Xpo, causat grã istrumẽtaliter qdẽ p ipsa sacramẽta sed principaliter p uirtutẽ Spiritussãcti in sacramentis operãtis, sm illud Io. 3. Nisi qs renatus fuerit ex qua & spiritu sancto. &c.

AD 3m dicẽdũ, q angelus purgat, illuminat, & pficit angelũ, uel hominẽ p modũ istructionis cuiusdã, nõ ãt iustificãdo p gratiã. Vñ Dio. dicit. 7. c. de di. no. q hmôi purgatio illuminatio, & pfectio nihil est aliud, quãm diuinę scientiæ assumptio.

ca p. 7. cæl. hier. a me dio habetur etiam ex c. 7. de di. no.

SVPER Q. AE. CXII. ART. II.

Medina ar. 2.

195 Ferre. 3. per totum. Inf. q. 113 a. 3. cor. & 7. cent. Et 2. q. 24. ar. 10. ad 3. Et 4. d. 17. q. 1 a. 2. q. 1. & 2. & 3. q. 1 habet. lect. 3.

IN articulo. 2. eiusdem quæstionis, dubium occurrit cur quòd (scilicet quòd gratiæ donum habitu[ale] exigit præparationem, quia nulla forma potest esse nisi in materia dispositam. Videtur enim hoc esse falsum, propterea quòd gratia est forma secundum se non exigens dispositionem, nam si exigeret dispositionem, sequeretur quod non posset confesti ... infundi, quod non est ... usus liberi arbitrij. Nec est fingere aliquam qual... item in ... animæ aut in qua aliqua potentia ...

ARTICVLVS II.

Vtrum requiratur aliqua præparatio & dispositio ad gratiam ex parte hominis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non requiratur aliqua pparatio, siue dispositio ad gratiam ex parte hominis. Quia ut Apostolus dicit Ro. 4. Ei qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum: sed præparatio hominis p liberum arbitriũ non est nisi per aliquã operationẽ ergo tolleretur ratio gratiæ.

¶ 2 Præt. Ille qui in peccato pgreditur, nõ se pparat ad gratiã habendam: sed aliquibus in peccato progredientibus data est gratia, sicut patet de Paulo q gratiã cõsecutus est dũ esset spirãs minarũ, & cędis i discipulos dñi, ut dr Act. 9. ergo nulla pparatio ad gratiã requirit ex parte hoĩs.

¶ 3 Præt. Agens infinitæ uirtutis nõ requirit dispositionem in materia, cũ nec ipsam materiã requirat, sicut in creatione apparet, cui collatio gratiæ comparatur, q dr noua creatura, ad Gal. ultimo: sed solus Deus, qui est infinitæ uirtutis, gratiam causat, ut dictum est. ergo nulla præparatio requiritur ex parte hominis ad gratiam consequendam.

SED CONTRA est, quod dicitur Amos 4. Prępara te in occursũ Dei tui Israel. & 1. Re. 8. dr, Præparate corda uestra Domino.

RESPON. Dicẽdũ, q sicut s. dictũ est, grã dr dupliciter. Quãque qdẽ ipsum habituale donũ Dei: qñq; ãt auxiliũ Dei mouẽtis animã ad bonũ. Primo igĩ mõ accipiẽdo gratiã, pexigit ad gratiã aliqua grę pparatio, qa nulla forma pt esse nisi in materia disposita. Sed si loquamur de grã, sm quod signat auxiliũ Dei mouẽtis ad bonũ, sic nulla pparatio requiritur ex parte hominis quasi præueniens diuinum auxiliu. sed potius qcũq; pparatio in homine esse põt, est ex auxilio Dei mouẽtis aĩam ad bonum. Et sm hoc ipse bonus motus liberi ar. quo quis pparat ad donũ gratiæ suscipiẽdũ ẽ actus liberi arb. moti a Deo Et quantũ ad hoc dicit homo se præparare, secũdũ illud Prouer. 16. Hominis est præparare animũ. & principaliter a Deo mouente liberum arbitriũ. Et secundum hoc dicitur e Deo uolũtas hominis pręparari, & a Domino gressus hominis dirigi.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q pparatio hominis ad gratiam habentem, quædam est simul cum ipsa infusione gratiæ. Et talis operatio est quidem meritoria, sed non gratiæ q̃ iã hr, sed gloriæ, q̃ nondũ habet. Est ãt alia pparatio gratiæ imperfecta, q̃ aliqñ pcedit donũ gratiæ gratum facientis, q̃ tamen est a Deo mouente. Sed ista non sufficit ad meritum, nondũ homine per gratum iustificato: quia nullũ meritũ potest esse nisi ex gratia, ut infra dicetur. q. 114. a. 2.

AD 2m dicendũ, q cum homo ad gratiam se præparare non possit, nisi Deo eum præueniente, & mouẽte ad bonum refert utrum subito, uel paulatim aliquis ad perfectam præparationem perueniat Dicitur enim Eccl. 11. Facile est in oculis Dei subito hone-

sponente pro gratia. ¶ Ad hoc dicitur, quòd cum gratia sit deficat ua formaliter naturæ rationalis cognoscentis, ut sic tqual ... constituitur in ... in aliqua natura requirit materia dispositam ad illam, ut gratia. Si enim homo in diuinã eleuari debet naturam, oportet, ut prius in illam naturam diui... nam per propriũ actum ... conuertat, aut per alterius actũ, puta, sui capiti s. Et propterea, nunquam datur gratia, nisi ... sibi ... per actum proprium, ut est adultus, uel per actum Christi infan... Verum quia nati ... formatum descenden tes, non intendunt ... potentiam ... sed ... secuntur, ideo in pace ... loco, ubi de ... tam ... mo. dicit ... quòd exigit ... materiam ... potentiam: & propter ... assignatur ... liberi ... conuertit a Deum ... Cum hoc tamen stat & quòd Deus suppleat talem ... per meritum ... Christi, & ... sed de potentia abso luta etiam sine ... merito & supplere ... in illam dare. Propterea in litera nec de gratia data infantibus cum ... to ... nec de potentia Dei ... negatiue, dum ... responsione ad tertium dicitur. quod nulla præparatio exigitur a diuina potentia, quæ nõ fieri ab ... & non affirmatur quod semper ex gratia ... dispositum.

Am. pri...

q. 10 ...

D...

honestare pauperē. Cōtingit aūt qnq;, ꝙ Deus mouet hominē ad aliqđ bonū, non tñ perfectum: & talis ꝑparatio præcedit gratiā. Sed qnq; statim perfecte mouet ipsum ad bonū, & subito gratiam homo accipit, ſm illud Ioā. 6. Omnis qui audit a Patre, & didicit, venit ad me. Et ita cōtingit Paulo, quia subito cū esset in progressu peccati, perfecte motum est cor eius a Deo, audiendo, & addiscendo, & ueniendo, & ideo subito est gratiam consecutus.

D.985.

Ad 3m dicendū, ꝙ agens infinitæ uirtutis nō exigit materiam, uel dispōnem materiæ, quasi præsuppositam ex alterius causæ actione: sed tñ oportet, ꝙ ſm cōditionem rei causandæ in ipsa re causet & materiam, & dispōnem debitam ad formam. Et similiter ad hoc, ꝙ Deus gratiam infundat animæ, nulla præparatio exigitur, quàm ipse non faciat.

Articvlvs III.

Vtrum necessario detur gratia se præparanti ad gratiam, vel facienti quod in se est.

196 *Porrecta per totum. 4. dist. 17. q. ar. 2. q. 3. p to. & q. 2. ar. 5. q. 1 cor. Et dis. 20. art. 1. q. 1. corp.*

Medina art. 4.

AD TERTIVM sic proceditur. Vr̃ ꝙ ex necessitate detur gratia se præparāti ad gratiam, vel facieti quod in se est: quia super illud Ro. 5. Iustificati ex fide pacē habeamus &c. dicit glo. Deus recipit eū, qui ad se cōfugit, aliter esset in eo iniquitas: sed impossibile est in Deo iniquitatē esse: ergo est impossibile, ꝙ Deus nō recipiat eū qui ad se cōfugit. ex necessitate igitur gratiam assequitur.

¶ 2 Prǽt. Ansel. dicit in lib. de casu diaboli, ꝙ ista est causa, quare Deus nō cōcedit diabolo gratiā, quia ipse nō uoluit accipere, nec paratus fuit: sed remota causa necesse est remoueri effectū. ergo si aliquis uelit accipere gratiam, necesse est ꝙ ei detur.

Anselm. cap. 1.

¶ 3 Prǽt. Bonū est cōmunicatiuū sui, vt patet per Dion. in 4. cap. de di. no. sed bonū gratiæ est melius, quàm bonū naturæ. cū igit̃ forma naturalis ex necessitate adueniat materiæ dispositæ, vr̃ ꝙ multo magis gr̃a ex necessitate det̃ ꝑparanti se ad gratiā.

cap. 4. in principio illius.

Sed contra est, ꝙ homo cōparat̃ ad Deū, sicut lutum ad figulum, ſm illud Hier. 18. Sicut lutum in manu figuli, sic uos in manu mea: sed lutum, non ex necessitate accipit formā a figulo, quantumcūq; sit præparatum. ergo neq; homo recipit ex necessitate gratiā a Deo quantumcunque se præparet.

Respon. Dicendum, ꝙ sicut supra dictum est, Præparatio hominis ad gratiam est a Deo sicut a mouente: a libero autem arbitrio sicut a moto.

Art. præceden.

¶ Pōt igit̃ ꝑparatio dupliciter cōsiderari. Vno qdē mō, ſm ꝙ est a libero arbitrio: & ſm hoc nullā necessitatē hēt ad gr̃æ cōsecutionē, qa donū gratiæ excedit oēm ꝑparationē uirtutis humanæ. Alio mō pōt cōsiderari, ſm qđ est a Deo mouēte, & tunc hēt necessitatē ad id, ad qđ ordinat̃ a Deo, nō quidē coactionis, sed infallibilitatis: qa intētio Dei deficere nō pōt, ſm ꝙ Aug. dicit in lib. de ꝑdest. sanctorū, ꝙ per beneficia Dei certissime liberant̃, quicunq; liberant̃. Vnde si ex intētione Dei mouentis est, ꝙ homo cuius cor mouet, gratiā consequatur, infallibiliter ipsam consequitur, ſm illud Ioan. 6. Omnis qui audit a Patre, & didicit, uenit ad me.

Cōclusionis pars 1. *Cōclusionis pars 2.*

Ad primvm ergo dicēdū, ꝙ glo. illa loquitur de illo, q cōfugit ad Deū ꝑ actū meritoriū liberi arb. iā per gratiā informati, quem si nō reciperet, esset cōtra iustitiā, quā ipse statuit. Vel si referat̃ ad motum liberi arbitrij ante gratiam, loquitur ſm quod ipsum confugium hominis ad Deum est per motionem diuinam, quā iustum est non deficere.

Ad 2m dicēdū, ꝙ defect⁹ gr̃æ prima cā ē ex nobis sed collationis gr̃æ prīa cā ē a Deo, ſm illud Os. 13. Perditio tua ex te Israel, tm̄mō ex me auxiliū tuū.

Ad 3m dicendū, ꝙ ēt in rebus naturalibus dispositio materiæ nō ex necessitate consequitur formā, nisi per uirtutem agētis, qui dispositionem causat.

Articvlvs IIII.

Vtrum gratia sit maior in uno, quàm in alio.

197 *Porrecta per totum.*

Medina art. 4.

AD QVARTVM sic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ gr̃a nō sit maior in vno, q̃ in alio. Gratia. n. causat̃ in nobis ex dilectione diuina, vt dictū est: sed Sap. 6. dr̃, Pusillū, & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de oībus. ergo oēs æqualiter gratiā ab eo cōsequunt̃.

Sup. q. 66. ar. 2. ad 1. Et 2. 2. q. 5. artic. 4. ad 1. q. 110. artic. 1.

¶ 2 Præt. Ea, quæ in summo dn̄r, nō recipiunt magis, & minus: sed gratia in summo dr̃, quia coniungit ultimo fini: ergo non recipit magis, & minus: non est ergo maior in uno, quàm in alio.

¶ 3 Prǽt. Gratia est vita aīæ, ut s. dictū est: sed uiuere non dr̃ ſm magis, & minus: ergo ēt neq; gratia.

q. 110. ar. tic. 4. & 2. 2. ad 2.

Sed contra est, ꝙ dr̃ ad Ephe. 4. Vnicuiq; data est gratia ſm mēsurā donationis Christi. Quod autē mensurate datur, non omnibus æqualiter datur: ergo non omnes æqualem gratiam habent.

Respon. dicendū, ꝙ sicut supra dictū est. Habitus duplicē magnitudinē hr̃e pōt. Vnā ex parte finis, uel obiecti, ſm qđ dr̃ una uirtus, alia nobilior, inquantū ad maius bonū ordinat̃. Aliā uero ex parte subiecti, qđ magis, uel minus participat habitū inhærētē. Secūdū igit̃ primā magnitudinē, gratia gratū faciēs nō pōt esse maior & minor, qa gr̃a ſm sui rationē cōiungit hoīem summo bono, ꝙ est Deus: sed ex parte subiecti, gratia pōt suscipere magis, uel minus, prout s. unus perfectius illustrat̃ a lumine gratiæ, q̃ alius. Cuius diuersitatis rō qdē est aliqua ex parte ꝑparātis se ad gratiā: q. n. magis se ad gratiā præparat, pleniorem gratiā accipit. Sed ex hac parte non pōt accipi prima ratio huius diuersitatis: quia ꝑparatio ad gratiā non est hoīs, nisi inquatū liberū arbitrium eius ꝑparatur a Deo. Vnde prima causa huius diuersitatis accipienda est ex parte ipsius Dei, qui diuersimode suæ gratiæ dona dispēsat ad hoc, ꝙ ex diuersis gradibus pulchritudo, & perfectio Ecclesiæ cōsurgat: sicut ēt diuersos gradus rerū instituit, ut esset uniuersum perfectū. Vnde Apost. ad Eph. 4. postquā dixerat, Vnicuique data est gratia ſm mēsurā donationis Christi, enumeratis diuersis gratiis, subiungit, Ad cōsumationem sanctorum in ædificationem corporis Christi.

q. 52. artic. 1. & 2. *Cōclusionis pars 1.* *Cōclusionis pars 2.*

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ cura diuina dupliciter cōsiderari potest. Vno modo, quantum ad ipsum diuinum actum, qui est simplex, & uniformis: & ſm hoc æqualiter se habet eius cura ad omnes, quia s. uno actu simplici, & maiora, & minora dispensat. Alio modo potest considerari ex parte

eorum, quæ in creaturis ex diuina cura proueniũt. Et secũdum hoc inuenitur inæqualitas, inquantũ scilicet Deus sua cura quibusdam maiora, quibusdam minora prouidet dona.

Ad 2^m dicẽdum, ꝙ rõ illa procedit ſm primum modũ magnitudinis grãæ: non.n. pôt gratia ſm hoc maior eſſe, ꝙ ad maius bonum ordinet, ſed ex eo, ꝙ magis, uel minus ordinat ad idẽ bonum magis, vel minus participandum. Pôt.n. eſſe diuerſitas intenſionis, & remiſſionis ſecundum participationẽ ſubiecti, & in ipſa gratia, & in finali gloria.

Ad 3^m dicendum, quòd uita naturalis ꝑtinet ad ſubſtantiã hoĩs, & iõ non recipit magis, & minus: ſed uitam gratiæ participat homo accidentaliter, & iõ eam poteſt homo magis, uel minus habere.

SVP QVÆST. [illegible] ARTIC. V.
Medina ar. 5.

I [illegible] ar. 3. & 4 nihil [illegible] o curritur [illegible] inquantũ aut ad ue[illegible] primo. ꝙ non [illegible] ex[illegible] actus, de qua [illegible] [illegible] fuſt[illegible] certe [illegible] & [illegible] non [illegible] [illegible] nos habe re gratiã [illegible] dum actuũ in gratia, & extra gratiam, ex naturalibus prouenien tium.

Aduerte [illegible] id, [illegible] ad ſecundũ [illegible] habens fidem [illegible] ſe ha bere [illegible] pôt [illegible] multi [illegible] Pri mo de fide [illegible] & hoc eſt manifeſtũ: ſecun [illegible] fide [illegible] & [illegible] certitudine [illegible] nemo ſcit ſe habere fidem ex actu fidei, puta, credere [illegible] pôt ex pro[illegible] uolun tate, & [illegible] pro uenire. Certitudine aũt fidei quilibet ſcit certe ſe hr[illegible] fidei. Et hoc dif fert certitudo experi mẽtalis fidei & grãæ: qa ex actibus grãæ quã uis hõ poteſt [illegible] gia, ſtat tñ cũ formi dine partis oppoſitæ. Ex actibus uero fidei hõ credit [illegible] ſe habere fidem [illegible] credita, ſ. incarna [illegible] Chri &c. Er[illegible] loquitur de certi[illegible] ne, q̃ eſt de [illegible] iõ de [illegible] certitudine intelligenda eſt quo ad fidem infuſam.

Perreſtã per totum. t.d. 14 a. 2. ad 5. Et 4 diſ. 21. q. 2. ar. 2. cor.

Lib. 12. ſup Gen. ex ca. 25 & to. 3.

Articvlvs V.

Vtrum hõ poſſit ſcire ſe habere gratiã.

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur ꝙ hõ poſſit ſcire ſe hre gratiam. Gratia.n. eſt in aĩa ꝑ ſui eſſentiam: ſed certiſſima cognitio aĩæ eſt eorũ, q̃ ſunt in anima ꝑ ſui eſſentiam, ut patet ꝑ Auguſt. 12. ſuper Gen. ad literã. ergo gratia certiſſima pôt cognoſci ab eo, qui gratiam habet.

¶ 2 Præt. Sicut ſcia eſt donũ Dei, ita & gratia: ſed, qui à Deo ſcientiã accipit, ſcit ſe ſcientiã habere, ſecundũ illud Sap. 7. Dñs dedit mihi hotũ, q̃ ſunt, uera ſcientiã. ergo pari rõne qui accipit grãm à Deo, ſcit ſe grãm hre.

¶ 3 Præt. Lumẽ eſt magis cognoſcibile ꝙ tenebra, qa ſm Apoſt. ad Eph. 5. oẽ q̃d manifeſtat, lumen eſt: ſed peccatum quod eſt ſpũale tenebra, per certitudinẽ pôt ſciri ab eo, qui habet peccatum. ergo multo magis gratia, quæ eſt ſpirituale lumen.

¶ 4 Præt. Apoſt. dicit 1. ad Cor. 2. Nos aũt non ſpiritum huius mũdi accepimus, ſed ſpiritũ qui a Deo eſt, ut ſciamus, q̃ a Deo donata ſunt nobis: ſed gratia eſt primum donum Dei. ergo hõ q accipit gratiam per Spiritũ ſanctum, per eundem Spiritum ſcit gratiam eſſe ſibi datam.

¶ 5 Præt. Gen. 22. ex perſona Dñi dr ad Abrahã, Nunc cognoui ꝙ timeas Dñm, i. cognoſcere te feci: loqĩ aũt ibi de timore caſto, q non eſt ſine grã. ergo hõ pôt cognoſcere ſe habere gratiam.

Sed contra eſt, ꝙ dr Eccl. 9. ꝙ nemo ſcit utrũ ſit dign° odio, uel amore: ſed gratia gratum faciens facit hoiem dignum Dei amore. ergo nullus poteſt ſcire utrum habeat gratiam gratum facientem.

Resp. Dicendum, quòd tripliciter aliquid cognoſci pôt. Vno mõ per reuelationẽ: & hoc mõ pôt aliqs ſcire ſe habere gratiã. Reuelat.n. Deus hoc aliqñ aliquibus ex ſpeciali priuilegio, ut ſecuritatis gaudium ẽt in hac uita in eis incipiat, & cõfidentius & fortius magnifica opera proſequãtur, & mala præſentis uitæ ſuſtineant, ſicut Paulo dictum eſt 2. ad Cor. 12. Sufficit tibi gratia mea. Alio modo homo cognoſcit aliquid ꝑ ſeipſum, & hoc certitudinaliter: & ſic nullus poteſt ſcire ſe habere gratiam. Certitudo enim nõ poteſt haberi de aliquo, niſi poſſit diiudicari per proprium principium: ſic enim certitudo habetur de cõcluſionib° demonſtratiuis ꝑ indemonſtratiua uñia principia. Nullus aũt poſſet ſcire ſe habere ſciam alicuius cõcluſionis, ſi principiu ignoraret. Principiũ aũt gratiæ & obiectũ eius eſt ipſe Deus, qui ꝑp ſui excellentiam eſt nobis ignotus, ſm illud Iob 36. Ecce Deus magnus uincens ſciam noſtram. Et ideo eius pręſentia in nobis, & abſentia, ꝑ certitudinem cognoſci nõ pôt, ſecũdũ illud Iob 9. Si uenerit ad me, non uidebo eum: ſi aũt abierit, non intelligam. Et iõ hõ non pôt per certitudinem diiudicare, utrũ ipſe habeat gratiam, ſecundum illud 1. ad Cor. 4. Sed neq; meipſum iudico: qui aũt iudicat me, Dñs eſt. Tertio mõ cognoſcitur aliquid coniecturaliter ꝑ aliqua ſigna. Et hoc mõ aliquis cognoſcere poteſt ſe habere gratiam, inquantum ſ. percipit ſe delectari in Deo, & contẽnere res mũdanas, & inquantum hõ non eſt conſcius ſibi alicuius peccati mortalis. Secundum quem modum poteſt intelligi quod habetur Apoc. 2. Vincenti dabo manna abſconditum, quod nemo nouit niſi, qui accipit: qa ſ. ille qui accipit per quandam experientiã dulcedinis nouit, qua non experitur ille, qui non accipit. Iſta tñ cognitio imperfecta eſt. Vnde Apoſt. dicit 1. ad Cor. 4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed nõ in hoc iuſtificatus ſum: quia ut dicitur in Pſal. 18. Delicta quis intelligit? ab occultis &c.

Ad primvm ergo dicẽdũ, ꝙ illa q̃ ſunt per eſſentiam ſui in aĩa, cognoſcuntur experimẽtali cognitione, inquantum hõ experitur per actus principia intrinſeca: ſicut uoluntatem percipimus uolẽdo, & uitam in operibus uitæ.

Ad 2^m dcẽm, ꝙ de rõne ſcientiæ eſt, ꝙ hõ certitudinem habeat de his, quorum habet ſciam: & ſimiliter de rõe fidei eſt, ꝙ homo ſit certus de his, quorum habet fidem. Et hoc iõ, quia certitudo ptinet ad perfectionem intellectus, in quo prædicta dona exiſtunt: & ideo quicunque habet ſcientiam, uel fidem, certus eſt ſe habere. Non eſt autem ſimilis ratio de gratia, & charitate, & aliis huiuſmodi quæ perficiunt uim appetitiuam.

Ad 3^m dcẽm, ꝙ pctm hẽt pro principio, & pro obiecto bonũ commutabile, quod nobis eſt notũ. Obiectũ aũt, uel finis gratiæ eſt nobis ignotũ propter ſui luminis immenſitatem, ſecundum illud 1. ad Tim. ult. Lucem habitat inacceſſibilem.

Ad 4^m dicendum, quòd Apoſtolus ibi loquitur de donis gloriæ, quæ ſunt nobis data in ſpe, quæ

ſertiſſime

mus per certitudinē nos habere gratiam, per quā nos possimus ea promereri. Vel pōt dici, ꝙ sequitur de notitia priuilegiata, q̄ est per reuelationē. unde subdit nobis āt reuelauit Deus per Spiritū sanctū.

Ad 5m dicēdū, ꝙ illud uerbū Abrahæ dictū, pōt referri ad notitiam experimentalem, q̄ est per exhibitionē operis. In opere enim illo q̄ fecerat Abraham, cognoscere potuit experimentaliter se Dei timorē hr̄e. Vel potest hoc ad ēt reuelationē referri.

QVAESTIO CXIII.

De effectibus gratiæ in decem articulos diuisa.

SVPER QVAE. XIII. ARTIC. I.

Medina ar. 1.

IN artic. 1. quæstionis centesimæ decimætertiæ nota, ꝙ author non dicit, ꝙ iustificatio impii, de qua nunc sermo, sit motus: sed quòd est secundum rationem motus de contrario in contrarium. Et dico hoc, quia iustificatio impii non oportet quòd sit de contrario in contrarium proprie: quoniam culpæ macula, quæ est terminus à quo, non est res positiua, sed est de habente se per modum contrarii in alterum: sic enim se habet macula ad gratiam. Et propterea iustificatio impii est per modum motus in nobis: in angelis autem, & Adam in principio fuit per modum simplicis generationis.

Cætera quæ spectāt ad oppositionem gratiæ, & culpæ, inferius tractabuntur.

DEINDE considerandum de effectibus gratiæ. Et primo, de iustificatiōe impij, q̄ est effectus gr̄æ operantis. Secūdo de merito, qđ est effectus gratiæ cooperantis. Circa primum quæruntur decē.

¶ Primo, Quid sit iustificatio ipii

¶ Secundo, Vtrum ad eam requiratur gratiæ infusio.

¶ Tertio, Vtrū ad eam requirat̄ aliquis motus liberi arbitrii.

¶ Quarto, Vtrū ad iustificationē impii requiratur motus fidei.

¶ Quinto, Vtrum ad eam requiratur motus, liberi arbitrii contra peccatum.

¶ Sexto, Vtrum præmissis sit connumerāda remissio pc̄torum.

¶ Septimo, Vtrū in iustificatione impii sit ordo tēporis, aut sit subito.

¶ Octauo, de nāli ordine eorū q̄ ad iustificationē ꝯcurrunt.

¶ Nono, Vtrum iustificatio impii sit maximum opus Dei.

¶ Decimo, Vtrum iustificatio impij sit miraculosa.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum iustificatio impij sit remissio peccatorum.

199 *Porrecta per totum.* Infra a. 6. ad. 1. Et 4. di. 17. q. 1. ar. 1. q. 1. Et ueri. q. 28. ar. 1. *q. 71. a. 1.

AD PRIMVM sic procedit̄. Vr̄ ꝙ iustificatio impii non sit remissio pccatorū. Peccatum. n. nō solū iustitiæ opponit̄, sed omnib. uirtutibus, ut ex *supradictis patet: sed iustificatio significat motū quēdā ad iustitiā. nō ergo ois peccati remissio est iustificatio, cū omnis motus sit de cōtrario in cōtrariū.

¶ 2 Præ. Vnumquodq; debet nominari ab eo, qđ ēh potissimum in ipso, ut dicitur in 2. *de anima: sed remissio peccatorum pręcipue fit p̄ fidem, secundū illud Act. 15. Fide purificans corda eorum, & p̄ charitatem, s̄m illud Prou. 10. Vniuersa delicta operit charitas. magis ergo remissio peccatorū debuit denominari a fide, uel a charitate, quàm a iustitia. (lib. 2. tex. 49 tom. 2)

¶ 3 Pr̄e. Remissio peccatorū idem esse uidetur qđ uocatio. uocatur enim qui distat, distat autem aliq̄s a Deo per peccatum: sed uocatio iustificationē p̄cedit, secundū illud Ro. 8. Quos uocauit, hos & iustificauit. ergo iustificatio nō ē remissio peccatorū

SED CONTRA est, quod Rom. 8. super illud, Quos uocauit, hos & iustificauit, dicit *gl. remissione pec

A catorū. ergo remissio peccatorum est iustificatio.

RESPON. Dicēdū, ꝙ iustificatio passiue accepta importat motū ad iustitiā, sicut & calefactio motū ad calorē. Cū āt iustitia de sui rōne importet quandā rectitudinē ordinis dupliciter accipi p̄t. vno mō s̄m qđ importat ordinē rectū in ipso actu hominis Et s̄m hoc iustitia ponitur uirtus q̄dā, siue sit particularis iustitia, q̄ ordinat actū hominis s̄m rectitudinē i cōparatione ad aliū singularē hominē: siue sit iustitia legalis, q̄ ordinat s̄m rectitudinē actū hominis in cōparationē ad bonū cōe multitudinis, ut patet i 5. *Eth. Alio mō dr̄ iustitia prout importat re- (*Gl. interl. ibidem.*) (c. 1. tom. 5)

B ctitudinē quādā ordinis in ipsa interiori dispositione hominis, prout. s. supremū hominis subdit̄ Deo & interiores uires aīæ subdūtur supremæ. s. rōni. Et hāc ēt dispositionē uocat *Philosophus in 5. Eth. iustitiā metaphorice dictā. Hæc āt iustitia in hoīe p̄t fieri dupliciter. uno quidē mō p̄ motū simplicis generationis, q̄ est ex priuatiōe ad formā. Et hoc mō iustificatio posset cōpetere ēt ei, q̄ nō esset in peccato, dū hmōi iustitiā à Deo acciperet: sicut Adā dr̄ accepisse originalē iustitiā. Alio mō p̄t fieri hmōi iustitia in homine secundum rationē motus, q̄ est de contrario in contrariū: & secundū hoc iustifica- (Cap. ult. tom. 5.)

C tio importat transmutationē quandam de statu iniustitiæ ad statū iustitiæ prædictæ. Et hoc modo loquimur hic de iustificatione impii secundum illud Apost. ad Ro. 4. Ei qui non operatur, credenti autē in eū, qui iustificat impium &c. Et quia motus denominatur magis à termino ad quē, quam à termino à quo, iō huiusmodi transmutatio, qua aliq̄s trāsmutat̄ a statu iniustitiæ p̄ remissionē peccati, sortitur nomē a termino ad q̄, & uocat̄ iustificatio ipii.

AD PRIMVM ergo dicendū, quod omne peccatū s̄m quod importat quandā inordinationē mētis nō subditæ Deo, iniustitia potest dici prædictæ iusti-

D tiæ contraria, s̄m illud 1. Io. 3. Oīs qui facit peccatum, & iniquitatē facit, & peccatū est iniquitas: & s̄m hoc remotio cuiuslibet peccati dr̄ iustificatio.

AD 2m. dicendum ꝙ fides, & charitas dicunt ordinē specialē mentis humanæ ad Deum s̄m intellectū, uel affectū: sed iustitia importat generaliter totā rectitudinē ordinis, & iō magis denominat̄ huiusmodi trāsmutatio à iustitia, q̄ à charitate, uł fide.

AD 3m dicēdū, ꝙ uocatio refertur ad auxilium Dei interius mouentis, & excitantis mentem ad deserendum peccatum: Quæ quidem motio Dei non est ipsa remissio peccati, sed causa eius.

E

ARTICVLVS II.

Vtrum ad remissionē culpæ, quæ ē iustificatio impij, requiratur gratiæ infusio.

AD SECVNDVM sic p̄ceditur Videt̄ ꝙ ad remissionem culpę, quæ est iustificatio impii, nō requirat̄ gratię infusio Potest. n. aliq̄s remoueri ab uno cōtrario sine hoc, ꝙ p̄ducatur ad alterū, si contraria sint mediata: sed status culpæ, & status gr̄æ sunt contraria mediata. est. n. medi⁹ stat⁹

SVPER QV. CXIII. ART. I.

Medina ar. 2.

200 *Porrecta per totum.* 4. di. 17. q. 1. ar. 3. q. 4. Et ueri. q. 28. ar. 2.

IN articulo 2 quæstionis centesimæ decimætertiæ, dubiū occurrit circa rationem literæ quoad illam propositionem, Effectus diuinæ dilectionis in nobis, qui per peccatum tollitur, est gratia qua homo fit dignus uita æterna, Videtur

nanque quòd propositio sit manifeste falsa: nam peccatum luxuriæ non tollit nisi rectitudinem naturalem per se, ut patet si ponemus hominem in puris naturalibus. Et confirmatur, quia non plus tollit priuatio, quàm habitus oppositus ponat: sed temperantia nõ ponit gratiam. ergo peccatum mortale oppositum non tollit nisi temperantiam.

¶ Ad hoc dicitur, quòd peccatum mortale tollit gratiam non directe, sed ex cõsequenti, si inuenit eam, aut ponit illi obicem, si non inuenit eam: sicut negans animal, negat ex consequenti hominem, quàmuis ponens animal, non ponat hominem. sed hæc responsio licet uera sit impertinens tamen est, quoniam ex hoc littera processus non saluaretur efficax: quoniam ad negationem animalis licet sequatur negatio hominis, tamen separato animali, separatum est quicquid ablatum erat ex negatione animalis. Et similiter esset in proposito, quod licet ad priuationem rectitudinis naturalis sequatur negatio rectitudinis gratiæ, tamen reparata rectitudine naturali reparatum esset quicquid ablatum erat. Et confirmatur hoc [illegible] de rectitudine naturali iuncta actualiter rectitudini gratiæ, [illegible] de rectitudine naturali absolute. Si primo, constat quòd hoc est per accidens [illegible] accidit naturali rectitudini coniungi supernaturali, sicut aial homini. Si secũdo, constat quòd reparata rectitudine, restauratũ est totũ quod deperditum est. Dicendũ est ergo, quòd quia omne pctm mortale includit in se contrarietatẽ ad charitatem, ut in 2.2.q. eccl. ar. ult. habebimus: quia est transgressio illius præcepti charitatis negatiui, scilicet nihil est præferendum amicitiæ diuinæ: ideo omne peccatum mortale priuat rectitudine naturali, priuat etiam rectitudine gratiæ, ita quod non priuat rectitudine gratiæ ex cõsequenti, sicut priuatio animalis est priuatio hominis, sed priuat ea formaliter, [illegible] quod priuatio rectitudinis naturalis sit formaliter, [illegible] rectitudinis supernaturalis, quoniam priuationes dist[illegible] genere [illegible], sed quia ambæ priuationes, scilicet utriusque rectitudinis in [illegible] mortali huiusmodi inueniuntur, quia contra [illegible] legem committimur, scilicet naturæ, & charitatis eadem transgressione. & sic siue inueniatur, siue non in [illegible] subiecto, adulter transgreditur utranque legem, ac per hoc tollit gratiam si inuenit aut ponit illi obicem. Et sic intellecta propositione [illegible] efficax est processus litteræ: nam ea hoc sensu sequitur, quod non fit reparatio per solam restitutionem naturalis rectitudinis: nã sicut duplex rectitudo est ablata, duplicem oportet restitui. Et per hoc patet responsio ad primam obiectionem, & ad secundam. Nam non dicimus, quòd plus priuatio tollat, quàm habitus oppositus ponat: sed dicimus, & bene, quòd priuatio una plus includit aliam quàm oppositus habitus includat alium oppositũ. malum nanque morale mortale includit malum oppositũ gratiæ, & tantum bonũ morale non includit bonum gratiæ. Et ratio est, quia bonum ex causa integra, malum autem ex singularibus defectib. Ad transgrediendum enim charitatis præceptum, satis est transgredi quodcunque præceptum [illegible] unque: ad adimplendum autem ex charitate (sic enim sol[illegible] charitatis bonum participatur obediendo) præcepta, non sufficit quodcunque præceptum implere, sed exigitur integra [illegible], ut patet ex dictis.

¶ In responsione ad primum eiusdem secundi articuli dubium occurrit de propositione illa, Gratia, & culpa sunt opposita immediata respectu hominis lapsi, sed non respectu hominis absolute & de ratione eius, scilicet quia hoc fit sine speciali beneuolentia, uidetur in primis quòd ratio nihil ualeat, sed sit sophisma a speciali beneuolentia ad [illegible] alem. Speciali namque beneuolentia ad inimicum potest haberi quo ad tria. primo, quòd non

QVAEST. CXIIII.

nnocẽtiæ, in quo homo nec gratiam habet, nec culpã. ergo potest alicui remitti culpa sine hoc, quòd perducatur ad gratiã.

¶ 2 Præt. Remissio culpæ consistit in [b] reputatione diuina, secundũ illud Psal. 31. Beatus uir cui non imputauit Dominus peccatum: sed infusio gratiæ ponit etiam aliquid in nobis, ut supra habitum est. ergo infusio gratiæ non requiritur ad remissionem culpæ.

¶ 3 Præt. Nullus subiicitur simul duobus contrarijs: sed quædam peccata sunt contraria, sicut prodigalitas, & illiberalitas. ergo qui subijcitur peccato prodigalitatis nõ simul subijcitur peccato illiberalitatis. pót tamen contingere, quòd prius ei subiiciebatur. ergo peccãdo uitio prodigalitatis: liberat a peccato illiberalitatis: & sic remittit aliqđ pctm sine gra.

SED CONTRA est, quòd dr Ro. 3. Iustificati gratis per gratiã ipsi[a]

RESP. Dicẽdũ, quòd homo peccãdo Deũ offendit sicut ex [a] supra dictis patet. offensa autem non remittitur alicui, nisi per hoc quòd animus offensi pacatur offendenti. Et ideo secundum hoc peccatum nobis remitti dicitur, quòd Deus nobis pacatur: quæ quidẽ pax consistit in dilectione, qua Deus diligit nos. Dilectio autẽ Dei quantum est ex parte actus diuini, est æterna & immutabilis sed quãtu est de effectũ quẽ nobis imprimit, quandoq; interrũpitur, prout scilicet ab ipso qñq; deficimus, & quandoq; iterum recuperamus. Effectus aũt diuinæ dilectionis in nobis, qui per peccatũ tollitur, est gratia, qua hõ fit dignus uita æterna, à qua peccatũ mortale excludit. Et ideo [m] nõ posset intelligi remissio culpæ, nisi adesset infusio gratiæ.[n]

habeatur amplius pro inimico, quàmuis nec pœnam eo experimur enim in nobis, quòd inimico remittimus absque eo quòd uelimus illum ad consortium nostrum. secundo, quo ad rectitudinem naturalem, quia per peccatum est ablata. & sic restitueret hominem in statum pristinum absq; gratia. Tertio, quo ad dignitatẽ uitæ æternæ. & hoc fit per gratiam. Vñ author ex speciali beneuolẽtia in inimici, inferens specialem beneuolẽtiam dignitatis uitæ æternæ, errauit cũ isti effectus beneuolẽtiæ sic se habeant, quòd primus à secundo, & secundus à tertio sit separabilis etiam in inimici. Propositio deinde ipsa falsa restat: quia ex quo gratia & culpa nõ sunt opposita, immediata secundum se nec respectu hominis, nec respectu inimici, nec respectu dilectionis, aut potẽtiæ diuinæ sequitur quòd non sunt opposita immediata.

¶ Ad hoc dubiũ quo ad utrũq; dr quòd gratia & culpa in homine lapso sunt opposita immediata, non ex natura oppositorum, sed ex diui[illegible] statuto, quo ordin[illegible] nunquam remittendum peccatum, nisi per donum gratiæ gratũ facientis & propterea opus est tali beneuolentia speciali. & sic cessant obiecta. ¶ Sed hæc solutio licet ab aliquibus teneatur ut uera, secundũ doctrinã authoris non est uera, ut in sequenti dubio patebit. Vnde aliter dicendum est, quòd gratia & culpa licet absolute, & respectu hominis nõ sint opposita immediata respectu tamen hominis lapsi sunt opposita immediata ex habitudine [illegible] ad tale subiectum. sicut enim inter cæcum & uidentem respectu canis absolute datur medium per abnegationem, & respectu eius post nonum diẽ non datur medium (canis enim ante nonum diem nec est cæcus, nec uidens: post nonum autem diem aut est cæcus, aut uidens) ita inter gratiam, & culpam respectu hominis absolute datur medium per abnegationem, sed respectu hominis lapsi non datur medium. Et ratio est, quia homo lapsus sahabet ad hæc ut ad priuationem, & habitum: quoniam ex eo quòd peccauit, subiectus est priuationi rectitudinis gratiæ, priuatione coniunctionis ad Deum obiectum charitatis, quia ex actu [illegible] auersione ab incommutabili bono, quam peccando habuit, remanet quasi habitualiter auersio ab eodem, quæ obicem retinet & impedimentum diuinæ infusionis gratiæ. Et propterea opus est speciali beneuolentia Dei [illegible] ad hunc effectum [illegible] gratia gratum faciens: quoniam opus est beneuolentia auferente priuationem illam. priuatio autem non aufert nisi oppositum habitum. unde error nullus in processu litteræ est.

¶ Ad obiectionem autem in oppositũ dr, quod nõ est eadem ratio in nobis & Deo: [illegible] remissio nostra potest esse ex parte remittentis solum (possumus enim perseueranti inimico parcere) sed remissio Dei oportet quod sit ex parte eius cui remittitur. Quoniam abominabilis est domino impius, & impietas eius. Et propterea oportet illum mutari ab impij priuatione ad habitum oppositum. si enim ad rectitudinem naturalem solum reduceretur, [illegible] adhuc impius remaneret propter obicem appositum charitati diuinæ non ablatum, qui non erat in eo, si esset in rectitudine naturali ante casum.

¶ In eodẽ 2 ar. dubium occurrit, an gratia gratum faciens ita exigatur ad iustificationem impij quod impossibile sit per quãcunque potentiam aliter iustificari impium.

Scotus in 1. sen. di. [illegible] & in 4. di. 1. q. 6. & in 14. d. q. 2. & dist. 16. q. 2. tenet quod de potentia absoluta Dei potest iustificari impius absq; gratiæ dono habituali. Author autem in hoc artic. tenet oppositum, dum in corpore articuli dicit, quòd non posset intelligi remissio culpæ, si non adesset infusio gratiæ constat enim, quod si dicet posse [illegible] secundum potentiam absolutam, quod posset intelligi. Fundamentum Scoti est, quia homo post

casum

¶SED CONTRA hoc obijcitur. Dictũ est suprà, quòd præscientia beneplaciti est cã rerum. Sed omnis causa necessaria inducit necessariò effectum, posita.n. causa, necessariò ponitur effectus, nisi sit deficiens in minori parte, sicut est cã naturalis. Cùm ergo præscientia Dei non sit deficiens, uidetur quòd id quod præscitum est a Deo, sit necessarium.

¶Amplius. Oẽ qd Deus præscit, est uerum, quia scientiæ Dei falsum subesse non põt. Sed (ut dicit Philosophus in 1. Perher.) oẽ qd est, qñ est, necesse est esse. Ergo si præscitum est modò uerum, necesse est nunc esse uerum. Sed futurum est præscitum. Ergo necessarium est futurum esse. Ergo de necessitate eueniet.

¶Præterea, Ponatur, quòd Deus præscit aliquid in parte affirmatiuã, ut Socratẽ currere. Tũc sic, aut est possibile Socratẽ non currere, aut non est possibile. Si non est possibile ipsum nõ currere, ergo ab æquipolenti necesse est ipsum currere: & sic habetur propositũ. Si aũt possibile est ipsum nõ currere, ponatur ergo (possibile.n. est secundum Philosophum, quo posito non sequitur incõueniens) sed positũ erat, quòd Deus præsciret Socratem currere, ergo præscit esse futurum qd non est futurum. ois aũt talis scientia falsa est, ergo sciẽtia uel præscientia Dei falsa erit: quod est impossibile. Relinquitur ergo, quòd Socratem non currere, non sit possibile, sed necessarium.

¶Item, si Deus præscit Socratem currere, aut est possibile aliter euenire, aut non est possibile. Si non est possibile aliter euenire, ergo necessarium est sic euenire, sicut præscitum est: & sic habetur propositum. Si autẽ possibile est, aliter euenire quàm Deus præscit, ergo diuina præscientia est fallibilis, & incerta: quod est falsum.

¶Adhuc, Secũdum Philosophum in lib. Priorum, ex maiori de necessario, & minori de inesse, sequitur cõclusio de necessario. Inde sic, Omne præscitum à Deo necesse est esse uerum. Sed Socratem currere, est præscitum à Deo, ergo necesse est esse uerũ. Et sic idem quod prius.

¶Item, In oĩ uera cõditionali si antecedens est necessariũ absolute, & consequens est necessarium absolutè, quia ad antecedẽs semp sequit cõsequens, & ad necessariũ nunq̃ sequit nisi necessarium, sicut ad uerum nunquã sequitur falsum quãuis ad falsum aliquando sequatur uerum, ut probatur in 1. Priorũ. Sed in hac conditionali, Necesse est Socratem currere, si est præscitũ à Deo, antecedens est necessariũ absolutè, tũ quia oẽ præscitum est necessarium, tum quia omne æternum est necessarium. Ergo Socratem currere, est necessarium absolutè.

¶IN CONTRARIVM est authoritas Augustini sumpta à simili in lib. de Libe. arb. dicentis, Sicut tu memoria tua non cogis esse facta, quæ præterierunt, sic præscientia non cogit fieri, quæ futura sunt.

¶Item põt ostendi per rationes ducentes ad impossibile. Si.n. præscientia Dei necessitatem reb. imponeret (sicut dictum est) tolleretur libertas arbitrij, periret consiliandi opportunitas, frustra bonis præmia, & malis supplicia ponerent, iniustè boni præmiarent, & mali punirent, laus & uituperiũ deperiret (quia ut dicit Hieron. nemo peccat in eo, qd uitare non põt) peccata nostra ad authorem bonorum omnium referentur, nec speculãdi aliquid uel deprecandi ratio ulla esset.

¶RESPONDEO dicendum, quòd propter huiusmodi difficultates duplex fuit error circa istam materiam. Quidam enim propter ordinem causæ ad causatum, dixerunt quòd cùm præscientia Dei sit causa rerum, & sit immutabilis, rebus necessitatem imponit, & ideo abstulerunt liberum arbitrium & peccatum. Et hæc positio fuit hæretica & iniqua, quia destruit bonos mores. Alij uerò propter ordinem scientiæ ad scitum, dixerunt, quòd cùm scientia sit certa cognitio ex ipsa ratione certitudinis, requirit determinationem in re scita. Sed in futuris contingentibus non est alterum determinatè uerum, & ideo de eis certa cognitio esse non potest, nisi quando sunt. Cùm autem Dei cognitio sit certissima & infallibilis, negauerunt Deum de futuris contingentibu. præscientiam habere, cogitantes intellectum diuinum ad modum intellectus nostri cognitionem accipere. Et hæc similiter positio hæretica fuit & impia, quia derogat nobilitati diuinæ. Et ideo positio uera & catholica est (quia Deum honorat, & bonos mores conseruat) quòd in Deo est certissima præscientia futurorum omnium, nec tamen rebus contingentibus necessitatem imponit. Quomodo autem hoc esse ualeat, sic percipi potest. Manifestum est, quod quando sunt multæ causæ ordinatæ, effectus ultimus non sequitur causam primam in necessitate uel contingentia, sed causam proximam, quia uirtus causæ primæ recipitur in cã secunda secundum modũ causæ secundæ, nam oẽ qd recipitur in aliquo est in eo secundum modum recipientis, & non secundum modũ recepti. Effectus enim ille non procedit à causa prima, nisi secundum quòd uirtus causæ primæ recipitur in causa secunda, ut patet in fructificatione arboris, cuius causa remota siue prima est motus solis, proxima uerò est uirtus generatiua plantæ. Fructificatio aũt impediri põt per impedimentũ uirtutis generatiuæ, quãuis motus solis inuariabilis sit. Similiter & scientia Dei licet sit inuariabilis causa omnium, effectus tamẽ producuntur ab ipsa per operationes causarum secundarum. Et ideo mediãtibus causis secũdis necessarijs, producit effectus necessarios, & mediantibus causis secundis contingentibus, producit effectus contingentes.

¶Sed adhuc manet dubitatio maior de infallibilitate diuinæ præscientiæ, quia licet prima cã possit stabilis esse cũ defectu causæ secundæ (sicut motus cœli cum sterilitate arboris) scientia tñ Dei nõ potest stare cum defectu causæ secundæ, non enim potest esse, quòd Deus sciat simul hunc hoiem currere, & ipse deficiat à cursu. Et hoc est propter certitudinem sciẽtiæ ipsius. Ad hoc ergo quòd sit certa scientia, oportet inuenire aliquam certitudinem in re scita.

¶Sciendum est igitur, quod antequam res sit, non habet esse nisi in causis suis, sed causæ quædam sunt, ex quibus necessariò sequitur effectus, quæ impediri non possunt. Et in istis causis habet effectus esse certum & determinatum, adeo quòd potest ibi fieri demonstratio, sicut est ortus Solis, & eclipsis Solis & Lunæ, & huiusmodi. Quædam autem sunt, ex quibus sequuntur effectus in maiori parte, sed tamen deficiunt in minori. Vnde in istis causis effectus futuri non habent certitudinem absolutam, sed quandam inquantum sunt magis determinatæ causæ ad unum, quàm ad aliud. Et ideo per istas causas potest accipi scientia coniecturalis de futuris. Quæ tantò magis est certa, quantò sunt causæ magis determinatæ ad unum, sicut est cognitio medici de sanitate infirmi ac morte futura, & iudicium astrologi de uentis & pluuijs futuris. Quædam uerò causæ sunt, quæ se habent ad utrumlibet. Et in istis causis, effectus futuri nullã habent certitudinem uel determinationẽ. Et ideo contingentia ad utrumlibet, in causis suis nullo modo cognosci possunt, sed quando iam efficiuntur in rerũ natura, tunc habent in seipsis esse determinatũ. Et ideo quando sunt in actu, certitudinaliter cognoscuntur, ut patet de eo qui uidet Socratem currere, quia tunc certam cognitionem habet de cursu ipsius, nam Socratem currere dum currit, necessariũ est. Intellectus autem diuinus ab æterno intuetur unumquodq; cõtingentiũ, non solùm prout est in causis suis, sed prout est in esse suo determinato, nisi.n. hoc esset, aliter cognosceret rẽ postquàm est, quàm antequam fieret: & sic ex euentibus rerum aliquid accresceret cognitioni eius. At uerò cognitio Dei non causatur à rebus sicut nostra, sed potius ipsa est causa rerum cognitarum.

¶Scientia ergo Dei cùm sit uera & perfecta, eo mõ quo res futuræ sunt, eas euenire cognoscit. Et ideo ab æterno uno intuitu uidit singula tempora, & cunctos hoium actus, & rẽ talem esse in hoc tempore & in hoc deficere. Patet igitur quòd præscientia Dei perfectè & inuariabiliter cognoscit res futuras prout eueniunt nec tamen rebus contingentibus necessitatem imponit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quòd effectus non trahit necessitatem à causa prima, sed solùm à causa proxima, ut dictum est. *Vbi supra ad primũ.*

¶Ad secundum dicẽdum, quòd dictum Philosophi intelligitur de eo qd aliquid in actu ponit circa subiectũ, qd postquam positũ est, impossibile est, non esse positum. Sed uerum de futuro nihil ponit circa subiectum, quia non est uerum pro præsenti, sed solùm pro futuro, & ideo nullam habet necessitatem.

¶Ad tertium dicendum, quòd duplex est necessitas, scilicet absoluta & conditionata siue respectiua. Necessitas absoluta, quæ opponitur contingentiæ, dicitur necessitas consequentis, quæ est ex causis necessarijs. Necessitas autem conditionata est ex suppositione siue conditione, ut dr necessitas consequentiæ. Et hæc nõ opponitur contingentiæ, quia non est ex causis necessarijs absolutè. Nam aliquod contingens necessariò sequitur facta suppositione, ut si ponatur, quod Socrates currit, necessariò sequitur quòd moueatur.

¶Dicendum est ergo, quòd actus diuinæ cognitionis transit super contingẽs (etsi futurum sit nobis) quia ei semper est præsens sicut transit uisus noster super ipsum, cum est præsens. Et quia omne quod est, dũ est, necesse est, esse, quòd tamẽ absolutè

non est necessarium, ideo in se consideratum est contingens, sed relatum ad Dei cognitionem est necessarium, quia ad ipsam refertur secundum quòd est in esse actuali, cùm æternitati omnia sint præsentia. Non. n. Deus videt tantum hanc rem respectu præcedentis temporis esse futuram, & respectu futuri esse præteritã, sed videt in tempus, in quo est præsens, & rem esse præsentem in hoc tempore. Vnde omnino simile, est si ego videam præsentialiter Socratem currere, quod quidem in se contingẽs est, sed relatum ad visum meum, est necessarium. Vnde secundum distinctionem positam dicendum est, quòd præscitum est necessarium necessitate consequentiæ sive conditionata, & non necessitate consequentis sive absoluta.

¶Ad quartum dicendum, q̃ infallibilitas & certitudo præscientiæ Dei provenit ex hoc, q̃ rem videt semper ut præsentem, sicut dictum est. Non tamen ex hoc, quòd res præscita necessitatem absolutam acquirit, sed conditionatã solum, ut iã patuit.

Vbi supra ad quintũ. ¶Ad quintum dicendum, q̃ ista propositio, Omne scitum à Deo necesse est esse, est duplex. Potest. n. esse de dicto, & sic est composita, & est vera, quia hoc dictum est necessarium, scilicet scitum à Deo est verum. Vel potest esse de re, & sic est divisa & falsa: hanc enim rem quæ ponitur scita à Deo, non est necesse fieri, q̃a contingenter fit. Et similiter conclusio duplex est. Huius autem distinctionis ratio, est quia potest illud sumi secundum conditionem quę subiacet divinę scientiæ, & hoc est secundum quod habet esse determinatum in actu, & sic necessitatem habet. Vel potest ista res sumi sine ulla conditione, & sic non est necessarium, quia potest considerari, prout est in causis suis, antequam fit in actu, & ibi habet necessitatem, nec ibi tantum est scita à Deo futura esse, non enim scit Deus effectum contingentum esse determinatum in sua causa, quia esset falsa scientia, cum in causa sua non sit determinatus.

Vbi supra ad sextum circa finẽ. ¶Ad sextum dicendum, quod ad hoc argumentum quidam sic respondent, & dicunt, quòd hoc antecedens, scilicet esse præscitum à Deo, est necessarium, nec tamen consequens est necessarium quia illa regula intelligitur tantùm in illis conditionalibus, in quibus antecedens est causa consequentis. Sed quia regula illa non probatur, à Philosopho ex ratione causalitatis, sed ex ratione consequentiæ (secundum quam ex necessario sequitur necessarium, sive sit causa, sive effectus) ideo aliter potest dici, quòd antecedens est necessarium, absolutè cũ ista res non ponitur subiacere divinæ scientiæ, nisi dum est in actu, secundũ quòd determinationem & certitudinem habet ipsam enim necesse est esse, dum est. Et ideo similis necessitas inferenda est in consequente, ut scilicet accipiatur ipsum, qđ est, Socratem currere secundum quòd est in actu, & sic determinationem & necessitatẽ habet. Vnde patet, quòd si sumatur Socratem currere secundum hoc q̃ ex antecedente sequitur, necessitatem habet, non enim sequitur ex antecedente, nisi secundum q̃ subiacet divinæ scientiæ, cui subiicitur, prout consideratur præsentialiter in suo esse actuali: unde sic etiam sumendum est consequẽs. Et hoc modo patet, quòd consequens necessarium est: necesse est enim Socratem currere, dum currit.

CAPVT V.

¶Vtrum prædestinatio habeat certitudinem.

1. dist. 40. q. 1 artic. unico. POST HÆC de prędestinatione restat investigare. ¶De qua hic ad præsens, pręter ea quę dicta sunt, duplex consideratio erit.

¶Prima quidẽ, utrũ prædestinatio certitudinem hẽat.

¶Secunda, utrum necessitatem imponat.

¶AD PRIMVM ergo sic proceditur. Videtur, quòd prædestinatio certitudinem non habeat. Dicitur enim Apoc. 3. Tene qđ habes, ne alius accipiat coronam tuam. Aut hoc intelligitur de corona præsentis iustitiæ, aut de corona gloriæ. Sed non de corona præsentis iustitiæ, quia gratia, quam quis habet, eo peccante, destruitur, nec de subiecto in subiectum mutatur. Ergo intelligitur de corona gloriæ. Sed gloria non est alicuius in statu vię, nisi secundum quòd est ei prædestinata. Ergo videtur, q̃ unus possit accipere, quod alijs prædestinatum est, & sic prædestinatio certa non erit.

¶2 Præterea, Greg. in Mora. dicit q̃ alijs cadentibus, in eorum locum alij succedunt. Sed locus gloriæ non potest dici eorũ, nisi quia est ei prædestinatus, ergo idem quod prius.

¶3 Item, in Psal. dicitur, Deleantur de libro vitæ, & cũ iustis nõ scribantur. Sed nõ põt deleri de libro, nisi quod ibi scriptũ est. Cùm ergo prædestinatio sit liber vitæ, videtur q̃ aliquis à prædestinatione possit deficere, & ita certitudinem non habebit.

¶4 Amplius, Eorũ, q̃ nõ sunt determinata, nec in se nec in causis suis, non põt esse certitudo. Sed motus liberi arbit. (qđ est cõ ad utrũlibet) non sunt determinati nec in se, nec in causis suis antequam sint. Cùm igitur affectus prædestinationis expleatur motibus liberi arbit. qui sunt opera meritoria, sequitur, quòd prædestinatio nullam certitudinem habeat.

¶IN CONTRARIVM est authoritas August. in libro de Correptione & gratia, dicentis, Certus est numerus electorum, qui non potest minui, nec augeri. *Cap. 13.*

¶Præterea, Secunda Timot. 2. dicitur, Novit Deus qui sunt eius. Cùm ergo divina cognitio sit certa & infallibilis (ut suprà dictũ est) & prædestinatio in sui ratione præscientiam includat, prædestinatio certa erit.

Vbi supra ad primũ & secundum. ¶RESPONDEO dicendum, quòd cum divina cognitio perfecta sit, certa est, & infallibilis. Et ideo non solùm numerus prædestinatorũ Deo certissimus est (licet incertus sit nobis) sed & numerus reprobatum. Sciẽdum tamen est, quòd secundum statum præsentis iustitiæ, quidam habentes gratiam, perdunt eã, dum in peccata labuntur, & eis cadentibus, in eorum locum alij admittuntur, dum opera ipsorum in charitate facta quæ sibi & alij proderant (secundum quòd charitas omnia merita sanctorum communia facit) ipsis peccantibus, eis prodesse desinunt ad æternæ vitæ meritum, eorum autem fructus in illis manet, qui in gratia perseverant. Non tamen ita quòd eadem gratia numero quæ in uno erat, ipso peccante, in alium trãsmutetur. Vnde secũdum statum præsentis iustitiæ, nunquam Ecclesia destituitur existentib. in gratia, quia quibusdam peccantibus, in gratiam alij à Domino advocantur. Et totus est certissimũ apud Deum, unde Apocal 3. super illo verbo, Tene quod habes, &c. dicit gloss. Cùm sit Deo certus numerus suorum, si quis labatur, alius misericordia in locum eius subinducitur, sicut p superbiam Iudæorum Gentiles subintrauit.

¶Et per hoc patet responsio ad primum & secundum argumentum.

Vbi supra ad tertiũ. ¶Ad tertium dicendum, quòd prædestinatio dicitur liber vitæ secũdum q̃ in eo dicitur aliquid scribi, non solùm quantum ad præsentem iustitiam, sed etiam quantum ad futuram gloriam, & sic nullo modo potest dici aliquis deleri de libro Vitæ. Sed illud quod est ibi scriptum quantũ ad præsentem iustitiam tantùm, dicitur deleri, non mutatione facta ex parte libri, ut in eo aliquid fuerit, quod postmodum non sit, sed ex parte illius, qui in eo scriptus erat, inquantũ. s. ipse mutatur à statu pñtis iustitiæ.

Vbi supra ad quartum. ¶Ad quartum dicendum, q̃ contingens futurum (ut motus liberi arbit.) quamvis non sit determinatum in causa sua, est tamen determinatum in esse suo secundum quod est in actu. Et sic subiacet certitudini præscientiæ, sicut supra dictum est de futuris contingentibus in præcedenti capite.

CAPVT VI.

¶Vtrum prædestinatio necessitatem imponat.

DEINDE investigandum est, utrum prędestinatione necessitatem imponat. Et videtur quòd sic, quãdocunque enim aliqua causa est tantæ virtutis ad producendum effectũ, quòd impediri non potest, necessitatem & coactionem inducit. Sed prædestinatio (quę est causa salutis hominum) voluntatem Dei nominat, quæ impediri non potest. Vnde dicitur Hester 13. Non est, qui tuę possit resistere voluntati. Ergo prædestinatio necessitatem imponit. Cui etiam videtur attestari Apostolus Roman. 9. dicens, cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Et Psal. Omnia quæcunque voluit, Dominus fecit.

¶Præterea, Nulla voluntas ligata vel impedita ad eliciendũ proprium actũ, est libera sed coacta. Sed voluntas humana per prædestinationẽ ligatur & impeditur ad eliciendũ actũ proprium, qđ est velle, ut videtur dicere Apostolus ad Roma. 9. dum dicit. Non est volentis, nec currentis, sed miserentis Dei: Interli. non est volentis, scilicet velle, & currentis, scilicet cursare, idest, operari. Ergo voluntas humana per prædestinationem cogitur. Et sic idem, quod prius. Hoc ideo confirmatur per id, quod dicitur Philipp 2. Deus est, qui operatur in nobis, & velle & perficere pro bona voluntate, scilicet sua, ut dicit Interli. Ergo talis erit unusquisq;, qualem vult Deus, cùm nihil possit, nisi quod Deus vult. Ad idem ostendendum valet id quod dicitur Ioan. 6. Nemo potest venire ad me nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.

1. dist. 40 q. 4. ar. 2. ¶Vlterius, Videtur, quòd Deus sit causa reprobationis, & excæcationis, sicut est causa prædestinationis, & eodem modo reprobationis necessitatem imponat.

¶Primò per id quod dicit Apostolus 2. Cor. 4. Deus huius seculi excæcavit mentes infidelium, & una glo. exponit hoc de Deo vero: Ergo ipse est causa excæcationis.

¶Ad idem est, quod dicitur Rom 9. Cuius vult, miseretur, & quem vult indurat.

¶Amplius, Secundũ Philosophum in Posterioribus, si affirmatio est

tio est causa affirmationis, & negatio est causa negationis. Sed velle diuinum est causa, q iste habeat gratiam, quia s. ipse Deus vult. Ergo uidetur, quòd non uelle Dei, sit causa, quare iste gratiam non habeat. Sed hoc est obduratio. Ergo ex parte Dei accipienda est causa obdurationis.

¶ Præterea, Sicut dicit Philosophus in 2. Physi. id, quod p sui præsentiam est causa salutis nauis, scilicet gubernator, per sui absentiam est causa periculi. Sed Deus per sui præsentiam in aia est causa gratiæ. Ergo per sui absentiam est causa obdurationis.

¶ SED CONTRA, Nullus iustè culpatur vel laudatur punitur uel remuneretur de eo, quod ipsi necessitatem & coactionem ingerit & cuius causa in ipso non est. Sed homo iustè laudatur uel culpatur, punitur uel remuneratur de his, quæ ab eius uoluntate procedunt. Ergo prædestinatio uoluntati hominis necessitatem non ingerit, & obdurationis causa non existit.

1. dist. 40. q. 3. art. 1. cor. post med.

¶ RESPONDEO Dicendum ad primam quæstionem, quòd licet prædestinatio certitudinē habeat, nō tamen illa certitudo necessitatem saluandis imponit, sicut enim suprà dictū est in 1. c. Prædestinatio in suo intellectu includit præscentiā, uoluntatē, & prouidentiam. prouidentia aūt quamuis sit omnium (vt dictum est) non tñ omnia necessariò eueniunt, sed secundū conditionem proximarum causarum, quarū naturas & ordinē prouidentia non destruit, sed conseruat. Præscientia ēt non imponit necessitatem rebus, nec inquantū est cā, cùm sit causa prima, cuius conditionem effectus non sequuntur, sed causæ proximæ. Nec inquantū certitudinem & determinationem hēt, quia illa certitudo diuinæ præscientiæ attenditur, non sedm quod res est in suis causis (in quibus est, ut possibile futurum tm) sed sedm quòd habet esse determinatum in actu, prout est præsens, & non futura, ut suprà expositum est capit. 4. Voluntas ēt cùm sit cā uniuersalis, & prima omnium rerum, non excludit oēs proximas causas rerū. Nec hoc est ex insufficientia uoluntatis, sed ex ordine sapientiæ ipsius, quæ effectus mediantib. alijs causis prouenire disposuit, ut sic etiam causandi dignitatē creaturæ communicaret. Vnde diuinæ uolūtatis efficacia exigit, ut non solùm fit, quod Deus vult, sed etiam, ut hoc modo fit, sicut Deus vult, illud esse. Et ita patet, quòd certitudo prædestinationis nullam necessitatem saluandis imponit.

1. q. 19. ar. 7. ad 2. Et 1. con. g. 80 ratione 1. Et li. 3. 2. 7. ad me.

1. d. 47. q. 1. ar. 2. ad 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q quamuis Dei uoluntas sit inmutabilis & inuincibilis, non tamen sequitur, q omnis effectus eius sit necessarius necessitate absoluta (quam habet res à causa sua proxima) sed solum necessitate conditionata, sicut, etiam de præscientia dictum est.

¶ Ad autoritatem autem Apostoli, qui dicit, Cuius vult miseretur, &c. dicendum est, q Apostolus intendit, quod Deus non prædestinat aliquē, uel infundit ei gratiam coactus quasi ex necessitate naturæ, uel iustitiæ uel ex meritis præcedentibus alicuius, sed ex mera liberalitate uoluntatis suæ. Et quòd ita debeat intelligi, patet per literam præcedentem de Iacob & Esau, de quibus ibi dicitur, Cum. n. nondum nati essent, aut aliquid boni egissent aut mali ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus sed ex uocatione dictum est ei, quia maior seruiet minori.

¶ Autoritas. n. Psalmistæ nō cogit dicere, quòd uoluntas Dei necessitatem imponat, sed quòd semper infallibiliter impleatur. Sciendū tñ est, quòd Deus dicitur uelle aliquid dupliciter. Vno modo ppriè: & sic dicitur uelle aliquid, cuius uoluntas uere in eo est, & quòd sibi complacet. Et hæc dicitur uoluntas bene placiti, quæ semper in omnibus infallibiliter impletur. Et de hac loquitur Psal. & Isa. 46. Omnis uoluntas mea fiet. Alio modo dicitur uelle aliquid metaphoricè, idest per similitudinem, eo q ad modum uolentis se habet, inquantum præcipit uel consulit, prohibet uel permittit aliquid. Et hæc dicitur uoluntas signi, q nō semper impletur. De qua dicit Apostolus 1. ad Timot. 2. Qui vult oēs homines saluos fieri. Cum tamen omnes salui nō fiant, sed multi damnentur. De hac etiam dr Matth. 23. Quoties uolui cōgregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti.

2. di. 8. ar. ul. cor post principium.

¶ Ad aliud dicendum, q uoluntas humana per prædestinationem non ligatur, nec impeditur ad eliciendum proprium actū sed iuuatur. ideo autem dicit Apostolus, q non est uolentis uel le, neque currentis currere sed miserentis Dei, quia nemo pōt per conatum propriæ uoluntatis consequi gratiam, uel per naturalia propria opus gratuitum elicere sine diuino auxilio. Vnde ipse Christus dicit Ioan. 15. Sine me nihil potestis facere. Cuius rō est, quia licet uoluntas hominis libera sit, tamen hanc libertatem non habet nisi à Deo, qui est causa efficiens hmōi libertatis Et sicut dicitur in libr. de Causis, Omnis causa primaria plus est influēs super suum causatum, quā causa secunda, quia uirtus & esse causæ secundæ totū est a causa prima, & sic actus & operatio causæ secundæ reducitur in cām primā, cuius uirtute operatur. Et per hunc modum dicit Apostolus, quòd Deus operatur in nobis uelle & perficere.

¶ Ad id uero, quod dr, Nemo potest uenire ad me, nisi pater meus traxerit eum, dicendum, quòd homo trahitur tripliciter aliquando. n. trahitur uiolentia sicut Susanna trahebatur ad mortem, ut dicitur Danie. 13. & Eleazarus trahebatur ad supplicium, ut dicitur 2. Macha. 6. Et de hac tractione dicitur Prou. 24 Qui trahūtur ad interitum liberare ne cesses. Aliquando uero trahitur homo amore uel delectationibus allectus, uel blandicijs prouocatus, sicut trahitur puer, ouo uel pomo sibi ostenso, vnde dicitur, Trahit sua quenque uoluptas. De hac tractatione dicit, Osee 11. In funiculis Adam traham eos, in uinculis charitatis. Et Cant. 1. Trahe me &c. & Ioan. 12. Si exaltatus fuero à terra, oīa traham ad meipsum. Aliquando aūt trahitur timore supplicij territus, sicut trahuntur qui timent supplicia. De hac tractione dicitur Iacobi 2. Nonne diuites p potentiā opprimunt uos, & ipsi trahunt uos ad iudicia? Tractio ergo ista, de qua loquitur Christus (vt ostendit glos.) non est uiolentiæ, necessitatis, nec timoris, sed uoluntatis & desiderij.

¶ AD SECVNDVM quæstionem dicendum, quòd reprobatio in suo intellectu tria includit, scilicet æternam præscientiam meritorum, temporalem obdurationem siue excæcationem, & finalem damnationem. Primum scilicet præsciētia meritorum causam non habet, cum enim Deus non accipiat cognitionem a rebus, sicut nos accipimus, sed ex seipso res intelligat & cognoscat, nullo modo res futuræ possunt dici causa præscientiæ Dei, sicut supra in fine tertij cap. dictum est.

¶ Item, Cum præscientia secundum propriam rationem non aliud dicat nisi simplicem notitiam futurorum, non importat aliquam causam, & ideo futurorum & præcipue malorum causa est non potest, sicut suprà 3. c. dictum est secundum hoc reprobatio est tantum præscientia culpæ, sed non causa

¶ Secundum autem & tertium, s. temporalis obduratio & finalis damnatio, duplicem causam habent, unam ex parte hōis per modum meriti, aliam ex parte Dei per modū iustitiæ, culpæ merito pœnam adhibentis. Obduratio. n. quandoque dicitur actus uoluntatis obstinatæ malo cui pertinaciter adhæret. Et sic constat, q obdurationis cā non est Deus, sed homo, sicut nec alterius actus peccati inquantum deformis est. Aliquando autē obduratio dr ipsa priuatio gratiæ, quæ etiam excæcatio dicitur: quia gratia est quoddam lumen animæ: & perfectio quædam habilitans ipsam ad bonum. Aliquem autem carere gratia, ex duobus contingit. tum quia ipse non vult recipere, tū q Deus non ei infundit, uel non vult infundere. Horū aūt duorū talis est ordo, ut secundum non sit nisi ex suppositione primi. Cū. n. Deus nihil uelit nisi bonum, non vult aliquē gratia priuare, nisi secundum quod bonum est, sed q aliquis careat gratia. nō est bonum simpliciter. Vnde hoc absoluè consideratum, nō est uolitum à Deo. Est tamen bonum ut careat gratia, si eam habere non vult, uel si negligenter ad eā habendā se ppat: quia iustū est, & hoc modo est uolitum a Deo. Patet ergo quod huiusmodi absolute causa prima est ex parte hominis qui gratia caret, sed ex parte Dei non est causa huius defectus, nisi ex suppositione illius, quòd est causa ex parte hominis. Et per hunc modum quandoque inuenitur Deus dici causa excæcationis uel obdurationis, non quidem immittendo malitiam: sed non impertiendo gratiam: sicut nec digni sunt: ut dicit Aug. Si enim non necessario impertitur in ipso est impertiri, & non impertiri, unde eius quod est, non impertiri, aliquo modo causa est. Obduratio igitur ex parte hominis habet rationem culpæ: sed ex parte Dei habet rōnem iustitiæ. Similiter finalis damnatio habet duplicē causam scilicet ex parte hominis, commissionē culpæ, & ex parte Dei, illationem pœnæ.

¶ Et per hoc patet responsio ad primas duas autoritates, quòd Deus excæcat mentes infidelium, non impertiendo malitiam, sed iuste subtrahendo gratiam. Similiter, obdurat quem vult: quia non cogitur cuiquam indigno conferre gratiam. Nec est contra uoluntatem Dei: sed secundum uoluntatem ipsius, quòd aliquis pro merito malitiæ suæ obduretur inquantum obduratio dicit pœnam, iusto iudicio culpæ obstinationis illatam.

¶ Ad tertium dicendum, q effectus non sequitur nisi concurrentibus omnibus causis: sed ex defectu unius causæ tñ consequitur negatio effectus. Dico igitur, q causa gratiæ sicut agens, est ipse Deus: & sicut recipiens, ipsa anima per modum subiecti & materiæ. Et ideo quia formæ inductæ non est causa materia neque subiectum, nisi sit tale subiectū, ex cuius principijs fluit accidens (quale accidens non est gratia) ideo nō dicitur simpliciter aīa causa gratiæ, sed recipiens tantum: Deus autem est causa, dicitur tamen anima causa malitiæ Nec oportet, q omnis defectus incidat ex parte agentis, sed potest incidere ex parte recipientis. Et ita est in pposito: ipsa enim anima est causa obdurationis.

non.

tionis, inquantum obduratio culpam dicit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Deus quātum est in se, nulli est absens, sed homo à Deo præsente se absentat sicut se absentat à præsenti lumine, qui claudit oculos. Et ideo nō est simile, quod pro simili ponitur.

CAPVT VII.

¶ Quare Deus fecit hominem, quem præscit esse damnandum.

VLTIMO considerandum est, quare Deus facit hominem quem præscit esse damnandum. Sunt enim quidam uesani, qui Deo in hoc iniquitatis maculā imponere non uerentur, dicentes eum iniquum & impium, qui opus suum facit ad intolerabiles, & interminabiles cruciatus.

¶ Rationes igitur adducēdæ sunt ad tantam uesaniam refrenā dam, & Dei iustitiam demonstrādā. Et primo ostendendum est, q̄ uoluntas Dei facientis hominem quē præscit esse damnandum, non est iniqua. Deinde ponendæ sunt rōnes probabiles, quare Deus facit hominem, quem præscit esse damnandū. Sciendum est itaque, q̄ ratio, quare Deus hoc facit, est sua uoluntas q̄ causa est omniū, quæ ab eo fiūt: unde dicit Aug. in 3. lib. de Tri. Non nisi Dei uoluntas causa prima est sanitatis & ægritudinis, præmiorum atque pœnarum, gratiarum & retributionū. Hæc igitur sola est, unde totum est, quicquid est. Voluntas autē illius iniusta uel iniqua esse non pōt. Ex duobus enim contingit uoluntatem alicuius a rectitudine deuiare: videlicet aut ex ignorantia, aut ex affectione peruersa. Quæ quidē duo in Deo inesse non pñt. Cùm sit summè sapiens, ignorantia in eū nō cadit: unde dr̄ Iob. 12. Apud eum est sapientia, & fortitudo: & ipse habet cōsilium, & intelligentiam. Et ideo clamat Apost. Rom. 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, &c. Hinc ēt Iob. 9. dr̄: Sapiens corde, & fortis robore. Item cum omnis artifex naturaliter diligat opus suum, impossibile est, opificem omnium odire aliquam creaturam: & ideò affectio inordinata in eo esse non potest. Vnde dr̄ Sapp. 11. Diligis oīa, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti, nec ēt odiens, aliquid constituisti, aut fecisti. Ex his ergo apparet, Dei uoluntatē et creatricem oīum iustissimā forte, nec maculam aliquam iniquitatis habere. Et hoc est q̄d di Deut. 32. Deus fidelis, & absq; ulla iniquitate iustus & rectus. Itē Abac. 1. Mundi sunt oculi tui, ne uideas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. Et ideo dicit Psal. Iustus dominus, & iustitias dilexit, quantum ad ordinatissimam affectionē æquitatem uidit uultus eius, quantum ad perfectissimā cognitionem. Licet aūt Deus sit rectissimus, & nihil odiat eorum, quæ fecit, dicitur tamen odire aliqua metaphoricè. non inquantū ab ipso procedunt, sed inquātum egrediuntur à regula rectitudinis suę illud. n. quod non esse uolumus, odire dicimur: unde cum mala fiant contra regulam rectitudinis eius (quia sunt priuatio modi, speciei, & ordinis. ut dicit Aug.) ea uult non esse: & iō malos odio habere dr̄. Vnde Sap. 14. Odio sunt Deo impius, & impietas eius. Dicitur ēt odire illos, quorum punitionem uult. Sic. n. ad modum odientis se habet. Et ideo dicit Psal. Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes oēs, qui loquuntur mēdacium. Quia uero diuina uoluntas est causa rerū omnium, ipsa cām habere non potest. Voluntati. n. finis causa uolendi est, finis aūt diuinæ uoluntatis est sua bonitas, ipsa n. bonitas Deo est causa uolendi. Et ideo dicit Aug. in lib. 83. Quæstionum: quod uoluntatis eius causa quærenda non est: nam ut idem dicit in libr. cōtra Manichæos: Qui dicit, quare Deus uoluit facere cœlum & terram maius aliquid quærit quam sit uoluntas Dei: nihil autē maius inueniri potest. Quamuis aūt diuina uoluntas cām non habeat aliquid creatum: nihilominus tā potest ei aliqua uolendi ratio assignari, uel bonitas ipsius, uel aliquid quod ad bonitatis, uel sapientiæ ipsius pulchritudinem ordinetur. Si. n. nulla posset diuinæ bonitatis ratio assignari, cogeremur in quorūdā errorem declinare, dicētium, omnia procedere à Deo sēdm simplicem uoluntatem, ut de nullo oporteat reddere rationē, quare* Deus uult. Quòd diuinæ Scripturæ manifestè contrariatur. q̄ Deum perhibet secundum suam sapientiam omnia fecisse: secundum illud Psal. Oīa in sapientia fecisti, &c. Eccles. 1. dicitur q̄ Deus effudit sapientiam suam super omnia opera sua. Aug. ēt in lib. 11. super Genes. ad lit. dicit, Mouentur quidam dicētes. cur creauit Deus, quos futuros malos p̄sciebat? Et rñdent dicit quia præuidit, quid boni de malis eorum esset facturus: si enim eos fecit, ut in eis relinqueret, unde & ipsi aliquid facerent, quo quicquid etiam culpabiliter eligerent, illum de se laudabiliter operantem inuenirent.

* Alias nisi quia.

¶ COMPESCAMVS igitur humanam temeritatem, quę Deo iniquitatis maculam imponere non ueretur, & approbātes diuinam iustitiam, assignemus aliquas rationes, quare Deus creat hoīem, quem præscit esse damnādum. Sit igitur prima rō talis ex parte diuinæ liberalitatis, Melius est esse aliquid cū aliquo defectu, quam non esse simpliciter. Cum autem in peccato ac damnando duo sint: uidelicet natura, q̄ bona est, & culpa, q̄ mala est non, debuit Deus pp culpam subtrahere naturam alias liberalitatē suam subtrahere uideretur. Sicut uidemus, q̄ bonus artifex arcam facit, quam etiam præscit aliquam maculā contracturā. Et hæc rō potest colligi ex illo uerbo Apost. 2. Timoth. 2. Si non credimus, ille fidelis permanet negare seipsum non potest. Si autem obijciatur, q̄ artifex si sciret arcam in breui cō burendam, eam non faceret, respondendum est, q̄ si artifex sciret etiam in ipsa combustione suam sapientiam relucere, & arcam in igne non deficere, non pp hoc se subtraheret à factione ipsius. Vnde cum Deus sciat etiam in damnatis suam iustitiam & suam sapientiam relucere (dum culpam per supplicium punit) conueniens est, ut propter hoc non se subtrahat.

¶ Secunda ratio sumitur ex parte diuinæ prouidentiæ. Bonū. n. totius, est melius quam bonum particulare. Nam bonum particulare ordinatur ad bonum uniuersale, sicut imperfectum ad pfectum. Ad ordinatam ergo prouidentiam pertinet potius promouere & conseruare bonum uniuersale, quā bonum particulare, & aliquando propter bonum uniuersale particulare negligere: imò aliqñ contra particulare propter uniuersale facere. Sicut ad conseruationem Reip. principes & rectores suspendunt latrones, & interficiunt homicidas. Cum igitur natura humana p generationem propagetur & conseruetur: si Deus hominem dānandum propagari uel nasci nō sineret, uel animam nō infunderet, ordinē generationis humanæ destrueret, & sic bono uniuersali particulare præponeret, & rectitudo suæ prudentiæ caret: quod penitus est absurdum. Congruum est igitur ut pp generalius bonum fiat homo etiam damnandus, Deo aliquid melius prouidente: ut dicit Apost. ad Heb. 11.

¶ Tertia ratio sumitur ex parte diuinę prouidentiæ & reuerētię simul. Nā quanto magis rector auget Rempub. & ipsos Reipubl. conseruatores gloriosius promouet, & prioribus donis remunerat ēt cum supplicijs aliquorum, deprimendo. s. & cruciando eorum aduersarios & Reipubl. destructores: tanto laudabilior redditur. Cùm igitur gloriam beatorum augeat consideratio tormentorum hostium suorum, quæ ipsi Dei beneficio euaserunt, congruum fuit ut Deus etiā homines conderet quos sciebat esse damnandos. Beatis. n. accrescit gloriā de perditione malorū. tum quia gaudent de uindicta eorū, iuxta illud Psal. Lętabitur iustus, cum uiderit uindictam. Tū quia ipsi eorū supplicia euaserunt: & propter hoc in gratiarum actiones & laudem & reuerentiam exuberant Creatoris secūdum illud 2. Machab. 1. *De magnis periculis à Deo liberati magnificè gratias agim'* ipsi. unde dr̄ in Psal. Lætetur mons Sion & exultent filiæ Iudæ, propter iudicia tua domine. Et ideo dicit Aug. super Genes. Frustra dr̄. Non debet Deus creare, quos præsciebat malos futuros: sciebat enim eos bonis profuturos: & iustè pro mala uoluntate puniendos. Hanc rationem innuit Apost. Rom. 9. dicens, Si uolens Deus ostendere iram, & notam facere potētiā suam, sustinuit in multa patientia uasa iræ, apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam.

¶ Si autem obijciatur, quòd nullus debet procurare propriā reuerentiam & aliorum utilitatem cum dispendio aliorū, respōdendum est, q̄ hoc uerum esset: si fraudulentia, uel aliqua iniustitia committeretur, sed quando iustitia non deserit, sed seruatur (ut in proposito fit: sicut ostensum est supra) semper dēt bonorum utilitas procurari.

¶ Quarta ratio sumitur ex parte diuinæ potentiæ & sapiētiæ simul. Nullus enim Rex prepotens & ueritatem diligēs, debet occultare potentiam suam, & impotentiam simulare ne infirmus & impotens reputetur. Item nullus bonus artifex debet occultare sapientiam suam, & ignorantiā simulare, ne inscius uideat. Vnde dicitur Eccles. 20. Maior est, qui celat insipientiā suam, q̄ homo, qui abscondit sapientiam suam. Si ergo Deus nō fecisset quem sciebat esse damnādum, potuisset inscius & impotens reputari: & quòd plus posset malitia, q̄ diuina potentia uel sapiētia. Cuius contrarium scriptum est Sapien. 8. Sapientia uincit malitiam, attingit enim à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter.

¶ Hanc rationem tangit Apostolus Rom. 9. cū dicit, An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidē uas in honorem; aliud uero in contumeliam?

¶ Si autem subijciatur, quòd nullus debet ostendere potentiam suam in alicuius iniuriam: respondendum est, quòd Deus ex hoc nulli facit iniuriā, uel iniustitiam, nec hō de Deo iustè cōqueri potest. nam quicquid boni habet à Deo habet. s. esse suū. Malitiam autem habet à seipso: ut supra ostensum est. Vnde dicit Augu. super Genes. loquens de futuris damnandis, A se habent

bene voluntatem malam, à Deo naturam bonam & iustã pœnã. Quòd autẽ homo de bono conqueratur iniustum est, & ideo dicit Apost. Rom. 9. Nunquid iniquitas est apud eum? absit, & subditur, Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit, Quid me fecisti sic? Et Isa. 45. Væ qui contradicit factori suo: testa de samijs terræ, nunquid dicit lutum figulo suo, quid facis?

¶ Si autẽ obijciatur, q damnatus vellet potius non esse quàm sic esse, iuxta illud Mat. 26. Bonum erat illi, si non natus fuisset homo ille. ergo iniustitia fit illi: respondendũ est: q licet damnati vellent potius non esse q̃ sic esse, non tamen absolutè uellent non esse. Nullus enim potest simpliciter appetere destructionem sui esse, propter naturalem appetitum cuiuslibet rei ad esse. Cùm autem esse absolutum sit melius quàm conditionatum, non debuit Deus pp appetitum conditionum, absolutum esse cassare.

¶ Quinta ratio sumitur ex parte humanæ arrogantiæ. Si. n. Deus non fecisset aliquem hominẽ damnandũ, humana præsumptio salutẽ suã propter sua merita, & non Dei gratiæ ascripsisset: dum credidisset per virtutẽ propriam, & sua naturalibus, uel ex suis operibus se posse saluari. Hæc ratio tangitur Rom. 9. cum dr ut secundum electionẽ propositum Dei maneret: nõ ex operibus: sed ex uocante dictum est, &c. Vnde Tit. 3. dicitur, Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Et ideo ad humiliandam humanam superbiam loquitur Iob 40. dicens, Nunquid irritum facies iudicium meum, & condemnabis me, vt tu iustificeris? Et si habes brachium sicut Deus, & si uoce simili tonas, circunda tibi decorem & in sublime erigere, & esto gloriosus, & ego confitebor, quòd saluare te possit dextera tua.

¶ SVNT etiam nonnulli, qui secundum suã dementiam, diuinã prouidentiam reprehendunt dicentes, quod Deus talem hominem facere debuit, q omnino peccare non posset, sequentes potius suam fatuam conceptionem, quàm diuinæ prouidentiæ rectissimam rationem. Si enim Deus creasset hominem talem q peccare non posset, plura inconuenientia sequerentur.

¶ Primum inconueniens est, q libertas arbitrij tolleretur, & per consequens natura & nobilitas hominis cassaretur. Nobilitas enim hominis in hoc consistit, quòd liberam habet electionẽ, dum ad utrumlibet flecti potest. Quod quidẽ animal a bruta, quæ carent ratiõne, non habent, licet sensum & sensualitatem habeant appetitum. Vnde dicere, q Deus facere debuisset hominẽ qui peccare non posset, simile est ac si diceretur, q debuisset eũ facere animal brutum, uel aliquid aliud minus nobile. Talibus contingit sicut dicit Psal. Homo cum in honore esset, non cognouit seipsum, comparatus est iumentis insipientibus: & similis factus est illis. Hominis ergo nobilitas, quam cõtulit ei Deus, est q habeat arbitrij libertatem, per quam potest ad vtrumlibet flecti, habens discretionem boni & mali. Vnde dicitur Eccl. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui. Et subdiuit, Ante hominem uita & mors, bonũ & malum: quod placuerit ei, dabitur illi, Et ideo dicit Psal. Minuisti eum paulò minus ab Angelis, &c.

¶ Aliud inconueniens est, q meritorum & præmiorum ratio, & iustitia deperiret Nullus enim meretur de eo, cuius causa & libertas in ipso non est. Vnde dicit Poeta. Quid meruere boues animal sine fraude doloue? Vnde ratio merẽdi ex parte nostra est in libertate arbitrij. Et cum omne præmium caueatur ex merito, cui respondet: si meritum non esset, sublata libertate arbitrij, præmium non daretur: secundum illud Apost. 2. Timot. 2. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Ad hoc ergo, ut cœleste præmium daretur homini, oportuit ut meritum præcederet causatum ex conatu arbitrij, cui tale præmiũ datur: sicut dicit Apost. 2. Tim. 4. Bonum certamen certaui, cursum cõsummaui, fidem seruaui: in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex, &c.

¶ Tertium inconueniens est, q bonitati & perfectioni Vniuersi detraheretur. Nam perfectio Vniuersi consistit in hoc, q omnes gradus bonitatis creaturæ communicabiles continet. Si autem natura humana à suo gradu translata, in altiorem per Dei prouidentiam mutaretur, quamuis aliquod bonum humanæ naturæ accresceret: tamen bonitati Vniuersi aliquid detraheret, dũ nõ omnes gradus bonitatis impleti essent, illo gradu ex quo natura humana translata esset, uacuo remanente. Cum autẽ bonum Vniuersi excedat bonũ particulare cuiusq; naturæ creatæ (sicut et à bonum gentis excedit bonum singularis hominis, ut in 1. Eth. dicitur) debuit Deus humanam naturam facere, qualem fecit: scilicet quæ peccare posset: vt omnes gradus bonitatis impleret. Vnde dicitur Deut. 32. Dei perfecta sunt opera.

¶ Quartum inconueniens est, quia impediretur illud ex quo apparet Deus laudabilis. Nam in peccatis apparet etiam Deus multum laudabilis, dum per misericordiam parcit, & per iustitiam punit. Cùm ergo id ex quo apparet Deus laudabilis, non debeat impedire, non debuit Deus omnino impedire peccatũ, faciendo hominem, qui peccare non posset, ut perpetuò dici posset illud Psal. Magnus Dominus & laudabilis nimis, &c.

¶ Quintum inconueniens est, quia si homini daretur, q peccare non posset secundum conditionem suæ naturæ, arbitrij libertate seruata, quædam contradictionis implicatio sequeretur. Arbitrium enim ideò dicitur liberum, quia ad utrumlibet flecti potest: potest enim aliquid facere & non facere, & potest facere bonum & malum. Si ergo haberet liberum arbitrium ad peccandum, & peccare non posset per naturam, duo contradictoria essent simul, quod est impossibile.

¶ Si autem obijciatur de arbitrio diuino vel angelico, q cum sit liberum, peccare non potest: dicendum est, q cùm Deus non habeat esse causatum, vel dependens ab aliquo, secundũ conditionem suæ naturæ, deficere nunquam potest, nec quantum ad esse, nec quantũ ad rectitudinem bonitatis. & ideo peccare non potest. Sed quælibet creatura hẽt esse depẽdens & causatum ab alio, scilicet à Deo: & ideo secundum conditionem suæ naturæ quælibet creatura deficere põt, & quantum ad esse & quantum ad rectitudinem uoluntatis. Vnde dicit Greg. q omnia tenderẽt in nihilum, nisi manu Conditoris tenerent. Et ideo quibuscunque confertur, ut in bono sic confirmentur, ut peccare non possint: hoc non habent per naturam, sed per Dei gratiam, per quã filij Dei efficiuntur, & quodammodo diuinæ naturæ cõsortes: secundum illud Psal. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes.

¶ Patet igitur ex præmissis, q omnia quæ à Deo fiunt, & bona & ordinata sunt. Et ideò dicitur Genes. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat: & erant valdè bona. Apostolus etiam dicit Rom. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt.

PRÆDICTORVM EPILOGVS.

¶ *Non posset naturaliter ab homine sciri, quare Deus in particulari hunc prædestinet, & hunc vel illum reprobet.*

QVAMVIS autem superius inductæ sint rationes ad ostendendum, q nulla iniustitia apud Deum est, ex eo q facit hominem, quem præscit esse damnandũ: vnusquisq; tamen caueat diligenter, ne nimis incautus præsumat assignare causam in speciali, quare hunc, uel hos determinatè Deus eligat, & illum uel illos non eligat. Hoc enim nullus mortaliũ scire potest, nisi fortè Deus vellet hoc alicui specialiter reuelare. Vnde dicit Aug. Cur potius hunc vel illum Deus liberet, uel non liberet, scrutetur, qui põt tã magnum profundum iudiciorũ Dei, uetuntamen caueat præcipitium. Itẽ quare hunc trahat & illũ nõ trahat, noli dijudicare, si non vis errare. Et Rom. 12. Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatẽ. Qui enim hoc præsumeret perscrutari, Deo non præstaret obsequiũ, sed sibi ipsi iudiciũ generaret: iuxta illud Prouerb. 25. Sicut qui mel multum comedit, non est bonum: sic qui perscrutator est maiestatis, opprimetur à gloria: illo scilicet disponente, à cuius narratione cunctæ linguæ deficiunt. Qui & ipse consummatio sermonum existens, est Rex regum & Dominus dominantium, cuius potestas non auferetur, & regnum non corrumpetur in secula seculorum, Amen.

¶ Insignis angelici Doct. diui Tho. Aquin. de diuina præscientia prædestinatione tractatus per Io. Daniel. sacræ paginæ baccahalarium Louanien. studiosissimè reuisus & correctus explicit.

LAVS VNI ET TRINO.

FINIS.


L A